TRACTATUS DE EXCEPTIONIBUS AD MATERIAM STATUTI EXCLUDENTES...

Carlo : de Grassi, Pietro : de Grassi, Giovanni Battista Coccini

TRACTATVS
DE EXCEPTIONIBVS AD MATERIAM STATVTI EXCLVDENTES OMNES EXCEPTIONES.

AVTHORE CAROLO DE GRASSIS.
SICVLO PANORMITANO V.I.D. PRÆSTANTISSIMO.

OMNIBVS PASSIM, TAM IN SCHOLIS, QVAM IN FORO versantibus, non solum vtilis, verum etiam necessarius.

ET IN SECVNDA EDITIONE AB AVTHORE MAXIMO cum labore, diligentia, & studio varijs Authoritatibus, & Quæstionibus auctus, ac ab innumeris quibus prius scatebat erroribus expurgatus.

ET IN HAC NOVISSIMA EDITIONE AB V. I.D. PETRO DE GRASSIS FRATRE, locupletatus, addictionesq; hoc [ ] signo notantur.

Cum Indice rerum, ac verborum magis memorabilium locupletissimo.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS;
Et Panormi ex Typographia Io. Baptista Maringo. M. DC. XXIX.
Excussus.

SPECTABILI
IOANNI BAPTISTAE ODDI,
OLIM BIS, ATQVE ITERVM
PRAETORIS PANORMITANAE VRBIS IVDICI,
NVNC VERO
ILL.^MI AC REV.^MI CARDINALIS AB AVREA,
PANORMI ARCHIEPISCOPI, IVDICI, ET ASSESSORI.

Ioannes Baptista Maringus Bibliotecharius F.

TRACTATVM de Exceptionibus Caroli de Grafsis V.I.D. præstantisſimi Venetijs impreſſum, vt meis iterum excudendum ſuſciperem typis, multo quam antea nitidiorem, & locupletiorem amicorum quorundam, qui plurimum apud me valent non tantum precibus, verum ea potiſsimum ratione ſum adductus, vt aliquid haberem quod tuo ſub nomine, ac patrocinio in lucem edere potuiſſem; cuius rei non longe cauſſa petenda eſt, tua enim quotidie dum in me creſcunt beneficia, ſic viciſsim mea erga te obſequia creſcere conſentaneum eſt. Habuiſſem quam plures alios titulos, qui me ad parua hæc munuſcula tibi præbenda mouebant quos libens prætermitto, ne Panegyricum laudum tuarum potius, quam ſimplex epiſtolium componere viderer. Taceo quod cum ſis optimis parentibus natus, ab ipſa pueritia tantum in ſtudijs humaniorum literarum profeciſti, vt maximum ingenij tui acumen cunctis admirantibus oſtenderis, nec commonebo quantum in iuris prudentiæ diſciplinis patrocinando nemini ſis ſecundus, cum id luce clarius omnibus pateat, nec demum di-

cam, quo ſplendore, ac puris, vtaſunt manibus, ter Præturæ Panormitanæ Vrbis Iudicis munere maximo omnium applauſu perfunctus ſis. Hoc enim nemo eſt, qui poſsit ignorare. Illud vnum commonebo, quod cum Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſsimus Cardinalis ab Aurea, Archiepiſcopus Panormitanus, te ſibi in iudicem Aſſeſſorem Eccleſiaſtici regiminis quam honorifice elegerit, teque virum omni virtutum genere ornatum fuerit expertus, Panormo vrgentiſsimis negotijs diſceſſurus, tibi vni, tuæque fidei quod raro, vel nunquam viſum eſt, ob abſentiam Reuerendiſsimi ſui Vicarij, totam iuſtitiæ adminiſtrationem commiſerit, ex qua re magnum gloriæ incrementum famæ tuæ peperiſti, Hæc habui quæ curſim dicere potui, Tu interim pro tua humanitate doctiſsime vir, pignus hoc amoris erga te mei, quale, quantumque fuerit læta fronte ſuſcipere non dedigneris. Vale.

MATTHÆVS DONIA
PANORMITA PHILOSOPHVS, ET MEDICVS

Ad Iuris Studiosum.

SINT præcepta tibi CAROLVS *quæ cara scienti*
Dat, si vis reliquos vincere Caussidicos;
Omnia quæ, GRASSVS *Crassa non quippe Minerua*
Sunt è sancitis excipienda docet:
Hoc alij tradunt, GRASSVS *tamen excipe: nanque*
Longe alijs præstans disserit hoc melius.

D. Herculis Lopresti Siculi Ciuis Panormitani Carmina.

IN AVTHORIS LAVDEM.

CAVSARVM *sapiens effectibus abdita pandit*
GRASSVS *facundo* CAROLVS *ore refert.*
Plenius hic quicquid reliqui dixere priores
Edocet, ac fusum nectare nectare tradit Opus.
Cedat iure Solon, iactet ne Græca Lycurgum
Sparte, hic ex fumo lumina clara dedit.

R. P. Don Adeodati de Monte Regali Siculi Carmina.

AD AVTHOREM.

LEGIS *Iura legis,* CAROLI, *qui lege, disertis*
Triscorum, Lector, legibus inuigilans,
Aurea, nil dubites, sensu cape scusa, laborum,
Et legis, CAROLI *lege disertus eris.*

TABVLA SEV INDEX

CAPITVM EXCEPTIONVM

ET MATERIARVM.

DE EXCEPTINVM.

INDEX RERVM,

AC VERBORVM MAGIS MEMORABILIVM, QVÆ IN HOC TRACTATV DE EXCEPTIONIBVS CONTINENTVR.

A

B

A Can-

INDEX

tutori

INDEX

Excep-

Ex-

Ex-

Infe-

quod

Me-

N

ran-

 minus

Te-

V

FINIS.

TRACTATVS SVPER STATVTO EXCLVDENTE OMNES EXCEPTIONES.

AVTHORE CAROLO DE GRASSIS, SICVLO, PANORMITANO, V.I.D. PRÆSTANTISSIMO.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta quantumuis publica, de iure communi non habent exequutionem paratam.*
2 *Instrumenta facta in iudicio habent exequutionem paratam & instrumenta quando dicantur facta in iudicio seu penes acta.*
3 *Obligatio facta penes acta, habet exequutionem paratam, etiamsi est sine causa.*
4 *Instrumentum factum penes acta, habet exequutionem paratam, etiam si est factum die feriata.*
5 *Obligatio quando dicatur facta penes acta.*
6 *Instrumentum sententia de iure communi habet exequutionem paratam, quod tamen intelligas, vt nu. 7.*
8 *Instrumentum vigore pacti in eo appositi per partes, habet exequutionem paratam.*
9 *Partes possunt per pactum omittere ordinem iudiciariũ, nam ordo iudiciarius potest omitti de voluntate vtriusque partis.*
10 *Instrumenta guarentigiata de iure communi habent exequutionem paratam.*
11 *Guarentigia quid sit.*
12 *Guarentigiatum preceptum quando & quomodo fiat.*
13 *Notarius debet esse rogatus vt possit facere preceptum guarentigiatum.*
14 *Notarius in dubio non presumitur rogatus.*
15 *Notarius presumitur rogatus, si in principio vel fine instrumenti adest Clausula, &c.*
16 *Notarius attestãti de rogitu sibi facto creditur.*
17 *Notarius quando habeat potestatem faciendi precepta guarentigiata ex natura officij, an verò ex verbi priuilegij.*
18 *Notarij quam iurisdictionem habeant.*
19 *Preceptum guarentigiatum non potest facere notarius nisi in verè confessũ & non in fictè.*
20 *Confessio vera & ficta valde differunt inter se.*
21 *Preceptum guarentigia non tenet si est factum ex falsa causa.*
22 *Instrumentum guarentigiatum differt ab instrumento in forma Camere.*
23 *Guarentigia nomen vnde veniat, & quid significet, & clausula guarentigię posita in instrumentis quid operetur.*
24 *Instrumentum habet exequutionem paratam quando debitor coram iudice & parte confitetur omnia cõtenta in instrumẽto esse vera.*
25 *Confessio iudicialis & res iudicata parem vim habent.*
26 *Sententia habet exequutionem paratam.*
27 *Confessio facta in iudicio inducit notorium.*
28 *Iudex post habitam confessionem in ciuilibus nil agere debet nisi exequi.*
29 *Confessus in ciuilibus habetur pro condemnato.*
30 *Instrumentum depositi de iure communi habet exequutionem paratam quod intelligas, vt nu. 31. & 33.*
32 *Priuilegia concessa instrumentis depositi non vendicant sibi locũ in deposito confessionato.*
34 *Instrumentum depositi solum habet exequu-*

Cessio-

Statu-

Cessio-

Statu-

V

FINIS.

TRACTATVS
SVPER STATVTO
EXCLVDENTE OMNES EXCEPTIONES.

AVTHORE CAROLO DE GRASSIS, SICVLO,
PANORMITANO, V.I.D. PRÆSTANTISSIMO.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta quantumuis publica, de iure communi non habent exequutionem paratam.*
2 *Instrumenta facta in iudicio habent exequutionem paratam & instrumenta quando dicantur facta in iudicio seu penes acta.*
3 *Obligatio facta penes acta, habet exequutionem paratam, etiamsi est sine causa.*
4 *Instrumentum factum penes acta, habet exequutionem paratam, etiam si est factum die feriata.*
5 *Obligatio quando dicatur facta penes acta.*
6 *Instrumentum sententia de iure communi habet exequutionem paratam, quod tamen intelligas, vt nu. 7.*
8 *Instrumentum vigore pacti in eo appositi per partes, habet exequutionem paratam.*
9 *Partes possunt per pactum omittere ordinem iudiciariũ, nam ordo iudiciarius potest omitti de voluntate vtriusque partis.*
10 *Instrumenta guarentigiata de iure communi habent exequutionem paratam.*
11 *Guarentigia quid sit.*
12 *Guarentigiatum preceptum quando & quomodo fiat.*
13 *Notarius debet esse rogatus vt possit facere preceptum guarentigiatum.*
14 *Notarius in dubio non præsumitur rogatus.*
15 *Notarius præsumitur rogatus, si in principio vel fine instrumenti adest Clausula, &c.*
16 *Notarius attestãti de rogitu sibi facto creditur.*
17 *Notarius quando habeat potestatem faciendi precepta guarentigiata ex natura officij, an verò ex verbi priuilegij.*
18 *Notarij quam iurisdictionem habeant.*
19 *Præceptum guarentigiatum non potest facere notarius nisi in verè confessũ & non in fictè.*
20 *Confessio vera & ficta valde differunt inter se.*
21 *Præceptum guarentigia non tenet si est factum ex falsa causa.*
22 *Instrumentum guarentigiatum differt ab instrumento in forma Cameræ.*
23 *Guarentigia nomen vnde veniat, & quid significet, & clausula guarentigię posita in instrumentis quid operetur.*
24 *Instrumentum habet exequutionem paratam quando debitor coram iudice & parte confitetur omnia cõtenta in instrumẽto esse vera.*
25 *Confessio iudicialis & res indicata parem vim habent.*
26 *Sententia habet exequutionem paratam.*
27 *Confessio facta in iudicio inducit notorium.*
28 *Iudex post habitam confessionem in ciuilibus nil agere debet nisi exequi.*
29 *Confessus in ciuilibus habetur pro condemnato.*
30 *Instrumentum depositi de iure communi habet exequutionem paratam quod intelligas, vt nu. 31. & 33.*
32 *Priuilegia concessa instrumentis depositi non vendicant sibi locũ in deposito confessionato.*
34 *Instrumentum depositi solum habet exequutionem*

 tionem

tionem paratam quādo in tentatur officium Iudicis.

35 Instrumenta contra debitores fiscales habent exequutionem paratam.

36 Testamenta habent exequutionem paratam, tam pro quam contra hæredes, & n.37. & tā in testamento in scriptis, quam nuncupatiuo nu.38. & in testamento imperfecto inter liberos, n.39.

40 Codicilla habent exequutionem paratam sicut testamenta.

41 Testamenta non habent exequutionem paratam pro hærede quando adest legitimus contradictor.

42 Contradictor legitimus quis dicatur.

43 Testamentum non habet exequutionem paratam si est nullum ratione præteritionis filij, & hoc tanto magis procedet, si filius est nominatus in illo testamento, quia tunc vitiū dicitur visibile, vt num.44. quod ampliatur etiam si filius præteritus esset bannitus, vt num.45.

46 Testamentum non habet exequutionem paratam si testator tempore testamenti erat intestabilis.

47 Instrumentū ratione iuramenti habet exequutionem paratam, & n.48. & 49.

49 Iuramentum quando dicatur confirmatorium, & quando litis decisorium, & n.50.

51 Iuramentum præstatur iurando per Deum, uel aliam rem sacram.

52 Promittens in veritate habetur ac si iurasset.

53 Tactus scripturæ an requiratur in præstatione iuramenti, & n. 54.

55 Iuramentum litis decisorium habet exequutionem paratā etiam si debitor se obligaret cum pacto, quod si minus reperiretur se debere, ad illud minus sit obligatus.

56 Iuramentum habet exequutionem paratam, etiam si coram alio iudice fuisset aliàs petita exequutio instrumenti in quo est appositū.

57 Exequutor merus nō potest admittere aliquam exceptionem.

58 Exceptio litis pendentiæ non habet locum in exequutiuis.

59 Creditor in exequutiuis potest remedium intentatum relinquere & transire ad alicui.

60 Exequutio instrumenti iurati non retardatur etiam si coram Episcopo penderet lis quod tale instrumentum est vsurarium.

61 Exceptio litis pendentiæ quando habeat locum in causis ordinarijs, & n.62.

63 Creditor in exequutiuis potest variare de principali ad fideiussorem & econuerso, & de vna re ad aliam, & de re ad personam, & de persona ad rem.

64 Creditor si incepit agere ordinaria cum habuerit viam exequutiuam non potest redire ad eandem uiam exequutiuam.

65 Exceptio litis pendentiæ in exequutiuis obstat, quando lis pendet super validitate pacti exequutiui.

66 Exceptio litis pendentiæ quam potest opponere debitor principalis, potest eandem opponere eius fideiussor.

67 Lis ex quibus actibus dicatur pendere.

68 Iuramentum an habeat exequutionem paratā si interponitur super instrumento confessionato.

69 Statutum dans exequutionem paratam instrumentis, non habet locum in instrumentis confessionatis.

70 Instrumentum ratione iuramenti habet exequutionem paratam, etiam si sit celebratum extra iurisdictionem exequentur.

71 Instrumenta omnia quæ habens exequutionem paratam de iure communi, exequuntur etiam si sunt celebrata in alieno territorio.

72 Instrumenta si habent exequutionem paratam vigore statuti, non exequuntur si sunt celebrata in alieno territorio.

73 Instrumētum si est celebratum in loco vbi adest statutum tribuens exequutionem instrumentis, an exequatur in loco vbi non adest tale statutum.

74 Instrumentum habet exequutionem paratam quando in loco in quo petitur exequutio, & in loco in quo fuit celebratum, adest statutū dans exequutionem instrumentis.

75 Instrumentum ratione iuramenti habet exequutionem paratam etiam si actori competit actio vtilis & non directa.

76 Instrumentum vigore statuto habet exequutionem paratam etiamsi actori cōpetit actio vtilis & non directa.

77 Actio quando acquiratur vtilis & non directa.

78 Actio vtilis acquiritur etiam sine cessione illius qui stipulatur.

79 Actio vtilis acquiritur ei, pro quo stipulatur etiam

Cessio-

PRÆLVDIVM.

QVANTVM sit practicabilis quantumve quotidiana materia præsentis Tractatus ipsa experiẽtia docet, propter Statuta quæ ferè vbique vigent, quibus prohibetur excipi & opponi contra publica instrumenta, & præcipuè est practicabilis in Regno isto Siciliæ, in quo viget tale statutum reijciens omnes exceptiones, hoc est, Pragmatica quondam Serenissimi Regis Alfonsi, edita super Bulla Papæ Nicolai V. (felicis recordationis) & ne vitam silentio transeam (iuxta illud Sallustij dictum) decreui Tractatum istum quantum meæ vires sufficiunt, compilare, dictaq; DD. quæ circa istam materiam passim vagãtur, in vnum reducere. Sed quia humanum est errare, ideo si quid ineptè (pro vt non dubito) reperies (lector amatissime) non mireris, sed illud corrigas, cuius correctioni

ctioni me submitto, ac id errori & memoriæ imbecillitati adscribas, iuxta tex. in l. 1. §. nã qui, C. de veteri iure enuclean. ex quo ingenium mortale exiguum est, vt dicitur in eodem §. nam qui. Si quid verò boni erit, Deo Optimo Maximo laudes referas, à quo cuncta bona procedunt. Et ex quo tale priuilegium ne possit excipi & opponi, solet vt plurimum concedi & dari instrumentis publicis, & præcipuè Guarentigiatis, in eorum exequutione, ideo antequam ad Exceptiones ipsas deueniam, de ipsis Instrumẽtis aliquid tractare decreui.

1 Et ante omnia sciendũ est, quod † instrumenta quantumuis publica, non habent exequutionem paratam de iure communi, sed requiritur sollemnis libellus & ordo iudiciarius, secundum tex. in l. minor 25. annis cui fideicommissum, ff. de minoribus, vbi Bar. in 2. lect. in princ. Bal. Alber. de Rosat. Paul. de Cast. nu. 2. & alij, in l. si pacto, C. de pact. Alex. in l. ait pretor, §. si iudex, n. 3. ff. de re iud. Bar. Soc. in l. si se nõ obtulit, §. si ex vẽditione n. 6. ff. de re iud. Ias. in l. tale pactũ, §. qui prouocauit, n. 9. & 10. ff. de pactis, & in l. cunctos populos, in 2. Lectura n. 58. C. de Sum. Trin. & fide Cath. & in l. fi. n. 6. C. de edict. D. Adr. tollen. Bened. de Barzijs in tract. de Guarentig. par. 1. princ. quæst. 8. vers. aliquando autem, Boer. dec. 295. nu. 5. Osasc. decis. 129. n. 2. Luc. Pet. in pract. Capitol. lib. 3. c. 1. nu. 1. Afin. in tract. de exequut. §. 1. cap. 2. vbi multos alios allegat. Cotta in memorial. in verb. instrumenta publica, Seraphin. de priuil. iuramen. priuil. 77. num. 1. Padilla, in Rub. de iuris & facti ignorantia, nu. 21. Cagnol. in l. testamentum, nu. 8. ff. de reg. iur. Menoch. de arbit. Casu, 17. nu. 1. & hæc est comm. * opinio, de qua testatur Suarez in repet. l. post rẽ iudicatam, in declaratione Legum Regni, in verbo, secutus vestigia, nu. 6. ff. de re iudicat. Becci. cons. 17. n. 2. lib. 1. Tessaur. dec. 26. nu. 1. Suarez in thesaur. recept. sententiar. in verbo, instrumentum. Cumia super Ritu cap. 16. n. 22. [Becc. cons. 17. n. 2. Ricc. Collect. dec. p. 4. Collect. 759. Zacchi. in addit. obli. Camer. q. 2. n. 2.] & hoc vbiq; fatent Doctores.

2 Quæ Conclusio limitatur Primò, vt non procedat † in instrumentis factis in iudicio, quæ habent exequutionem paratam, etiam de iure communi, Glos. in Authentica Generaliter, in verb. conscribat, C. de Episcop. & Cler. Bald. Paul. de Cast. nu. 1. & Alex. nu. 3. in l. cum pro quo, ff. de in ius vocan. Curt. iun. in l. tale pactum, num. 27. vbi testatur de comm. * opin. ff. de pact. Ioan. de Amicis cõs. 21. num. 19. Afflict. decis. 387. num. 1. Vinc. de Franchis decis. 118. num. 7. & decis. 200. num. 22. vbi dicit, quod debitor hoc casu habetur ac si esset condemnatus. Carauita super Ritu M.R.C.V. Ritu 127. num. 5. & Ritu 128. num. 1. Lucas de Penna in l. 2. C. de iure Fisci, lib. 10. Loffred. in paraphrasi feudal. cart. mihi 18. vers. ibi & si hæc obligatio. Surd. cons. 271. n. 38. 44. & 45. lib. 2. Pet. Frider. in tract. de mãdat. sine Clausula, lib. 2. c. 66. n. 17. Trosi. super d. Ritu 128. n. 1. [Burg. de modo procedend. ex abrupto quæst. 5. nu. 180. Ricc. Collect. decis. 187. par. 1. & par. 4. nu. 759. vers. limitatur tertio, Zacchi. in addict. prædictis quæst. 2. nu. 8.] quæ Conclusio ampliatur etiam † si promissio fuisset facta sine causa, Anton. de Butr. & Innocen. in capit. fin. de confess. vbi Abb. Panorm. in 6. col. vers. nota quia. Trosi. d. Ritu 128. num. 6. vbi alios allegat. Franc. de Leonar. in tract. de varijs iuris decis. cap. 12. num. 22. [Afflict. in Constitut. dilationes n. 31. Frãch. dicta decis. 118. n. 7. & decis. 200. n. 22. Ferdinandus Bongiornus super Ritu Cap. 101. in principio, & Cap. 110. Camill. de Laratha. cons. 30. num. 30. Afflict. decis. 30. num. 2.]

3

4 Secundo ampliatur dicta Cõclusio, † etiã si instrumentum penes acta esset factum die feriato in honorem Dei, nam adhuc habebit exequutionem paratam, Viu. dec. 35. num. 1. & seq. vbi allegat alios DD. & adducit multas rationes, & tunc † dicitur obligatio seu instrumentum receptum penes acta, quando est scriptum ab Actuario seu magistro notario, in Archiuio de mandato Iudicis, vel in eius præsentia, nec isto casu est necessaria præsentia illius, in cuius fauorem recipitur actus, Bald. & Salic. in l. pen. C. de liberal. cau. Angel. in l. pen. C. de fideiuss. & cons. 296. Lucas de Penna, in l. instar, C. de iure fisci, lib. 10. Afflict. decis. 135. num. 5. & in constit. Magistri Camerarij, nu. 14. Borel. cons. 38. nu. 9. Maran. in pract. par. 6. actu 10. nu. 19. & 20. secus si fuissent receptæ ab actuario

5

rio seu magistro notario in eius domo vel alio loco ciuitatis, quia tunc non dicerentur recepta penes acta, Lucas de Penna in præcit. l. 2. C. de iure fisci, lib. 10. Affl. in d. const. Regni, in 12. not. num. 13. quæ Constitutio est sub titulo de præstando sacramento, &c. Grammat. consi. 63. num. 12. in ciuili. licet cõtrarium teneat Carauit. in prędicto Ritu 128 num. 12. [Afflict. decis. 387. nu. 1. Gratian. discept. cap. 749. n. 27. Magon. decis. 57. nu. 10. Valasc. de iure emphit. quæst. 7. num. 15. Alba Mand. cons. 262. nu. 4.]

6 Secundò limita † in instrumentis sententiæ quæ de iure communi habent exequutionem paratã, l. minor, la pen. vbi Bar. in prin. num. 1. ff. de minor. & ibi omnes DD. idem Bar. in l. intra vtile, nu. 1. eod. titu. vbi etiam Alex. nu. 5. & 6. Bal. in l. 2. C. de exequut. rei iud. Ferrar. in pract. Papien. in forma exequ. sentent. diffinit. in glos. in verb. sapiens vir, num. 3. Ias. in l. 4. §. si ex conuentione, nu. 3. ff. de re iud. Fel. in cap. 1. nu. 7. de libelli oblatione, vbi testatur de commu.* opin. Cumia, super Ritu cap. 7. num. 19. [Cumia super Ritu & cap. 19. n. 103. & cap. 76. nu. 158. Septim. super Ritu cap. 132. Surd. cons. 186. nu. 3. Muta in dicto Ritu cap. 132. n. 19. Marescott. var. resolut. lib. 2. resolut. 121. nu. 10. Fimia super Ritu cap. 110. & ibi Montal. dicto cap. 106. in fine, & ibi Petrus Rizar. cap. 132. Mastrill. decis. 67. n. 11.] quod † intelligunt præcitati DD. quando intentatur officium iudicis, quia tunc agitur exequutiuè, secus si per viam actionis quia tali casu agitur actione in factum, & in isto Regno elapso anno vigore sẽtẽtiæ semper agitur actione in factum, ex quo post annũ sententia non habet exequutionẽ paratam, & hoc per cap. 37. dicti Ritus, vbi Cumia, num. 13. & 15.

Tertiò limitatur prædicta Conclusio quãdo † partes inter se conueniunt & paciscuntur, vt instrumentũ tum in persona, tum etiã in bonis possit exequi, quia vigore huiusmodi pacti instrumentum exequi potest, Bal. in l. minor 25. annis, ff. de minor. Bart. in l. creditores, nu. 26. C. de pignorib. Abb. in cap. de causis, num. 8. de offic. & potest. iudicis delegati. Frãc. Marc. decis. 396. lib. 1. Ant. de Canar. in tract. de exequut. instrum. quæst. 32. nu. 68. Boer. decis. 295. nu. 10. Becci. cons. 17. nu. 2. lib. 1. Tessaur. decis. Pedamon. 26. nu. 6. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 77. num. 4. [Amesc. de potest. in seipsum, li. 2. c. 21. n. 4.]

9 & ratio esse potest: qa † partes possunt omittere ordinem iudiciarium in toto processu. Coler. in tract. de process. exequu. p. 1. c. 5. n. 42. & 88. Galles. in trac. de obli. in forma Cameræ, par. 3. q. 4. n. 3. vbi dicit, quod hæc est commu.* opinio, & vsu recepta. Marant. in practica, par. 2. nu. 41. qui etiam testatur de commu.* opi. Andreas Gaill. in tract. de pace publ. lib. 2. cap. 2. nu. 26. & 28. qui refert ita seruari in Camera Imperiali, quod in isto Regno est permissũ ex dispositione Ritus M. R. C. c. 19. Curt. in trac. de sequest. n. 73. [Burg. de modo procedendi ex abrupt. q. 5. n. 103.]

10 Quartò limitabis eandem principalẽ Conclusionem in † instrumentis guarentigiatis, quæ de iure commu. habent exequutionem paratam, Bart. in l. cum vnus, num. 2. ff. de bonis auctorit. iud. possidend. Angel. in l. si debitori, eod. tit. Bal. in l. iubemus, §. sanè, in 6. quæst. C. de Sacrosanct. Eccles. & in l. pen. C. de fideiuss. Menoch. in tract. de arbit. iud. Casu 17. num. 4. Tessaur. dicta decis. 26. nu. 12. Caball. sup. Constit. Aegidian. seu Marchiæ, lib. 5. cap. 5. in glos. in verb. Guarentigia, num. 4. Cumia, super Ritu cap. 7. num. 23. Afin. in tract. de exequut. §. 1. cap. 25 nume. 1. Coler. in tractat. de process. exequut. par. 1. cap. 3. num. 16. Pet. Frider. in tract. de mandat. sine clausu. lib. 2. cap. 69. nu. 6. & 7. vbi alios allegat Cin. & Io. Fab. in l. si certũ, C. famil. hercisc. Campeg. in tract. de dote, par. 5. quæst. 111. n. 3. [Io. Aloys. de Septim. super Ritu cap. 101. col. 2. vers. quæro quare Muta super Ritu cap. 101. num. 13. & 15.] Boer. decis. 295. nu. 6. Tiraq. in repet. l. si vnquam in verb. donatione largitus num. 104. Intriglol. cons. 22. nu. 26. lib. 1.

11 † Guarentigia autem (cuius vigore instrumenta habent exequutionẽ paratam) est quodã pręceptum quod fit per notarium de ipso instrumento rogatum parti roganti vt obseruet in continenti contenta in instrumenta, Angel. in l. ait prætor, §. si iudex, ff. de re iud. Cin. in l. 1. C. de confess. Bart. in l. non fatetur, in fine, ff. eod. Imol. in d. l. ait prætor, §. 1. Socin. sen. cons. 79. num. 49. lib. 4. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 77. nu. 5. Corne. cõs. 259.

lit. D.

lit.D. vol.3. Menoch.in tract.de arbitr.iudi. casu 17.num.5.Gaiger.patron.25.n.2.lib.2. [Marius Muta super Ritu cap.101.n. 13.& habet vim sent. Tusch.in lit. G.concl.81.nu. 2. Castrens.cons.16.nu.4.lib.1.idem Tusch. in lit. I. concl.240. n.1. cum seq. post Tiraq. in tract.de iure const.limit.30.n.48. quod talis Guarentig. non prodest non nominato in instrumento licet habeat interesse, Fœnut. de moment,temporis cap.15. nu.8. Siluester Zachia in addit.de obligat.Cameralib.q.6. n.5.& quæst.2.n.12.] Caualc. dec.28. num. 45.lib.2.Sicard.cons.11.num.1. in crim.Campeg.d.nu.3.Afin.in tract.de exequu.§.1.cap. 25.num.2.Boer. dict. num.6. Coler.in tract. de processl.exequut.par.1.cap.3.num.14. Petr.Frider.in tract.de mandat.sine claulul. c. 69.nu.8. Tiraquel.in tract.de iure constit.limit.30.nu.48.Cagnol.repet.l.1.nu 44. ff.de re iudic.quod 12 † præceptum fit volenti & acceptanti,& fit authoritate statutorum potestatem concedentium ipsi notario,Bald.in l. iubemus,§.sanè,num.3. C.de sacrosan. eccl. Ang.in l.si debitori,n.5.ff.de iud.Franc.Padoan.in l.tale pactum,§. qui prouocauit, ff. de pact.Bened.de Barzi.in tract.de Guaren. quæst.1.Coler. in tract. de processl. exequut. par.1.cap.3.n.15.Afin.in tract. de exequut. §.1.cap.25.num.3.Cumia super Ritu cap.6. num.28.Alfonf.Aluares in Specul.Pontif.c. 70.vers.alium casum vide,cart.mihi 381.vbi alios recenset.[Mandos.in tract.de inhib.q. 71.n.10.Tusch.in lit.G.concl.81.n.1.] Suarez in Repetit. l. post rem iudicatam, in declarat.Leg.regni,vers.sequutus vestigia,nu. 2.cart.mihi 517.qui 13 † notarius debet esse rogatus ad faciendum tale instrumētum guarentigiatum. Bellon.cons.73.n.13.[Bertaz. in tract.clausul.clausul.18.gl.5. nu.11.Tusc. lit.G.dicta concl.81.nu.1.] quod 14 † in dubio non præsumitur. Kirchouius in suis Comm. opin. Centur.3. concl.55. in verb.notarius, nu.2.Roland.cons.26.n.12.& sequent. lib.3. & cons.32.per totum lib.2. Nepita super Cōsuet.Clarissimæ Ciuitatis Cataniæ, tit.56.n. 6.Michael de Grass. in comm. opin. cap. 18. q.5.& 6.[Bertaz.in tract.claus.clausul.4.gl. 21.n.1.Farinac. in tract. de falsit. q.103. nu. 106.& quæst.157.n.73.] quod limita quando 15 † in fine vel principio instrumēti adessent illa verba,seu Clausula,&c. nā per talia verba notarius censetur rogatus, Alex. cons.14. nu.32.& seq.lib.6. Apostill. ad eundē Alex. cons.153.nu.9.lib.2. Aegid.dec.267.Socin. iun.in l.sciendum,ff.de verb. oblig. Boccati. super Constit.Aegidian.seu Marchiæ, gl.7. nu.19.& dicam latius in meo tractatu de effectibus,in tit.de effect.diction. in verb. & cetera; Cum 16 † notario creditur si testetur de rogitu sibi facto, Bart.nu.2.omnes Scribentes in l.sciendum,ff.de verb.oblig.Cefal.cōs. 409.num.20.lib.3.Afl.dec.245.nu.9. Crot. cons.121.nu.36.lib.1. Crauet.cons.75.num. 2.lib.1.Bal.cons.158.num.3.lib.2. Dec. in c. si scripturæ,num.56.de fide instrum.Flamin. de Rubeis,cons.30.num.54. Natta cons.146. num.7.lib.1.Boer.dec.25. num.7. Emanuel Suarez in thesaur.recept.sentent.lit.N. num. 41.[Bertaz.in d.tract.& clausul.gl.34.n.2.] & vt notarius 17 † habeat potestatem faciendi præcepta guarentigiata, in ipsius creationis priuilegio debent poni ista verba: creauit, fecit,& ordinauit, talem in notarium publicum,& iudicem ordinarium. Bart.in l.fi. nu. 7.& 8. C. vbi & apud quem,& in l. à Diuo Pio,§.sententiam,ff.de re iud. Angel.in l. ait Prætor,§.si iudex, nu.4.ff.eod.tit.Cagnol.in d.l.1.eod.nu.44.ff.de iudic.Hieron. de Lambert. in addit.ad Trosi. super Ritu M. C. V. Ritu 166.nu.37.lit.C. Coler.in tract.de processl.exequut.par.1.cap.3.num.21. & propterea * secundum communem opinionem reprehenditur Paul.de Cast. dum dicit (in l.1. num.18.ff.de iudic.) quod illam iurisdictionem quam habent notarij, consequuntur ex natura officij tabellionatus; & reddunt hanc rationem: quod licet notarius habeat priuilegium in quo cauetur quod fuit creatus notarius & iudex,& ista duo simul concurrant, non propterea habet iurisdictionem ex natura officij tabellionatus. Bart. & Ang.in locis paulo ante citatis, Sigismūd. Scacc. in tractat. de iudic.cap. 62.num. 15. vers. 2. quia ex quo si Lex vel Statutum vltra non prouidet,non posset notarius præcipere in instrumento guarentigiato,eo quia est iudex in habitu,& non in actu, Bart.Angel.& Scacc. locis supra allegatis,Corne.cons.259.lib.3. Cagnol.d.nu.44.Bal.in l.1.ff.de iudi. vbi etiam Curt.col.pen.Ias.in l.error,nu.26. C.de iur.

& facti ignorant. & non vtitur iurisdictione faciendi talia præcepta, nisi ex speciali concessione à Lege, Statuto, Consuetudine, vel ab homine appareat hoc sibi pmissum. Bald. Cagnol. Curt. & Ias. locis præcit. Tho. Docc. alleg. 5. num. 5. post allegat. 54. vnde clarissimè patet, quod talis potestas faciendi præcepta guarentigiata, est notarijs attributa ex authoritate Statuti, hoc dictantis & prouidentis, vel principis hoc mandantis, vt concludunt Bart. Bald. Ang. Ias. Curt. Cagn. & Scaccia locis superius allegatis, Bened. de Barz. in tracta. de Guarent. quæst. 1. [Boerius dec. 295. nu. 6. Paul. de Castr. consl. 260. nu. 4. vers. constat autem Tusch. in lit. G. concl. 81. nu. 1. cum seq.] & licet † notarij non habeant contentiosam iurisdictionem, habent tamen voluntariam, vt videlicet partibus coram ipsis confitentibus possint facere præceptũ guarentigiæ de seruando omnia contenta in ipso instrumento guarentigiato, Bar. & Cin. n. 5. in l. vnica, C. de confess. idem Bar. in l. non fatetur, num. 5. ff. eod. tit. Paul. de Cast. consl. 260. nu. 4. vol. 1. Innoc. in c. cum à nobis, n. 2. de testi. Bar. Ias. & in alij, in l. 2. ff. de offi. procõs. idem Bar. in l. 1. n. 7. de iudic. Alex. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, nu. 6. ff. sol. matrim. & in l. fi. n. 5. C. de edict. Diui Adria. tollen. Bal. in l. etiam, num. 2. C. de exequut. rei iud. Coler. in tract. de processl. exequut. p. 1. cap. 3. nu. 18. [Marta de iurisdict. cas. 61. nu. 6. par. 4. cent. 1. Nepit. super consuet. Catan. consider. vnica, tit. 46. n. 9. Carauit. super Ritu 9. nu. 4.] & talem † iurisdictionem faciendi præcepta guarentigiata non exercet notarius, nisi in verè confessum, secundum Iac. de Butr. in l. 2. §. actor, C. de iuram. calum. Soc. sen. consl. 79. num. 49. in fine, lib. 4. Franc. Aret. consl. 131. circa finem, & non in fictè confessum, quia confessus fictè non potest rogare tale præceptum. Ant. de Butr. in reper. iur. ciuilis, in verb. guarentigia, Bald. in addit. ad Specul. in titu. de appell. §. item quæritur, & in l. iubemus, §. sanè, C. de sacrosan. eccl. & in l. si quis maior, C. de transact. Canonistæ in cap. cum secundum, de hæret. in 6. quia confessio † vera & ficta valde differunt inter se, Natta consl. 32. nu. 18. lib. 1. Pancirol. consl. 78. n. 17. vbi alios allegat, & ponit varias ex ipsis differentijs, Mazzol. consl. 92. num. 9. & consl. 107. n. 24. [Scipio Rend. in promptuar. suo in tit. 21. de confess. nu. 4. & 7. & dubia non nocet, Berous consl. 178. n. 24 lib. 3. Surd. dec. 291. nu. 25. & quid si est relatiua ad aliud idem dicta dec. n. 17.] nec † etiã tenet præceptum guarentigiæ n est factum ex falsa causa, Bal. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verborum oblig. Soc. sen. præcit. consl. 79. n. 53. Asin. in tract. de exequut. §. 1. cap. 25. nu. 8. & ideo si talis confessio est erronea, potest reuocari etiam post præceptum ipsum guarentigiæ, Bart. in l. non fatetur, ff. de confes. & in l. error, ff. de iuris & facti ignor. Soc. sen. consl. 79. n. 50. lib. 4. [Pancirol. consl. 58. n. 25. Soc. iun. cõs. 180. n. 83. & 85. lib. 2. Fusc. in singul. in lit. C. n. 179. Alex. Stiatic. in pract. cap. 19. n. 77. Paset. consl. 44. n. 3. Cępol. cautel. 69. n. 1. Purpurat. consl. 445. n. 5. Brunorã sol. in cõpend. proposit. in verbo cõfess. etiam Turret. consl. 1. nu. 135. lib. 2. Borgnin. decis. 19. n. 37. lib. 3. Gratian. discept. 3. nu. 10.] Asin. d. cap. 25. nu. 7. & nota, quod instrumentum † guarentigiatum differt ab instrumento in forma Cameræ in eo, quod instrumentum guarentigiatum ab initio haberet, tenet vim confessionis, & iudicialis præcepti, sed instrumẽtum in forma Cameræ habet tantum adiectam censuram & mandati exequutiui susceptionem. Cumia super Ritu cap. 6. num. 27. [& tale instrumẽtum guarentigiatum habet paratam exequutionem, tàm cõtra nominatum, quàm contra eius hæredes, ita fuisse decisum, refert Fõtanell. de pact. nuptial. claus. 3. glos. 2. n. 52. Barz decis. Bonon. 26. nu. 20. Franch. dec. 405. n. 8.] Scacc. d. c. 62. nu. 22. vbi recenset varias differentias, & hoc multis modis distinguit, quas differentias & distinctiones per te videre potes apud eũdem, & aduerte, quod hoc † nomen Guarentigiæ est vocabulum barbarum, à Franchis & Longobardis ortum habens, vt dicit text. in cap. 1. §. 1. de leg. Corrad. & significat firmam defensionẽ de iure & de facto, Marc. Aquil. in repet. l. 1. §. si quis ita, nu. 128. ff. de verb. oblig. vbi etiam Ias. num. 28. & Bolognet. n. 220. Franc. de Leonard. in trac. de varijs iur. decis. cap. 12. nu. 3. Coler. in tract. de processl. exequut. p. 1. c. 3. nu. 19. Pet. Frider. in tracta. de mandat. sine clausula, lib. 2. cap. 69. n. 12. & nihil aliud est dicta clausula guarentigiæ, nisi

nisi quod vigore ipsius potest incipi à captura debitoris sine strepitu & figura iudicij, Roma.cons.133.nu.1. vbi Mandos.in addit.lit. A. Maran.cons.95.num.3.inter consil. ciuil. Grãm.Carauit.super ritu M. C. V. Ritu 167. n.13.[Io.Aloys.de Sept.super Ritu c.101.col. 2.vers.quę sint instrumenta.Tusc.in lit.I.con cl.240.n.7.Marta de iurisdict.p.2.c.45.n.5.]

Quinto vt reddeamus vnde digressi sumus eandem principalem conclusionem (scilicet quod instrumentum de iure communi nõ habet exequutionem paratam) limitare poteris quando † debitor coram iudice & parte confiteretur contenta in instrumento esse vera, quia tunc instrumentum habet paratam exequutionem, l.si debitori, vbi omnes DD. ff.de iudic.Gallesi.in tract. de oblig.in forma Cameræ, cap.2.nu.12.Rot.Rom.in decis.nouiss.lib.1.dec.146.nu.2.& 3.Surd.cons.271. num.38.lib.2.Laderchius cons.69.nu.1.Siccard.cons.1.n.3. Cumia super Ritu M.R.C. cap.7.nu.21.& 24. Lucas Pet. in pract. lib.3. cap.1.nu.1. vbi dicit, quod facta tali confessione iudex præfiget terminum decem dierũ ipsi debitori cõfitenti ad soluendum, & ratio esse potest, q.a † iudicialis confessio & sententia, vel res iudicata sunt paria, l. post rem, ff. de re iudic.l.1.& 3.ff.de confess. & l.1.C.eo. tit.cap.cum super, extra eod.titu. de confess. glo.in cap.fin.eod.tit.l.certum, §.sanct ipsos ff.ti.antedicto Iodoc.Damhouder.in Enchirid.pariũ aut simil.iur.in verb. confessio.Brunorus à Sole quæst.5.1.n.199.Fran.à Doctor. cons.68.nu.19.inter cons.matrimonialia diuers.Monald.cons.1.nu.7.lib.2.sed sententia † habet exequutionẽ paratam, vt paulo antedixi, ergo eodem modo eam habebit talis confessio, Eugen. cons.30.n.11.& 12. [Mandell.Alb.cons.684.n.4.pract.Papiens.in forma libell.exequutionẽ sententiæ diffinit. in glos.sapiens vir.nu.3.fol.429. Carpan.in statuto Mediolanens.cap.42. num.134. Portius cons.172.n.5. Muta super Ritu cap.132.n.5. Scaccia de iudic.cap.62.nu.12.par.1. Mastrill.dec.67.nu.11. Cumia super Ritu c.76. nu.158.Io. Aloys.de Septim.in dicto Ritu cap.132.& ibi Fimia cap.110.ac etiam Montalt.cap.106.& Riccius in dicto Ritu c.132.] vbi etiam dicit, quod † confessio facta in iudicio, inducit notorium, Abb.cons.89.nu.1. in fi.& seq.vol.1.Butr.cons.27.num. 2. Alex cons.77.nu.13.vol.2.Rom.cons.177. num.8. Monal.cons.95.nu. 18.lib.2, Gigas, cons.73. nu.13.de qua re latius dicam infra except.14 num.2. & post † emanatam confessionem iudicialem in ciuilibus, partes iudicis nullæ aliæ sunt, nisi in exequendo, l.1.ff.& C.de cõfess.Soc.iun.cons.11.n.4.lib.2. Turret. cons. 42.num.1.lib.2.Monald. cons.1. num.7. lib. 2.Pet. Frider.in tract.de mandat.sine claus. lib.2.c.66.num.7.& 8. & statim † quod quis confitetur in ciuilibus, habetur pro condemnato, l.1.& ibi Doctores, C.de confess. Abb. in c.quærenti, num.5.de offic.deleg. Fel.in c. si cautio, n.24. de fid.instrum. Franc.de Doctor.d.cons.68.num.19. inter cons. matrim. diuersor.[Lanfranc. in c.quoniam contra in verbo confessio. de probatio. Mars. cons.46. n.18.vers.& facit etiam Gram.cons.40.n.25 in fi.& dec.48.n.8.Aldouin.cons.56.n.16.& cons.25.n.9.Farin.q.81.n.3.] Ferret.cautel. 57.n.2.Io.à Roia, in sing.in fauor.fidei, 205, n.2.& Sing.193.n.2.Monald.cons.81.n.39. & cons.90.n.5.& 6.& cons.118.nu.13.lib.2.

Sextò limitatur dicta Conclusio principalis, † in instrumentis depositi. nam & ipsa de iure comm. habent exequutionem paratam, l.si quis, vbi Bart.nu.3.& Paul. de Cast. etiã num.3.C.de posit.& not.DD. in Authen.de incest.nupti.in princ.Alex. in l.si cum dotem §.eo autem tempore, nu.5. ff.sol. matr.Aret. in §.pen.Instit.quib.mod.re contr.oblig.vbi Ias.in addit.ad Parti.Asin.in trac. de exequ. §.1.cap.3.num.1.Ant.de Canar. in tract.de exequ.instru.q.8.Barbat.in c.bona fides, extra, depos.Rolan.cons.17.n.1. vol.1.Kircho. in suis com.opi.cent.2.cõcl.67.Cumia super Ritu c.7.n.2.& cap.19.n.12.Tessaur.dec.26. n.8.in fi.Fuscus in sing.lit.G.n.43.Boer.dec. 295.Th.Doc.alleg.5.n.10.post cõs.54.Moz. in tract.de contract.tit.deposit.in rubr.quomodo annulletur seu deficiat deposit. nu.2. cart.mihi 39.idem Roland.cons.4.nu.4.lib. 4.Franc.Viuius dec.191.nu.5.[Burg.de modo procedend.ex abrupt.q.5.n.42.Io.Aloys. de Septim.super Ritu cap.102. vers.ibi deposit.Scacc. de iudic. causarum ciuiliũ & crim. c.62.num.8. cum seq. Franc. de Podio super Ritu cap.102. vers. ibi depositi. & ibi Petr. Petrola Rizari in eod. Ritu c.114. in princ.

Alba cons.3.num.3.vbi Vincent.Annibal.in addit.lit.D.qui multos alios allegat. Et hæc conclusio procedit † in deposito vero & reali, de quo constat per realem numerationem, non autem in deposito ficto & confessionato, Bal.cons.384.num.1.lib.1.vbi addentes. Additionator ad Bart. in l.si cum dotem, §. eo autem tempore,ff.sol.matr. Io.Philip. de Paterni.& Cumia super Ritu cap.7.nu.4.& cap.19.num.14.Roland.cons.17.num.6.lib. 1.Boer.dec. præced.num.81. Kirchou.in suis comm.opin.cent.2.concl.67.Plot.in repet.l. si quando, num. 434. & vnde vi, Alba cons. 635.num.2.& ibi.Annibal.in addit.lit.A. & ratio ea esse potest: quia † priuilegia concessa instrumentis depositi non vendicant sibi locum in deposito confessionato, Bald.cons. pręd.Socin.sen.cons.143.num.15.lib.1.Cagnol.in repet.l.singularia,n.33.ff.si cert.pet. Alba d.cons.635.nu.3.Mozzi.in tract.de cōtract.tit.de depos. Rub. Quomodo annulletur seu deficiat depositum,num.4. cart. mihi 39.& rubr.de diuisione depositi,nu.7. [adde id quòd addidi in except.16.n.75.etiam Muta super Ritu cap.114.n.8.] Intellige etiam † vt procedat principalis Conclusio si de deposito constet per instrumentum, secus si per testes Angel. in l.pen.C.depos.Curt.in l.tale pactum,§.qui prouocauit,col. fin. ff.de pact. Matthes.not.6.Anguiss.cons.200.num.4.Cumia d.cap.19.num.13.& 14.Scaccia in tract. de iudicijs cap.62.num. vlt.vers. quid tenendum.Sed supra dicta Conclusio quod instrumentum depositi habet † exequutionem paratam, procedit, quando intentatur officium iudicis,secus si ageretur actione depositi, quia tunc non habebit exequutionem paratam, licet summariè procedatur.Parpal.in l.2.num. 9.si cert.pet. Cumia, d.num.13. Scacc.dicto num. vltimo, vers.quid tenendum. & ex hoc infero quod DD. qui tenuerant quod instrumentum depositi non habet exequutionem paratam, sunt intelligendi, quando agitur actione depositi. Doctores verò supra allegati ,intelliguntur quando petitur officium iudicis; & hæc mihi videtur vera conciliatio harum opinionum inter se discrepantium.

Septimò limitare velim principalem Conconclusionem, quando agitur ad fauorem Fisci, ex quo † instrumenta contra debitores fiscales habent exequutionem paratam, Ambientic de mandat. Princip. §. cogat, Bald. in l. 1. num. 3. C. de condict. ex lege, vbi Salicet. num. 3. Suarez in repet. l. post rem, carn. 1. 6. col. 4. ff. de re iud. Gabriel Quemad. in Comp. end. quæst. Fiscal, quæst. 9. in fine, Peregrin. in tract. de iure fisci, lib. 6. tit. 7. nu. 5. & 7. Cauaff. super Ritu M.C. V. Ritu 167, num. 3.

Octauò limita Conclusionem principalem, vt non procedat † in instrumentis testamentis, quia ipsa habent exequutionem paratam dum in eis non adest aliquod vitium apparens & visibile, l.fin.vbi Bart.num.21. & cæteri scribentes, & præcipuè Ias. nu.6. & Bal. nu.15.C.de edicto Diui Adriani tollen. Rebuff. super Constit. Regni Galliæ, tit. de litter.obligat. art.6.glo.3.num.20. vbi testatur de comm. opin. Gabriel Quemada in Compen.quæst.Fiscal.quæst.9.circa medium.Cumia super Ritu c.7.nu.7.& c.19.num.73. Fuscus in Sing.lit.I. n.43.Asin.in tract.de exequutio.§.1.cap.1.num.1.Pet.Frider.in tract. de mandat.fine Claus.lib.2.c.68.nu.1. Boer. dec.295.num.12. Io.de Amicis cons.133.n. 1.Cotta in Memorial. in verb.instrumentū. [Burg.de modo procedend. ex abrupt. q.5. num.128.Sigismund.Scacc.de iudit.c.62. num.8.lib.1.Muta super Ritu c.114.nu.13. 14. cum seq. Antonius seu Blasc. Lanza super Ritu c.114.Ias.in l.quę delegato. n.5. ff. de legat. 1.] Et hoc intellige tam si † hæres petit se mitti in possessionem bonorum testatoris, quam etiam si legatarius agit pro consequutione legati, quia vtroque casu agitur exequutiuè, vt dicunt præcitati Doct. & vltra eos idem dixerunt Tessaur. dec.26. nu.9. & 10.Surd.cons.214.num.20.lib.2. Angel. in §.Illud, in Authen.de hæred.& Falcid.Michael Grass. in tracta. de success. §. legatum, quæst.77.per totum.Ludou.decis.Perus.23. n.9.Pet.Frider.in tract.de mand.fine Claus. lib.2.cap.68.num.4. [Boer.dec.295.nu.12. Muta super Ritu cap.114.num.21.vbi dicit, quòd ista opinio & rationibus & auctoritatibus præualet, contraria,licet contrarium videatur tenere Ripa in repet. l.ait Prætor, §.si iudex,num.7.ff.de re iud. Gargen.patrocin. 25.num.4.lib.2. vbi alios allegat,cuius opinio est reijcienda,quia cōtra communem. & prædicta conclusio ampliatur, vt procedat tam

38 tam † in testamento inscriptis, quam nuncupatiuo; Menoc. in tract. de adipisc. possess. remed. 4. num. 91. & seq. Pet. Frider. dicto c. 68. nu. 30. † Secundo ampliatur etiam in testa-
39 mento imperfecto inter liberos, l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. Pet. Frider. in dicto tract. de mandat. sine clausul. lib. 2. cap. 68. n. 14. Tertio ampliatur etiam in codicillis: † nam & ipsa habent executionem
40 paratam, sicuti testamenta, l. 5. in fine, l. 2. & l. 3. & l. fin. C. de codicill. Menoch. in tract. de adipiscenda poss. remed. 4. num. 192. Frid. loco citato, nu. 9. vbi dicit, quod hæc conclusio procedit in quibuscunque vltimis voluntatibus. [sic etiam donatio causa mortis. Vinc. Percoll. super Ritu cap. 114. vers. in testamento. Petr. Pech. de testament. lib. 4. c. 4. nu. 2.] sed aduertendum est, quod hoc non ita resolutè procedit, sed limitandum venit quando
41 † adest legitimus contradictor: quia tũc instrumentum testamenti non habet exequutionem paratam, ideo tunc hæres non immittitur in possessionem bonorum, sed agere debet via ordinaria; d. l. fina. §. sin autem legitimus, C. de edicto Diui Adriani tollendo. Tessaur. d. nu. 9. Ludouic. decis. Perus. 23. nu.
42 6. Monald. cons. 75. num. 1. lib. 1. Quis † autem dicatur legitimus contradictor; ponunt Monald. d. num. 1. Becc. cons. 3. nu. 9. & cons. 207. num. 1. Gabriel. cons. 46. num. 5. lib. 1. Menoch. in tract. de adipisc. possess. remedio 4. num. 554. & sequentib. Ponte, cons. 22. n. 9. Surd. cons. 263. num. 4. & 8. lib. 2. Menoc. cons. 515. num. 6. & sequentib. lib. 6. & cons. 180. num. 57. lib. 2. Rimin. iun. cons. 816. nu. 74. lib. 7. Bart. in l. 2. §. sin autem, num. 20. & sequentib. & in l. fi. C. de edicto Diui Adria. toll. vbi dicit, quod is est legitimus cõtradictor, qui opponit titulum & possessionem bonorum contra hæredem, sequitur Frideric. in d. tract. de mand. sine claus. lib. 2. cap. 68. nu. 3. secus si haberet titulum tantũ, uel possessionem tantum: quia tunc non diceretur legitimus contradictor, Bart. in d. l. fin. Bottra cons. 93. nu. 5. Osasc. decis. 26. num. 2. Rota Genuensis deci. 104. nu. 14.
Secundò loco limitanda est prædicta conclusio, quando † testamentum esset nullum
43 ratione præteritionis filiorum, quia isto casu non habebit exequutionem paratam, si filius sit paratus in continẽti probare de iure suo, Bart. in d. l. 2. nu. 1. C. de edicto Diui Adria. tollen. & in Authen. Ex causa, num. 21. C. de lib. præter. Ang. cons. 128. in 2. dubio. Gozadin. cons. 7. num. 3. [Io. Aloys. de Septim. super Ritu c. 114. vers. testamento.] Frider. d. c. 68. num. 8. Cumia d. cap. 19. num. 72. vel si
44 † filius fuisset nominatus in testamento: quia tunc testamentum diceretur nullum ex vitio visibili, Bar. d. l. fi. nu. 2. & ibidem ceteri Scribentes, C. de edicto Diui Adriani tollen. à
45 Ponte, d. cons. 22. num. 9. Quod † amplia, vt procedat etiam si filius præteritus esset bannitus, ex quo isto casu testamentum dicitur nullum, Corne. cons. 28. lib. 2. Carocc. in tracta. de excuss. quæst. 15. decimæ quæstionis, principalis, num. 25. licet contrarium isto casu videatur tenere Eugen. cons. 69. num. 21.
46 & 22. dum dicit quod tale † testamentũ non est nullum.
Tertio limita, quando testator tempore testamenti testari non poterat, vt quia erat pupillus, vel furiosus, si de eiusmodi inhabilitate in continenti constare potest, quia etiã isto casu testamentum non habebit exequutionem paratam, Menoc. cons. 180. num. 23. lib. 2. & in tract. de adipisc. possess. remed. 4. num. 7046. Angel. cons. 135. in fine. [& testamentum corruit Marant. cõs. 19. n. 5. Alb. cons. 414. n. 1. Menoch. cons. 45. n. 13. & 30.]
47 Nono & vltimò limita, † quando instrumentum esset iuratum, quia ratione iuramenti habet exequutionem paratam, Bar. in l. 2. nu. 8. vbi Fulgos. num. 3. ff. de iureiurando. Paul. de Cast. in l. post rem iudicatam, n. 2. & 3. ff. de re iudicata. Ias. in l. fina. n. 6. in 4. casu. C. de edicto Diui Adria. tollen. Euerard. in Topic. iuris, in loco, à vi iuramenti, effectu 18. num. 50. & 51. Tiraquel. in repetit. l. si vnquam, in verbo, Donatione largitus, nu. 104. C. de reuocand. donat. Afin. in tract. de exequut. §. 8. cap. 102. Bauer. in tract. de virtute iuramenti, effectu 39. Gramm. cons. 11. circa finem, in Ciuil. Marsil. sing. 356. Viuius in suis communibus opinionibus, in verbo, Iuramentum iudiciale, n. 5. Suarez in Thesauro recept. sentent. lit. I. nu. 332. vbi testatur, quod hæc est communis opinio. Turreb. consil. 93. nu. 3. lib. 2. vbi alios hoc asserentes allegat. Becc. cons. 17. num. 7. Surd. cons. 273. n. 30.

num.30.lib.2. Ant. de Canar. in tractatu de exequutione instrumentorum, quæst.4. n.7. Io.de Amicis cons.31.nu.20. Nicol.Moron. in tractatu de Fide, Tregua, & Pace, q.11.n. 1.Tessaur.dec.26.nu.7. Ias.in §. item si quis postulante, Inst.de actio.vbi testatur de com. mu.* opinione. Gutter. in tract. de contract. iuratis, cap.62. Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuileg.77.num.2.cum alijs quos referre possem, nisi breuiati studerem, cum hoc vbique affirment DD.Contrariā tamen opinionem quod immò instrumenta vigore iuramenti nō habeant exequutionem paratā, tenuere Bald.in l.1.nu.5. C.de reb.credit. & l.si duo patroni, §.si quis iurauerit, ff.de iureiurando.Angel.& Roman. 13. in l.2. eodem titulo. Abb.in cap. fi.extra titu.prædicto, de iureiurādo, quo loci dixit, quod opinio Bar. nunquam sibi placuit. Decius cons.682.n.5. vbi ad hoc nihil allegat: mouetur namque ipse Bald.cum supra notatis Doctoribus, & alijs sequacibus suæ opinio, hac præcipuè ratione: quia iuramentum vt habeat exequutionem paratam debet esse litis decisiuum, tale enim non est quando apponitur in contractu; quoniam ante quam sit absolutus à partibus, non est nata actio, neque obliga-48 tio, & per consequens non est † litis decisiuū; & ex quo iste articulus est tam dubius & difficilis, & pro vtraque parte adest opinio tantorum virorum, putarem posse distingui prout distinguunt varij ex Doctoribus superius allegatis tam pro prima, quam pro secunda opinione, & in specie Turrett. d.cons.93.nu. 25.lib.2.Th..Docc.cons.150.nu.6. hoc est, quod aut iuramentum est confirmatorium contractus, aut litis decisorium: si confirmatorium, non habet exequutionem paratam; 49 si litis decisorium, secus; † dicitur autem iuramentum litis decisorium, quando promissor defert iuramentum stipulatori, qui tunc iurat se debere recipere quantum in ipso instrumento stipulationis est deductum, Bart. in l.2.num.4.de iureiur.& ibid. Ias.qui testatur de communi* opinio. Alfons. Aluarez in Speculo Pontif. c.70. vers. alium casum, car.mihi 381.a Sola, super constit. Sabaud. tit.de foro competenti, glo.7.num.6.car.mihi 6.vbi dicit, quod huiusmodi iuramenti forma non seruatur. faciunt dicta per Bal. & Salic.in l.prima, C. de rebus credit. & per eundem Bald. in l.si duo patroni, §. si quis iurauerit, ff. de iureiur. & per Paul. de Castr. in l.post rem iudicatam, ff. de re iudic.vbi Suarez in repet.in declarat. Leg. Regni, vers. sed pro euidentia, nu.29.car.mihi 558. [Marsil. sing.299.Alb.Mandell.cons.791.n.34.& 35. Villaut.dec.20.n.8.Honded.cons.31.nu.16. lib.1. Surd. cons.25.nu.25. vbi dicit, ꝙ nulla adest differētia de iure Canonico inter promissorium, & confirmatorium. & consil.37. num.13.]

50 Iuramētum verò † cōfirmatorium est, quod simpliciter fuit appositum & pręstitum in instrumento, ex cōsuetudine notariorum, quod à parte parti non defertur. Phanut.in tracta. de iureiur. in litem, in secunda parte principali, nu.11. Seraph. in tract. de priuil. iuram. in præfat.nu.5. & priuil.77. n.32. [& quando differt ab assertorio. Peregr.cons.77.n.11 & 23. Valasc.dec.99.num. 14. Tusch.in lit. I. 51 concl.496.n.12. & 13. & † iuramentum pręstatur iurando per Deum, vel aliam rem sacrā, Caietan. in secunda secundæ, quæst.89. artic.6. Couar. in Relect.capit.quamuis, in 3.p. §.2.nu.2.vers.9.de pact.in sexto, Pinell. in repet.l.2.p.2.cap.1.num.13.C.de rescind. vendit. Rim.iun.cons.521.n.82.lib.4. Surd. dec.234.nu.3.qui nu.4. dicit, quod iurari potest multis modis, & etiam sola mēte, allegat Corset.in Rubr.de iureiur.col.4. vers.quarto 6. [Villaut.decis.20.nu.7.& 29. A fin.de exequut.§.8.cap.8.nu.1.] Abb.in cap.etsi Christus, de iureiur. & num. 5. dicit, quod quan-52 † do promittit aliquid in veritate, tunc promittens habetur ac si iurasset, Cagnol.in l.si quis maior, nu.107. C.de transact. [Mancin. 53 de iurament.p.1.q.7. & 13.] sed an † in præstatione iuramenti ad eius validitatem requiratur tactus scripturæ? & dico quod sic. cap.si quis presbyter, 2.q.4. Siluan.in tract. de feud.recognit.q.109.num.6. Bal.in Margar. in verbo, iuramentum quod præcipitur. Franc.Mar.dec.674.nu.4.& 11. Marsil.sing. 415.in fi. Tessaur.dec.47.n.1.vbi dicit, quod ** hæc est magis comm.* opi. Purpur.cons.250. num.8.lib.1.& cons.601.n.7.lib.1. Rim.iun. cons.315.nu.23.lib.3. [Mancin. de iuram. p.1.q.4.n.1.cū seq. Bellon.cons.4.n.7. Guid. Pap.decis.35.nu.2. quod facit valere actum om-

par.6.num.6.Bald. in l.fin. C.de fals.caus. & cons.444.in princip.lib.1. Butri.& Panorm. in rub.de fide instrument. Anch.in c.1.q.20 de constit. Asin.in tract.de exequut.in princ. cap.10.nu.3. Caroc.tract.de locat.& condu. tit.de verb signific.q.14. Tiraquell.d.glo.1. num.1.& seq. qui duo vltimi multos alios allegant. Hinc dicit tex.in l.contrahitur,ff.de

241 pignorib. † quod instrumentum fit ad probationem contractus, qui in ipsomet instrumento continetur. Asin.d.tractat. de exequut. in

242 princ. cap. 10. nu.7. & † statutum loquens de vno ipsorum, non habebit locum in altero, Bald.in l.fin. C. de fals.caus.adiect.legat. Dec.cons.17. circa fin. Imola cons.17. parũ ante finem, Tiraq.d. glos.1. nu.3. [Addentes ad Gramm.in constitut.Reg.Neapol.lib. 1.in 9. constitutione, vers. Iudices nu.6.fol.

243 46.] ex quo infertur, † quod statutum annullans instrumentum, non dicitur annullare contractum in eo contentum, si aliunde contractus probari potest, Alex. cons.170.nu.5. vol.7. Socin.senior cons.92.col.6.vol.3. Caroc.d.tit.de verb.signific. nu.6. Asinius d.c. 10.num.12. Paul.de Cast. Alex.& Ias.in l.seruum filij, §.cum qui chirographum, ff.de leg. 1. Decia. cons.64.n.39.lib.3.& cons.29.n.8. & 81.lib.2. Suarez in repet. l. post rem iudicatam, in declarat. Legum Regni, in 6.limit. princ.nu.4.car.mihi 506.à Ponte cons.2.nu. 207. Roland.cons.43.nu.18. & sequent. vol. 3. Fulg.in l.huiusmodi, §.si ita, de leg.1. Caroc.in d.tract.de locat. & conduc.tit.de ver. signif.q.14.nu.4. Asin.loco cit. num.6. Surd. cons.80. num.29.& cons.44. nu.23.lib.1. & cons.318.nu.17. lib.3. Marcabrun. cons.58. num. 142. [Imol.cons.17.nu.3. Alex.cons. 122.nu.3.lib.2. Alb. Mand.cons.223. n.22. & cons.225.n.20. Bellon. cons.22.n.6. Rol. à Vall.cons.43.n.11.lib.3.]

244 Secundò infertur, † quod renuntians instrumento, non dicitur debito, vel cõtractui renuntiare, sed tantũ probationi, quæ fit per ipsum instrumentum; est doctrina Bald. in l. Labeo, §.1.vers.quid si quis, ff.de pact. qui ad hoc dicẽdũ mouetur, per tex.in l.3. C.de fid. instrum. quam doctrinam Baldi referunt, & sequuntur Dec.in c.cum venerabilis, nu.17. de except. Asin. in tract.de exequut.in princ. cap. 10.num.8. Caroc.d.q.14.num.2. [Pur. in l.postquam liti, n.50. C.de pact. Alex. cons.170.nu.3.lib.7. Dec.cons.17.n.3. Tiraquell.de retract.lignag. §.2. glos.1.n.2. Bertrand.cons.270.n.2.& 3.lib.3.] quæ omnia

145 supradicta limitantur, stante † consuetudine loquendi in loco, in quo agitur: nam si eo loci vnum accipitur pro altero, tunc insequantur vsum loquendi. Tiraquel. in tract. de retractu Lignager, §.2.gl.1.n.4.& 5. Caroc.d. q.14.num.6.

246 Quintò sciri dẽt, quod licet † reus principalis vigore statuti prohibentis opponi contra instrumentum, non possit aliquid exigere, attamen non prohibetur præuenire creditorem, ita vt declararè faciat quod sibi competat aliqua exceptio legitima. Aret.in Rub. Instit.de except.nu.30. l.si contendat, vbi gl. & Paul.de Cast. nu.1. ff.de fideiuss. Cagnol. in l.diffamari, C.de ingen. & manumiss. vbi * testatur de commu. * opin. Glos.& Bart. in l. Aurelius, §.centum, ff. de libert.legat. Abb. in cap.si quis contra, num.2.de foro compet. Bald.in l.nec contra, C.ne fil.pro patre, & in Rubr.C.de condict.ex lege, num.2. & in l.3. nu.3. C. qui bonis cedere possunt. Bart.in l. ciuitas, nu.10.ff.si cert.pet. Roma. cons.412. nu.1. Soc.sen.cons.93.col.3. vol.3. Mandos. in tract.de inhibit.q.49. nu.6. Intrigl. super Bulla q.65. nu.12. [Mastrill. dec.157. n.9. Muta dec.94.n.1. Tusch.in lit.S. concl.525. nu.1. & 3. Giurb. dec.44. num.3.] & ratio

247 est, quia † præueniens non dicitur reus, sed actor, l.in tribus, de re iudic. l.libertus, ff. de in ius vocando. Pand.in tract.de præsent.instru.p.4. n.111.dubit.19.tit.de præuent. fol. 510. Mastril.dec.157.n.9.lib.2. ideo non censetur prohibitus, cũ solũ per talia statuta cẽsetur prohibitus reus excipere, & non prohibitus agere; quod secus est si debitor a principio iurati nõ præuenire: quia tunc non põt modo aliquo præuenire. [Giurba dicta dec. 44.n.7. Muta d.dec.94.n.1.] Carauita, qui latè disputat istum articulum, Ritu 168.n.1. & ideo debitores in isto Regno vigore instrumenti iurati nunquam possunt præuenire, quia hoc est prohibitum per pactum de non opponendo, quod extenditur etiam ad præuentionem, vt habetur in Exceterario.

248 Et † quando debitor vult præuenire suum creditorem super exceptionibus sibi compe-

peten-

tentibus, tunc non debet adire iudicem creditoris, sed suum, ita Rom. d. nu. 1. Abb. in d. c. si quis contra, nu. 2. de for. comp. Contard. in repet. l. diffamari, in quæst.... nu. 27. C. de ingen. & manumiss. Pandus d. num. 11. Boer. dec. 114. Intrigl. d. q. 65. n. 3.

249 Sexto sciendum est, quod † statuta prohibentia, ne contra publica instrumenta possit opponi aliqua exceptio, intelligūtur quo ad principalem, non autem quoad tertium, qui potest opponere suas exceptiones, tali statuto non obstante. Frāc. post Abb. in c. pastoralis, nu. 25. de appell. Ruin. cons. 87. nu. 5. lib. 4 & cons. 200. num. 21. lib. 1. Franc. Marc. dec. 277. n. 1. lib. 1. Paris. cons. 107. nu. 111. vol. 3. Marsil. sing. 295. l. si suspecta, ff. de inoffic. testam. l. si super, C. de pignor. l. si per collusionem, ff. de actio. emp. Fel. in c. qualiter, il 1. de accusat. Asin. in Pract. §. 31. c. 35. Alex. cons. 83. nu. 12. & 13. & cons. 84. n. 8. lib. 3. Grām. cons. 55. n. 11. & 12. in ciuil. Cumia super Ritu c. 17. n. 110. & 111. Carpa. super Stat. Mediol. c. 42. n. 209. & c. 116. nu. 208. Milanens. dec. 17. n. 5. lib. 2. [Alex. cōs. 83. n. 11. lib. 3. Seraph. dec. 256. n. 4. Milanens. dec. 12. n. 16. li. 2. Giurb. dec. 8. n. 22.] vbi dicit, quod †

250 tertius pōt opponere exceptionē aduersus exequutionem census Bullaris, & eius exceptiones, & oppositiones non cēsentur reiectæ per Pragmaticam super eadem Bulla, quod ante eum dixit Petr. de Greg. in repet. eiusdem Pragmaticæ, q. 10. n. 14. vbi Mastrill. in addit. in lit. D. Idem Intrigl. super eadem Bulla q. 61. n. 26. 27. 28. & 29. quod corroboratur ex eo, quod dicit prædictus Milanens. decis. 12. nu. 7. lib. 2. [& an tertius opponens de dominio, & possessione retardat exequutionem contra debitorem causatam. vid. Corsett. in q. 4. vers. 2. casus Ant. de Ballis lib. 5. q. 2. nu. 4. Giurb. dec. 61. n. 1. cum seq. & multos per

251 eum allegatos.] vbi † voluit, quod licet sit prohibitum dicere de nullitate aduersus tres sententias conformes, Clemen. 1. de re iudic.

252 attamē † tertius potest isto casu allegare nullitatem, glo. in d. Clemen. 1. super verbo, contra se, vbi Io. de Imol. col. 4. idem Imola in l. 1. ff. à quibus appel. non licet. Alex. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, nu. 25. ff. de re iudic. vbi dicit hanc esse magis communē opin.

* [Couar. pract. quæst. c. 15. n. 9. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de nullit. nu. 21. dec. Bononiens. Benint. 67. n. 11. Balb. cons. 122. num. 5. lib. 3. Seraph. dec. Rot. Roman. decis. 256. num. 3. Brun. cons. 75. nu. 23.] Ias. in l. si vnus, §. ante omnia, nu. 4. ff. de pact. & in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. pet. Bart. in l. 1. §. interdū, nu. 7. ff. à quib. appel. non licet.

253 Sic etiam † remota appellatione per statutū vel rescriptum, censetur remota quo ad principalē debitorem tantum, non autem quo ad tertium, cap. super eo, de offic. deleg. Imola, in d. l. fi. col. 10. ff. à quib. appel. nō licet. Cassan. super consuet. Burg. Rubr. 5. §. 3. in verbo, quand. in §. 3. nu. 19. & 20. Rebuff. in tracta. de lit. oblig. art. 1. glo. 10. nu. 11. & artic. 2. glo. 1. nu. 63. & artic. 3. gl. 2. n. 24. Menoc. in tract. de arbit. q. 9. n. 18. Asinius in pract. execut. §. 31. c. 35. Gabriel in suis cōcl. in tit. de execut. rei iudic. concl. 1. n. 19. & 20. Cumia super Ritu, c. 16. nu. 3. & seq. & cap. 17. n. 66. Milanens. dec. præd. nu. 8. Carpan. super statutis Mediol. c. 42. n. 210. lib. 1. [Anchar. q. 44. n. 4. lib. 2. Burg. de Laudim. inspect. 40. n. 152. p. 3.]

254 Septimò † sciendum est, quod si extaret tale statutum reijciens omnes exceptiones aduersus instrumentum, & vltra illud partes cōtrahentes facerēt pactum, quod idem importaret, prout est pactum, quod in isto Regno vocamus de non opponendo, tunc censentur reiectæ, & exclusæ omnes exceptiones etiā legitimæ, & iustæ, Bero. in cap. item cum quis, nu. 22. de restit. spol. Milanen. dec. 13. nu. 84.

255 lib. 2. vbi ponit rationem: quia † pactum aliquid operatur vltra statutum. Crot. cons. 315. nu. 7. lib. 3. & quia multoties occurreret mentionem facere de supradicto pacto de

256 non opponendo, ideo dico, † quod hoc pactum in Regno concipitur istis verbis, videlicet, vt non possit pars vna contra aliam se opponere, præuenire, excipere, se defendere, aliquid dicere, vel allegare, officium iudicis implorare, nec oppositiones & exceptiones etiam legitimas, promptuarias, & concretas facere, nisi prius soluat, & adimpleatur tenor, & forma huius contractus. *Sed circa*

257 prædictum pactum oritur difficultas, an scilicet valeat, dum tollit defensionem? & dico, quod sic: quia partes inter se de hoc conuenire possunt, & tanto magis, quia per illud de-

defensiones non tolluntur in totum, sed differuntur vsquequo per conuentum fuerit solutum, & adimpleta forma ipsius cõtractus. Alber. de Rosate, in l. sententia, §. casualiter, ff. ad leg. Aquil. Guid. Papa cons. 65. col. 5. in fi. Petrus à Petra, in tract. de potestate Princip. c. 26. nu. 31.

258 Octauò † sciri debet, quod licet ex forma statuti prædicti debitor non possit aliquid opponere, nihilominus tamẽ si creditor passus fuisset exceptiones opponi, & super eis probari, tunc debitor est audiendus, & exceptiones debent admitti, Alex. cons. 77. nu. 17. & 18. vol. 2. Natta cons. 289. nu. 12. lib. 2. Corneus cons. 2. nu. 4. & 5. lib. 2. Rimin. in l. certi condictio, §. quoniam, n. 4. ff. si cert. pet. Io. de Imol. in l. 2. n. 2. ff. à quib. appel. non lic. Crauett. cons. 491. n. 29. lib. 3. Bal. in l. vbi pactũ, C. de transact. & ibi Salic. n. 16. Marsil. in l. si quis ne quæstio, n. 10. ff. de quæst. Cepol. cautela 253. n. 1. Intrigl. sing. 249. lib. 1. vbi alios allegat. Raudens. cons. 16. nu. 17. lib. 1. Milanẽs. dec. 13. n. 112. & 113. lib. 2. [Mastril. dec. 157. n. 26. Surd. cõs. 327. n. 58. & seq.] vbi hãc

259 cõclusionẽm † limitat duobus modis. Primò, quando fuisset per partem contradictum, & tali contradictione non obstante, fuisset processum ad vlteriora, Riminald. in d. §. quoniam, num. 4.

260 Secundò † limitatur, quãdo articuli fuissent admissi, saluo iure impertinẽtiũ; ita Bart. cons. 13. in fine, in 1. parte secundi libri. Crauett. cons. 23. num. 4. lib. 1 Marsil. sing. 198. & sing. 365. Surd. cons. 327. n. 59. lib. 3. Neuiz.

261 cons. 78. n. 9. Nec † isto casu pars contra quã agitur, & reluctatur, tenetur à tali grauamine appellare, sed sufficit vt solum protestetur aduersus talem probationem, Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, in fi. ff. si cert. pet. Feli. in c. cum contingat, col. 3. de offi. deleg. Surd. cons. 327. nu. 58. lib. 3. Et aduertendum est,

262 quod † quando statutum permittit, vt intra aliquod tempus reus contra quem fit executio, possit opponere suas exceptiones, vt est nostrum, c. 115. Ritus quod permittitur opponi infra quindenam, tunc reus infra idem tempus non solum debet ipsas exceptiones deducere, sed etiam deductas probare, Rom cons. 76. in fine, vbi Mandos. in addit. lit. D. Crauet. in tract. de antiq. tempor. p. 1. §. quæritur etiam, num. 7. & 8. carta mihi 120. Surdus cons. 327. num. 58. lib. 3.

263 Nonò † sciendum est, quod stante statuto, quod reus nullam possit opponere exceptionem, Iudex ex officio potest repellere reum opponentem aliquam exceptionem. Franc. Nicon. in repetit. c. quoniam contra falsam in glos. nu. 118. de probationib. Barbat. in l. 4. §. Cato, col. 4. in fine, ff. de verb. obli. Asin. de execut. § 3. nu. 163.

264 Decimò † sciendum est, quod si instrumentum est celebratum in loco vbi seruatur merum ius cõmune, & executio ipsius instrumẽti petitur in loco vbi viget statutum reijciẽs omnes, vel aliquas exceptiones aduersus instrumenta, tali casu debitor conuentus non arctatur isto statuto, sed potest opponere omnes, & quascumque exceptiones sibi de iure cõmuni competentes, eo non obstante. Bald. in l. 1. num. 5. C. ne filius pro patre. Coler. in tract. de process. execut. p. 1. cap. 3. num. 203. & 211. Menoch. cons. 746. nu. 3. lib. 8. Castr. in l. à Diuo Pio, §. sententiam, ff. de re iudic. Ias. in l. cunctos populos, n. 59. C. de sum. Tri. & fid. Cathol. Rolãd. cons. 48. n. 7. lib. 3. Asin. in tract. de exequu. §. 1. c. 77. n. 3.

265 Vndecimò † sciri debet, quod licet actionibus omnibus aliquo temporis spatio præscribatur, attamen exceptionibus nunquam præscribitur, quia non est in facultate rei excipere quando velit, l. licet, C. de except. l. pure, §. fin. ff. de doli except. Bart. in l. 2. ff. de except. Glos. & Bald. in l. sicut, C. de præscript. triginta annorum. Abb. in c. fi. de rescriptis, Natt. consil. 340. num. 12. lib. 2. Ioseph. Ludouic. concl. 14. ampliat. 7. Roffred. in quæst. Sabbatin. q. 32. n. 12. vbi dicit, quod exceptiones sunt perpetuę. Vasquez in trac. de success. creat. lib. 1. §. 9. n. 22. [Io. Pet. Ferar. in pract. Papiens. in forma libelli actio. real. vers. sic præscriptionis. n. 25.]

266 Sed hoc † limitatur, quoties esset in facultate rei exceptionibus vti, quia potuit eas proponere per modum agendi in iudicio, quia tunc sunt temporales, & possunt præscribi, l. Papinianus, §. si filius, ff. de inoffic. testam. l. si quis libertati, in fine, ff. de petit. hæred. Emanuel à Costa in repetit. l. si ex cautione, in vers. seu non numeratæ pecuniæ, nu. 2. C. de nõ numer. pec. cart. mihi 228.

Quæ-

Quæro modo pro cõplemento istius Præludij, an prædictum † Statutum reijciens omnes exceptiones, sit validum? & dico, quod est validum, & tenet, ita dicit Franc. Marc. dec. 271. nu. 1. Asin. in Practica exequut. §. 31. c. 20. n. 1. Crauett. consf. 201. n. 38. Rolãd. consf. 29. lib. 1. vbi latissimè examinat istam quæstionem. [Io. Aloys. de Septim. super bulla num. 86.] Quæro secundò, † an clerici agentes vel conuenti, ligentur dispositione istius statuti? & dico, quod sic. Ant. de Canar. in tract. de exequut. instrum. q. 22. quod corroboratur ex his, quæ dixi supra, n. 84. & multis sequentibus, vsque ad 96. inclusiuè.

67 68

69 Quæro tertiò, † an stante statuto, quod nulla possit opponi exceptio contra instrumentum, & creditor non petit exequutionem ipsius instrumenti, sed agit ordinariè oblato libello, an isto casu possit opponi aliqua exceptio competens de iure ciuili? & dico, quod sic. Imola in l. fi. nu. 4. ff. à quibus appel. non licet. Intrig. cõs. 27. n. 3. [Valasc. consult. 88. n. 8. Valēz. cõs. 49. n. 15.] nec isto casu actor,

70 † qui incępit agere ordinariè oblato libello, potest trãsire ad iudicium extraordinarium, hoc est exequutiuum, etiam si à principio habuerit facultatem agendi ordinariè, & exequutiuè; dixi supra nu. 64. & est glossa in l. proinde, §. notandum, in glossa fin. in fi. ff. ad leg. Aquil. Roman. consf. 133. nu. 1. vbi Mandos. in addit. in lit. C. Maranta consf. 95. nu. 8. inter consil. ciuil. Gramm. & consf. 39. nu. 25. vers. decimo quia, in libro cõsilior. ipsius Marantæ. Borgnin. dec. 20. nu. 22. lib. 1.

Et quia reus in excipiendo dicitur actor, [Surd. consf. 248. n. 3. Gratian. discept. c. 402. n. 11. Farin. dec. 222. n. 1. post lib. 2. consil. crimin. Torniol. consil. 101. num. 14. Cumia super Ritu capit. 40. num. 80.] † ideo dico, quod ipse tenetur suas exceptiones probare, ex quo sunt fundamentum suæ intentionis, l. 1. & 2. ff. de except. l. in exceptionibus, ff. de probation. Bertrand. consf. 189. num. 3. volum. 5. Mascard. in tract. de probat. conclus. 285. num. 1. Corn. consf. 223. vol. 2. Roland. consf. 13. n. 65. vol. 3. [Fului. Patian. de probat. cap. 68. num. 47. lib. 1. & cap. 12. nu. 35. lib. 2. Roland. consf. 100. num. 25. lib. 2. Surd. d. cõs. n. 3. Paris. cõs. 45. n. 2. lib. 1. Amat. cõs. 27. n. 5. Paris. cõs. 10. n. 17. lib. 2. Pappo. consf. 131. nu. 29. Grat. consf. 5. n. 80. lib. 2.] Surd. in tract. de alim. tit. 7. q. 1. num. 22. Garger.

71

272 patrocin. 100. nu. 3. lib. 2. quas † exceptiones ita plenè probare debet, vt necessariè cõcludant intentionẽ probantis, Paul. de Cast. consf. 261. nu. 5. vol. 1. Peregr. consf. 93. nu. 20. lib. 1. Vrani. consf. 18. n. 49. lib. 1. Mascar. vbi sup. nu. 2. [Torniola consf. 50. nu. 9. & dicto

273 cõs. 101. n. 15.] Et debẽt † sic probari in sua specie, & forma, vt concludant effectum exceptionis aliàs si non probarentur clarè & specificè, non releuarent excipientem, Cornaz. in Rota Lucana dec. 76. n. 9. Honded. consil. 76. nu. 22. lib. 2. [Dec. consf. 534. nu. 9. Crauett. consf. 201. n. 29. & consf. 218. num. 7. Tor-

274 niol. d. consf. 101. nu. 16.] & hanc † conclusionem limitabis, quãdo reus opponeret exceptionem, quæ nihil ponit in esse, vt est exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium, vel alia quæuis negatiua, quia tunc excipiens ex parte sua nihil tenetur probare, sed sufficit simplex negatio, Bart. in l. 2. ff. de probationib. Mascard. in tract. de probationib. q. 17. per totam. Bartolin. in tractatu de subreptione rescriptorum, q. 13. art. 1.

SVMMARIVM.

1 *Statutum reijciens omnes exceptiones, non reijcit illam, quæ prouenit ex defectu potestatis statuentis, & n. 3.*

2 *Vniuersitates Regni Siciliæ non habent iurisdictionem statuendi.*

4 *Principes, & populi carentes iurisdictione, non possunt facere statuta contra ius commune.*

5 *Inferior non potest tollere legem superioris.*

6 *Inferior non solum non potest tollere legem superioris, verum etiam neque illam modificare.*

7 *Statuta condere contra dispositionem iuris communis, est supremæ iurisdictionis.*

8 *Princeps inferiores non possunt facere statuta correctoria iuris communis etiam si habeãt, & exerceant merum & mixtum imperium.*

9 *Facultas condendi statuta nunquam censetur concessa, nisi specialiter hoc sit concessum.*

10 *Facultas condendi statuta, si est concessa, sit lata interpretatio contra concedentem.*

11 *Principes inferiores habentes merum & mixtum imperium possunt facere statuta præter ius commune.*

12 *Principes, vel vniuersitates habentes iurisdictionem limitatam in ciuilibus, vel criminalibus, possunt facere statuta circa eam.*

F *Prin-*

13 *Principes inferiores possunt facere statuta circa administrationem rerum suarum.*

14 *Principes non recognoscentes superiorem possũt facere quacumque statuta, dummodo sint honesta, & secundum bonos mores.*

15 *Rex Hispaniarum, & utriusque Siciliæ non recognoscit superiorem, & vocatur Rex potentissimus, & quæ regna habeat sub se, n.18.*

16 *Reges Hispaniarum vocantur Catholici.*

17 *Reges Hispaniarum quibus præfulgeant dignitatibus.*

19 *America provincia dicitur quarta pars totius Orbis.*

20 *Principes non recognoscentes superiorem, dicuntur esse Imperatori similes.*

21 *Dispositio qualibet, loquens de Imperatore, verificatur in Principibus non recognoscentibus superiorem: ideo sicut status assertioni Imperatoris, ita & huiusmodi principum, & num.22.*

23 *Crimen læsæ maiestatis ita committitur per offensionem Principis non recognoscentis superiorem, sicut per offensionem Imperatoris.*

24 *Principes non recognoscentes superiorem habẽt iura fisci prout Imp.*

25 *Lex Bene à Zenone, & l.omnes, habent locum in emente à fisco Principis non recognoscentis superiorem.*

26 *Principes non recognoscentes superiorem tantum possunt in suo Statu quãtum Imperator in suo Imperio.*

27 *Principes omnes sunt subiecti sanctæ Sedi Apostolicæ circa spiritualia.*

28 *Præscribere nemo potest adversus superioritatẽ Summi Pontificis.*

29 *Respublicæ non recognoscentes superiorem gaudent omnibus privilegijs, quibus fruuntur Principes supremi.*

30 *Dux Sabaudiæ, Mediolani, Mantuæ, & Parmæ non recognoscunt superiorem, & isti tales dicuntur propriè Principes, & Duces, & num.31.*

32 *Principes recognoscentes superiorem non dicuntur propriè Principes, vel Duces, sed abusiuè & nomine tantum, & n.33.*

34 *Statuta facta per Principes, & Civitates recognoscentes superiorẽ valent, & tenent si sunt cõfirmata à Principe supremo, quia tũc sustinentur tanquã facta à Principe cõfirmante, & num.35.*

36 *Confirmans actum nullum, videtur de novo facere.*

37 *Statuta confirmata denominantur à confirmante, & non à statuente.*

38 *Princeps superior confirmans statuta facta per inferiorem censetur confirmasse solum iusta.*

39 *Princeps confirmans statuta non censetur confirmare ea, quæ corrigerent alia statuta facta ab ipsomet confirmante.*

40 *Papa confirmans omnia statuta, non videtur confirmare ea quæ tendunt contra libertatẽ Ecclesiasticam, & ibi quod Papa Alexander V. confirmavit Statuta Urbis Panormi. Et de urbe Panormi à quibus laudetur remissiuè, & nu.41.*

42 *Papa confirmans statuta, non videtur confirmare ea, per quæ tolluntur sollemnitates requisitæ in alienatione rerum Ecclesiæ.*

43 *Prorex in Regno Siciliæ repræsentat personã Regis, & dicitur esse corpus illius, & potest facere ea omnia, quæ potest ipse Rex, & n.44. & potitur ijsdem privilegijs, quibus ipse Rex, n. 45. & potest exercere liberalitatem, & donare, num. 46.*

47 *Prorex potest assensum præstare in alienationibus feudorum.*

48 *Prorex in Regno potest facere Banna, Pragmaticas, & Statuta ad suum libitum.*

49 *Prorex quibus privilegijs potiatur.*

50 *Prorex dicitur habere iurisdictionẽ ordinariã, & non delegatam.*

51 *Principes habentes potestatem statuẽdi, possunt suam potestatem alteri delegare.*

52 *Statuta faciens sine potestate, committit crimen læsæ maiestatis.*

EXCEPTIO PRIMA.

Quæ provenit ex defectu potestatis statuentis.

PRIMA † itaque exceptio (insequendo ordinem quo sunt positæ à Decio loco inferius citãdo) est illa quæ provenit ex defectu potestatis statuentis, ut si esset Princeps inferior, & nõ supremus qui statueret, ut nulla exceptio possit opponi adversus publica instrumenta; vel Universitas nõ habens iurisdictionem, prout sunt omnes Universitates Civitatũ & Terrarũ huius Regni,

cum

2 cum omnis iurisdictio super omnibus Ciuitatibus, Castris & Terris, sint Regis inuictissimi, aut illorum qui eã habent à Rege. Isern. super procem. Constit. Regni, vbi etiam Affl. in 3. q. nu. 2. Bar. in l. 1. n. 3. ff. de damno infecto, & in l. omnes populi, n. 3. ff. de iustit. & iure, & in l. si quod, in fine, vers. quidam sunt populi, C. de leg. lib. 10. Innoc. in c. cum ad sedem, de rest. spol. Boccat. super Constit. Aegidian. gl. 6. n. 42. qui loquitur in Vniuersitatibus Dominij Ecclesiastici, quia tale statutum esset nullum. [quod non habentes iurisdictionem, non possunt condere statuta. Cephal. cons. 38. n. 1. Roman. cons. 218. nu. 2. Mars. in tracta. de bannit. in verbo Ciuitate, n. 62. Berous cons. 28. num. 3. lib. 3.] & ista

3 † exceptio posset opponi. Dec. in c. ex parte, il secondo, nu. 38. de offic. deleg. Socin. iun. cons. 30. num. 11. vol. 1. & cons. 141. num. 8. vol. 3. [& an possit opponi exceptio vsurarũ cum sit prohibita de iure diuino, Aldou. cõs.

4 97. n. 9.] cum nec † principes, neque populi carentes iurisdictione, possint facere talia statuta, Bart. in l. omnes populi, nu. 8. & ibi Ias. nu. 6. ff. de iust. & iure. Rom. cons. 218. nu. 2. & ibi Mandos. in addit. lit. D. Natta cons. 12. nu. 1. lib. 1. Nepita, super consuetud. Cathanæ, in procemio, n. 76. Surd. cons. 161. num. 6. vbi alios allegat. [Alex. cõs. 123. n. 6. vers. certum est lib. 4. Tusch. in lit. S. concl. 429. n. 2. Gratia. discept. c. 245. n. 44. cum seq. & qui possunt condere statuta tradit Carpan. in statut. Mediolanens. in præludijs nume. 41. & 43.] Et ratio istius conclusionis est: quia tale Statutum dans exequutionem paratam instrumentis, & disponens ne contra ea possit opponi aliqua exceptio, est correctorium iuris communis, & illi contrarium, vt dixi supra in præludio, nume. 211. & ideo inferiores non possunt facere talia statu-

5 ta, † cum inferior non possit tollere legem superioris, c. cum inferior, de minorit. & obedient. cap. fi. vbi Io. Andr. & ceteri Scribentes, de offic. Archipresby. l. formam, C. de offic. præfect. prætor. cap. inferior, 21. dist. Dec. in l. 1. ff. quod quisque iur. Ias. in l. omnes populi, in 4. q. primæ quæst. princip. de iust. & iure. Affl. super constit. Regni in præluд. q. 2. nu. 10. Rom. cons. 118. nu. 41. Alex. cons. 106 nu. 3. lib. 2. Bimi. cons. 14. n. 1. lib. 1. Soc. sen. cons. 272. num. 5. lib. 2. Boccat. super constit. Aegidiana, glo. 6. num. 52. Guid. Papa cons.

6 38. nu. 9. † Immò inferior non solum non potest in totum tollere legem superioris, verum etiam nec illam corrigere, mutare, modificare, vel ei aliquid addere, c. 2. in Clement. de elect. Specul. in tit. de dispens. §. 5. nu. 24. lib. 1. Feder. de Senis cons. 17. n. 4. [Carpan. in statut. Mediolan. in præluд. n. 92.] Alia po-

7 test esse ratio: quia † facere statuta cõtra ius commune, est supremæ iurisdictionis, Innoc. & alij, in c. cum accessissent, de constit. Bar. in d. l. omnes populi, nu. 8. de iust. & iur. Alex. cons. 123. nu. 3. lib. 4. Soc. iun. cons. 30. nu. 11 lib. 1. & cons. 141. nu. 8. lib. 3. Bald. in l. fi. nu. 1. C. de iurisd. omn. iud. vbi etiam Salyc. n. 2. Mars. in tract. de bannitis in verbo Ciuitate, n. 62. Dec. cons. 49. nu. 2. & cons. 587. num. 7. Restaur. in tract. de Imperat. q. 110. vers. primo ergo. Marant. in pract. p. 6. actu 9. nu. 71. Surd. cons. 257. nu. 12. lib. 2. [Mars. in tracta. de bannit. in verbo ciuitate n. 62. Berous cons. 28. nu. 3. lib. 3. Io. de Amicis cons. 110. n. 8. Carpan. in statut. Mediol. in præluд. nu.

8 16.] & hæc omnia procedunt † etiam si tales Principes haberent & exercerent merum & mixtum Imperium, quia nec etiam possent facere statuta correctoria iuris cõmunis, Bal. in l. omnes populi, vbi Ias. in 1. & 2. Lectura, nu. 25. ff. de iust. & iur. idẽ Bald. in l. nec quicquã, §. fin. ff. de offic. procons. Affl. in præluд. constit. Regni, in 6. quęst. Rolan. cons. 4. n. 30 lib. 3. Nepit. super consuet. præd. in proęmio num. 78. Surd. cons. 152. num. 40. lib. 2. Bimi. cons. 14. n. 1. lib. 1. [Tusch. in lit. S. cõcl. 429

9 n. 28.] & † hæc facultas condendi statuta, nunquam censetur concessa, nisi specialiter hoc sit prouisum in ipsa concessione, §. 2. in proęm. Instit. tradunt communiter * DD. in l. 1. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict.

10 Sfort. Oddo cons. 13. nu. 3. lib. 1. sed si † esset concessa, tunc fieret latissima interpretatio contra concedentem. Abb. cons. 104. nu. 3. & 4. lib. 2. Iac. de S. Georgio in l. vnica, in prin. num. 3. ff. si quis ius dicenti non obtemp. vbi etiam Socin. nu. 26. & Curt. num. 33. Bolognet. in d. l. omnes populi, nu. 47. ff. de iust. & iur. Puteus cons. vlt. nu. 105. post cons. Sfort.

11 Oddo, secus, † si talia statuta essent præter ius commune, quia ea facere potest habens

merum & mixtum imperium, Bart. in d.l. omnes populi, num.8. ff. de iust. & iur. Roland. d.cons.4.nu.31.lib.3. Affl.in prælud.constit. Regni, q.6.nu.8. Graffis, in suis comm.opin. lib.1. quæst.4. c.3. Intrigl. in tract.de feud. cent.2.art.8. nu.21. Euerard.Bronchorst, in conciliat. cent.1. assert.5. in fi. Zasius in l.de quibus, nu.15. & 16. ff. de leg. Boccat. super constit.Aegid.glo.6. nu.43. Bero.in c.quæ in ecclesiarũ, de cõstit. vbi testatur de cõ. opi. [Tusch. in d.lit.S. concl.428. num.28.] & si

12 † Vniuersitas vel Princeps haberet iurisdictionem limitatam; hoc est in ciuilibus tantum, vel in criminalibus tantum, tunc in illis in quibus habet iurisdictionem, potest condere statuta, præter ius commune, sine auctoritate superioris, etiam si nõ haberet merum & mixtum imperium, Bart. in d.l.omnes populi, num.5. ff.de iust.& iure, vbi etiam Bald. & alij Scribentes. Boccat. super constit. Aegidiana, glo.6.n.49. sed

13 † si statuta concernerent administrationem rerum suarum, tunc quælibet vniuersitas, vel quilibet Princeps ea facere posset. Affl. in prælud. præd. q.3.nu.1. Bart. in d.l.oẽs populi, q.1. in princ. Bero.in c. quę in Ecclesiarũ, n.56.& 57.de const.Rol. cons.99.num.14.lib.2.Boccat. super constit. Aegidiana, glo.6.nu.43. Viu.in suis commu. opin. in opinione 324. Villalobos etiam in commu.opin.lit.P.nu.81.Nepit.in d.proęm. consuet.Cathan.nu.77.Franc. dec.2. nu.30. [Virgin Boccat.in constit.March.glo.6.nu. 48. cum seq.Carpan.in statut. Mediolan. in

14 prælud.nu.18.] Principes † verò qui superiorem non recognoscunt, possunt quæcunque statuta facere, dummodo sint honesta, & secundum bonos mores. Socin.sen. cons.272. nu.8.lib.2.Mars.in tract.de bannit.in verbo, Ciuitate, n.60.& 61.Bero.in d.c. quæ in Ecclesiarum, num.49.de constit.Mandell.cons. 161.n.92.& 93.vbi Vinc.Annibal.in addit. Boccat.super constit.Aegidiana, glo.6.n.52 Peregrin. in tract.de iure fisci, lib.1.tit.2.nu. 81. vbi alios recenset, [Fontanell. de pact. nuptial.claus.4.glo.5.nu.22. Tusch.in lit.S. concl.429.nu.15.sic etiam Ciuitates non recognoscentes superiorem. Imola in c. quæ in ecclesiarum, n.24.de constit. Mastrill. in tractat.de magistratibus lib.1. cap.7.num.11.] & ideo talia statuta potest facere inuictissi-

15 mus noster Philippus II. † Rex Hispaniarum, & vtriusque Siciliæ, qui neminem in superiorem recognoscit, & vocatur Rex potentissimus, vt dixerunt Pet. Belluga in Speculo Principum, in tit.de forma & ordine standi, nu.3. Michael ab Auguir. in Apologia de succ. Regni Lusitaniæ seu Portugalliæ, p. 2. n.272. Tessaur.in proęm. dec. nu.14. in fine. Alfons. Aluarez in Specul.Pontific.c.63.fol. 310.& seq. Afflict.in proęm. Constit. Regni, quæst.1.n.6. Borel.super pragmat. Odia litiũ §.3.glo.1.nu.47. Nepita, super consuet. Cathanæ, in proęmio, n.81.& 84. Io. de Amic. cons.22.nu.10. Intrigl. cons.5. nu.16. lib.1. [Corsett.de potest.regis par.5.n.66. Pet.de Greg.de concess.feud.p.1.q.4.n.10.Mastril. de magistrat.lib.1.c.4.nu.14.cum seq.& lib. 6.cap.12.n.5.] qui omnes alios allegant cõ-

16 cordantes, & † à sancta Sede Apostolica sunt insigniti nomine Catholicorum, propter maximam summamque obedientiam, quã semper erga eam gesserunt, vt ex varijs historijs & antiquis, & modernis colligi põt, & ex nostratibus dixit Anastas. Germon. in tract. de Sacrorum immunit.lib.3. in proęmio, nu.8.

17 Qui † quidem Philippus quanta præfulgeat dignitate, quantave excellentia & nobilitate facillimè colligi & probari potest ex ijs quę latissimè scribit Lancellot.Corad.in Tẽplo omn.iudic.in lib.1.c.2. §.3. de magnitu-

18 dine Regum, nu.14. & seq. & † habet sub se infrascripta, & multa alia Regna, scilicet Hispaniarum, quæ diuidũtur in quindecim Regna, hoc est, Castellæ, Aragonum, Legionis, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valẽtiæ, Galitiæ, Cordubæ, Hispalis, Murtiæ, Gienni, Algarbiæ, Gibilterræ, & Lusitaniæ. Item est Rex vtriusque Siciliæ, scilicet istius Insulæ, & Regni Neapolis, Hierusalem, Hungariæ, Croatiæ, Sardineæ, Corsicæ, Maioricarum, Orani, Insularum Canariæ, & Insularum Indiarum, est etiam Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Mediolani, Lotaringiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, Geldriæ, Atenarũ, & Neupatriæ Marchio Oristagni, & Gotiani, Comes Barcenonis, Ruscinonis, Cerrataniæ, Burgundiæ, Flandriæ, Artesiæ, Hollandiæ, Zelãdiæ, Namurci, & Tirolis, Dominus

19 Frisiæ & Americæ † quæ quidẽ America dicitur esse quarta pars totius mundi, secundũ Iose-

Iosephum Rosatium Florentinũ,in sua Geographia totius Mundi, & suarum partium in quarta parte. Thom. Garzon. in sua nunquã satis laudata Platea vniuersali, discursu 37. circa finem. Ioan. de Anania,in Fabrica Mũdi,in quarto tractatu,per totũ,& tales † Principes non recognoscentes superiorem, vt est noster Rex Siciliæ, dicuntur esse Imperatori similes,Oldrad.cons.231. Bal.in l.pen. C.de donat. inter virum & vxorem, & in l. exemplo,in fine, de probat. DD. omnes in Rubr. de constit. Princip. Ant. Corset. in tract. de Imperatore,par.4. Paul.de Cast. cons.34. in princ.lib.2. Ant.de Canar.in tractat.de insinuat.p.2.nu.2. Suarez Alleg.6.n.14. Ias.in l. ex hoc iure,nu.19.ff.de iust.& iure. Affl.dec. 120.n.6.& in vsibus feud.tit. quæ sint regal. in princ.nu.14.& 49. Cagnol.in l.si quis maior,n.165.C.de transact. [Carpan.in statut. Mediol.in diplomat. num.8. Tusch. in lit.P. concl.666.nu.6. Intrigl.de feud. cent.1.q.8. n.134. frater meus Carol. Grass.in tract. de effect.cleric. effect.2. n.47.] & ideo dispositio † quælibet quæ loquitur de Imperatore, habet locum in istis Principibus non recognoscentibus superiorem. Abb.& ceteri omnes, in c.cum Bertoldus, de re iudic. Bald. in l.exemplo,C.de probat.DD. omnes,in l.quisquis,C.ad leg. Iul.maiest.Soc.sen.cons.275. nu.5. lib.2. Paris.cons.69.n.1.& 3.lib.1.Cagnol. & cæteri Scribentes in dicta Rubr. de constit.Princip.Corneus cons.199.n.4. vol. 2.Lancelot.Corad.in Templo.omn.iud. lib. 1.c.1.tit.de Imperat.§.4.Rubr. assertioni solæ Imperatoris statur, nu.6. [Mars. in tract. de bannit.in verbo Ciuitate,n.58. Gigas in tract.de crimin.lęsę maiest. lib.3.rubr.de rebell. q.7. ad fin. Osasc. dec. 155. n. 1. Bursat. cons.138.n.4.Natt.cons.631.nu.13.Mastril. de magist.cap.16.n.3.lib.1.] vbi dicit,quod gesta per tales Principes,habent eadem priuilegia quæ habent facta per Imperatores,& † sicut statur solæ assertioni Imperatoris aliquid asserentis, ita etiã statur assertioni istorum Principum. Corneus loco cit.& cõs.239 num.36.lib.2.Dec.cons.544.nu.1. & quemadmodum † crimen lęsę maiestatis committitur per offensionem Imperatoris,ita etiam committitur per offensionem Regum & Principum non recognoscentiũ superiorem, Bar. in Extrauaganti, qui sint rebelles, in verbo, rebellãdo. Lucas de Penna in l.1.in verbo,Regia,C.de conduct.& procur. lib.11. Archid. in c.Felicis,in verbo,lęsę maiestatis, de pœnis, in 6. Gigas in tract. de crim. lęsę maiest. sub Rub.de crim.lęsę maiest. humanæ, quid sit,quæst.29. Menoch.cons.302.nu.32.lib.4 [Grammat.dec.6. nu.18. vers. aut dominus Cepoll.cons.17.nu.10. cum seq. Barbat.cõs. 70.nu.29.lib.4. Farin.de crim.lęsę maiest.q. 112. inspect.5. num. 182.cum sequen.] Item † isti Principes habent iura fisci,prout habet Imperator,Bart.in l.quo minus,n.3. ff.de flumin. Bald.& Alber.in l.1.C.de his quibus vt indign.Alex.cons.31.nu.1.& cons.111.nu.4. & 5.lib.4.Ruin.cons.111.num.13.lib.5.Roland.cons.29. in princ.lib.3.Abb.in c.per venerabilem, num. 10. qui filij sint legitimi. Peregri.in tract.de iure fisci,lib.1.tit.2.n.44. [quod ipsi tantum possunt imponi collectas subditis Intrigl.de feud.cẽt.2.art.82.n.152.] Et † ideo sicut mens à fisco Imperatoris vel Augustæ est tutus, ita vt non possit molestari per text.in l.omnes,& in l.bene à Zenone,C. de quadrien. præscript. ita emens à fisco dictorum Regum & Principum, Bal.cons.363. lib.1.& cons.359.lib.3. Rom. cons.310. nu. 5.& cons.59.nu.7.Abb.in c.2.de rebus Ecclesiæ non alienand. Fely.in c. quæ in Ecclesiarum,n.53. de constit. Socin.iun.cons.65. nu. 6.lib.3. Surd.dec.1. in princ. Crauetta cons. 263. vbi testatur de commu. * opi.Boer.dec. 8.nu.4. Ruin. cons.31.nu.18. lib.5. Roland. cons.100.nu.48. lib.4. Muta super consuet. Vrbis Panorm.c.66.nu.28.[Bellon. cõs.51. nu.1. Curt.iun.cons.185. num.6.Bossi.in tit. de Princip.& priuilegijs eius,nu.86. Peregr. in tract.de iure fisc.tit.4.nu.16. cum seq. lib. 6.Rimin.iun.cons.45. nu.62. Honded. cons. 38.nu.42.lib.2. Roderic.Suarez alleg.11.n. 1.Sforza Oddo cons.99. nu.1. cum seq. dec. Marchiæ Amati 17.nu.1. Philip.Paschal. de vir. patriæ potestat. par.1. cap.3. num. 51.] Et ratio supradictorum est: quia huiusmodi † Principes tantũ possunt in suo statu & Regno,quantũ Imperator in suo Imperio,Bart. in l.infamem,nu.13. ff. de publ. iudic. Isern. in c.1.circa medium,tit. de vasall. decrepitæ ætat.vbi etiam Affli.in 2.quæst. Sebast. Sapia,in repet.l.Imperium, nu.34. ff. de iurisd. omn.

omn.iud.Alex.conf.11. num.9. lib.7. Decia. conf.41. in princ.lib.2.Peregr. in tract. de fisci,lib.1.tit.2.num.45. Io.Andr. in addit.ad Spec.tit.de instru.edit.§.porro, vers.hęc præscriptio,Ang.conf.217.col.2.Rim.iun.conf. 68.nu.18.& conf.25.nu.49.& conf.57.n.17. lib.1. [Sforz. Oddo conf.38. nu.34. Surd. conf.210. nu.22.Menoch.conf.1.nu.159.d. conf.51. n.3.] Aduertendum tamen est,qđ licet hodie multi Principes Christiani non recognoscant alium in superiorem, † intelliguntur quo ad temporalia,nō autem quo ad spiritualia, quia in eis omnes sunt subiecti Sanctæ Sedi Apostolicæ, & Summo Pontifici,qui eiusdem Sedis legitimus & verus successor est,aliàs essent Acephali,quod nec Natura, nec Ius patitur,c.nulla,93.dist. Abb.& Felin. in c.Pastoralis,de re iud.Paul.de Leazar. & Cardin.in Clement. præsente, quæst. 7.de censibus.Peregr.d.tit.2.n.32. [Sfort. de restit.in integrum q.92.n.40.& 42. Alba. de potest.Papæ p.2. nu.12. 23.& 122.Idem Author de effect.cleric. effect.9. num.152.] vbi etiam dicit,quod aduersus† superioritatem Summi Pontificis nullus vnquam præscribere potest; ad quod allegat Abb.in cap. ad audientiā,col.fi. de præscrip. Bal.in tract. de pręscr.par.5.partis princ. num.2. Firmi.in tract. de Gabel.par.1.n.42. Restaur. in tract. de Imper.q.54.nu.6. Quæ † omnia supradicta de Principibus non recognoscentibus superiorem, procedunt,& locum habent etiam in rebus publicis & alijs Ciuitatibus non recognoscentibus superiorem, vt est inclyta Respublica Venetorum, Serenissima Ianuensium, & Fortissima Lucensium in Italia, de quibus locuti fuere, Bal.in l.decernimus, C. de sacrosanct.Eccles. Cyn.in l.vlt. C. de pet. hæred.& in l. vlt. C. de donatio. inter virum & vxor. Ripa in rubr. de constit.n.8. Restaur. in d.q.54. nu.9.& seq.Ias.in l.ex hoc iure, n. 26. ff.de iust.& iure. Bart.in l.hostes, nu.13. ff.de captiu.& postlim.reuers.Zanch.l. hæredes mei,§.cum ita,nu.1145.& seq.ff.ad Trebell. Peregr.in d.tract. de iure fisci, lib.1.tit. 2.num.44.& 69.Isern. super feud.ti. quæ sint regalia.Curt. iun.in tract. de feud.q.5. & cōsil.65. Affl.in proęm. constit. Regni,q.6.nu. 6.Rom.conf.456.n.1. vbi Mandos.in addit. qui allegat alios DD. Brunor.à Sole,in com pen.resol.proposit.iuris,in verbo,Ciuitas nō recognoscens superiorem,vbi etiam alios affert Boccat.super constit.Aegid.glo.6.n.48. [Bald.conf.243.lib.5. & in l. 1.nu.22. C. de hæredit. vel actio.vendit. Alex.conf.2.nu.9. lib.1. Dec.conf.357.n.1.Gail.obseru.57.nu. 7.Mastrill.de magistrat.lib.1.cap.7.n.2.Roland.conf.29.n.3.lib.1.] Et quod † Serenissimi Duces Sabaudiæ, Mediolani, Mantuæ & Parmæ, possint omnia supradicta facere, prout Imperator,& non recognoscunt superiorem, dixerunt Soc.sen.conf.4. vol.3. Cefal. conf.608.nu.29.lib.5.Paris.conf.1.n.39 & n.25.lib.1.Calcan.conf.2.Purpur.in Rubr.de iurisd.om.iud.n.20.Tessaur.in proęm. dec.Pedemon.nu.13.& n.14.Paul.de Castr. conf.225.Ang.conf.193.Dec.conf.403.n.7. Curt.iun.conf.1.n.29.& conf.60. n.9.& cōs. 61.n.9.Soc.iun.conf.126.n.1.lib.3.Roland. conf.1.nu.49.lib.3.Menoch.conf.302.n.21. vbi loquitur de Marchione Sonzini.Zuccar. in Rub.C.qui admitti, nu.27.& 28. Freccia in trac.de subfeud.tit.quis dicatur Marchio, nu.2. circa medium.Rimin.iun.conf.13. nu. 72. lib.1. vbi loquitur de Duce Mantuæ. [Menoch.conf.2. n.104. Mastrill. de magistrat.lib.1. c.6.n.2.] & † isti tales dicuntur propriè Principes & Duces. DD. omnes, in cap.1.quis dicatur Dux, Cassanę. in proęm. consuet.Burg.in verbo, Duc. n.25.Iacobin. in sua inuestitura feudali, in princ. in versic. Princeps,† non autem illi,qui à Papa,vel ab Imperatore,vel à Rege Principatum vel Ducatum tenent in feudum, vt sunt communiter Principes & Duces istius Regni Siciliæ, ita not.in l. sacrilegij, C. de diuers. rescript. Roder.Suarez in repet.l.quoniam in prioribus,in 11.limit.in 1.dub. [Cumia de feud. in prælud. n.196.] Freccia in tract.de subfeud.lib.2.in tit.quis dicatur Princeps,nu.5. cart.mihi 140.Paris de Puteo, in tract. de re integr.feud. q.2. qui dicit, quod † huiusmodi Principes, Duces & Comites, sunt nomine tantum Duces, & non re, quia recognoscunt superiorem, l.1. §. omnia, C.de veter. iure enuclean.c.si Apostolicæ, de præbend. in 6.Bar.in tract.de iure protomis.§.10. nu.1. quidquid in contrarium tenuerit. Minad. in Repet.constit.Regni,in verbo,Comitum, & Baronū. [Frecc.de subfeud.lib.2.tit.quis dicatur

catur Princeps, p.7.n.5.f.140.] Et vt redeamus ad materiã quam aggressi sumus, dico, 34 quod † Statuta facta per Ciuitates, & Principes recognoscentes superiorẽ, valent & tenent, si Princeps ipse quem in speriorem recognoscunt ea confirmasset, Bart. in l. omnes populi, num.4. de iust. & iure. Bald. in l. humanum, nu.1. C. de legib. & in l. fin. nu.4. C. de iurisd. omn. iud. & in l. priuatorum, nu.1. vbi etiam Cin. cod. tit. & in d. l. omnes populi, nume.4.5.6. & seq. Affl. in proem. const. Regni, q.6. nu.3. Euerard. cons.71. nu.1. Paris. cons. 99. nu.24. lib.1. Mynsing. cons.10. n.86. Coler. in tract. de process. exequut. p.1. cap.3. n.12. Boccat. super constit. Picenis, gl.6. nu.42. Bronchorst, in conciliation. cent.1. assertione 5. Puteus, cons. vlt. n.20.21.22. & 23. post consilia Sfortiæ Odd. Nepit. in prælud. consuet. Cathaniens. nu.79. Scacc. in tract. de iudic. p.1. cap.62. n.14. [& vniuersitas potest 35 statuere circa eaque concernunt administrationem bonorum suorum, ita Ripa respons. 93. n.1. fol. 154. & debent confirmari, Carpan. in statut. Mediolan. in prælud. n.26. Marsil. in trac. de bannit. in verbo ciuitate, n.61.] 35 quia tunc † Statutum sustinetur tanquam factum à Principe confirmante, cum eo casu videatur ipse Princeps statuere. Bart. in l. more, nu.5. ff. de iurisd. omn. iudic. Angel. in l. adoptio, ff. de adoption. glos. & Bal. in §. fi. Instit. de tutel. Ias. in d. l. more, nu.30. & Curt. iun. nu.24. Affl. d. q.3. n.6. Surd. cons.63. nu.27. 36 lib.1. & ratio est in promptu, quia qui † confirmat actum nullum (prout essent talia Statuta) videtur de nouo concedere & donare, l. lege obuenire, ff. de verborum signif. Scribentes omnes in d. l. more, Franc. decis. Neapol. 185. nu.5. Affl. in d. prælud. constit. Regni, q.3. n.4. Bald. in l. si donatio, C. de donatio. Affl. in tract. de exequut. §.4. c.31. in fin. & §.5. c.43. nu.3. vbi allegat Cast. & Bald. [Gerard. Mazol. cons.102. n.11. Tusc. in lit. C. concl.706. nu.3. Farin. dec.265. num.7. in decision. impressis post lib.2. cons. crimin.] 37 † & statuta taliter confirmata denominantur à confirmante & non à statuente, ideo, si confirmantur à Papa, dicuntur Papalia, & si à Rege, Regalia. Amatus decis.91. num.9. Roger. cons.9. nu.34. Marcabrun. cons.40. num.34. qui omnes alios allegant. [Peregr. cons.5. nu.5. & cons.6. n.6. lib.2. Aldouin. cons.100. nu.54. Carpan. in statut. Mediolanens. in diplom. Pontific. in fine, n.5. & 6. Farin. consil. 183. nu.5. lib.2. cons. crimin. Idem Author in tract. de effectib. clericat. effect.2. num.150.] 37 Sed aduertas, † quod quando Princeps confirmat consuetudines vel statuta alicuius Ciuitatis, censetur confirmare solum iusta. Affl. loco præd. nu.4. Vinc. de Franch. dec.3. nu. 33. vbi loquitur in generali cõfirmatione ritus illius Regni Bald. & Abb. in cap. cum cõtingat, de iureiurando, Boui. in tract. de Statutar. Vrb. præscript. glo.1. nu.23. [Gratia. discept. cap.245. n.45. & 46. Matth. Vvesembecius cons.6. nu.184. lib.1. Idem Author de effect. cler. effect.2. n.152.] Brunor. à Sole, in compend. resolut. proposition. iur. in verb. Statuta licet, vbi loquitur, quando aliquod Statutum concerneret periculũ animæ, dicit, quod non censetur à Papa confirmatum, nec 39 † censetur confirmata ea statuta per quæ corrigerentur alia statuta facta per ipsummet Principem confirmãtem, l. doli clausula, vbi DD. ff. de verborum oblig. l. legata inutiliter, vbi Ias. ff. de leg.1. Bart. in l. quis sub conditione, C. de condictio. indebiti, Alciat. consil.39. num.10. tomo 2. lib.5. & ideo dixerũt 40 Doctores inferius citandi, quod † si Papa cõfirmaret omnia Statuta (prout fecit Papa Alexander V. qui confirmauit cõsuetudines huius felicis Vrbis Panormi, de cuius Ciuitatis laudibus & optimis qualitatibus nolo hic verba facere, quia reputarer suspectus, cũ sim dictæ ameníssimæ Vrbis Ciuis oriundus, & originarius, ideo me remitto ad dicta per Reuerendum fratrem Thomam Fazellum, qui est honor & splendor Ciuitatis Termarũ, in sua vniuersali historia huius Regni, Decade prima, lib.8. c.1. & ad Ioseph. Carneual. Calabrensem in sua historia lib.2. cart. 41 246.) quod † talia confirmatio non extenditur ad Statuta, quæ sunt, & tendunt contra libertatem Ecclesiasticam, Bal. in l. omnes populi, col.5. ff. de iust. & iure. Fel. in c. Ecclesiæ S. Mariæ, in 2. not. de constit. Alex. cons.59. col. pen. vers. sed in generali, lib.1. & cõs.209 col.3. lib.2. Cotta in suis memorialib. in verbo, Papa confirmando, vbi loquitur in confirmatione Statutorum Ciuitatis Mediolani. Corneus cõs.9. col.1. vers. nec videtur obstare,

stare, lib. 3. qui loquitur in cōfirmatione statutorum Viterbi, ex quibus infero, quod † licet c. 66. consuetudinis prædictæ Vrbis Panormi, sit confirmatum à Papa Alexandro Quinto, quo capitulo disponitur, vt res Ecclesiæ possint alienari non adhibitis sollemnitatibus requisitis de iure Canonico, & per Bullam Papæ Pauli II. quæ Bulla hodie est inserta in Extrauaganti in tit. de rebus Ecclesiæ non alienand. attamen, ex quo dictum capitulum de per se est nullum, & disponit de rebus Ecclesiæ, & contra ius Canonum, non videtur confirmatum, [Mastril. dec. 140. n. 10. Amat. dec. 91. n. 9.] prout in simili Statuto Bononiensi cōsuluit Laderch. cons. 179. num. 4. vbi allegat Bal. & Imolam in d. l. legata inutiliter, de leg. 1. Alex. cons. 59. nu. 9. lib. 1. Ias. in l. omnes populi, num. 36. ff. de iust. & iur. Passet. cons. 31. n. 10. & ideo cum esset cōtrouersia inter Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopum Montis Regalis huius Regni, & spectabilē Don Petrum de Opizzingis super territorio Fallemonice, fuit decisum contra ipsum de Opizzingis, non obstante quod ipse diceret quod emphyteuticatio dicti territorij fuerit legitimè sibi facta vigore dictæ consuetudinis, cum per eam iam essent remissæ sollemnitates requisitæ de iure Canonico in talibus emphyteuticationibus, & quia Rex † noster inuictissimus non potest personaliter assistere in hoc Regno, ideo mittit Proregem, qui eius personam repræsentat, & dicitur esse corpus illius cuius locum tenet, cap. significasti, de election. l. tutor secundum dignitatem, ff. de administr. tutorum. Barbat. cons. 26. vol. 2. [Freccia in lib. 2. in tit. quis dicatur Dux. nu. 33. Io. Franc. à Ponte in tract. de potestat. Proregis tit. 1. n. 1. & tit. 7. §. 6. n. 3. Mastrill. de magistrat. lib. 3. c. 10. n. 12. & lib. 5. c. 6. n. 245.] ideo † potest ea omnia facere, quæ potest ipse Rex psonaliter facere, etiā si essent specialia. [idē à Ponte in d. tract. tit. 1. nu. 2.] Andr. in c. Imperialem, fol. 31. versic. adductionis debentis, de prohib. feud. alienat. per Frider. Cannett. in repet. cap. volentes, in vlt. §. qui incipit : At non est otiosum, carta mihi 207. l. si Augustæ, ff. de leg. 2. Paul. de Cast. & Alexand. in fi. & alij, in l. 2. ff. de offic. eius cui mādata est iurisdictio. Luc. de Penna, in l. in officio, C. de Castrensiar. lib. 12. Cuman. cons. 157. 158. & 162. Vinc. de Franch. decis. 165. nu. 2. lib. 1. Milanens. dec. 8. nu. 72. lib. 1. & † potitur ijsdem priuilegijs & prærogatiuis quibus Rex ipse vtitur, l. vnicuiq;, C. de proxim. sacro scrin. lib. 12. c. fin. 93. dist. Bart. in l. filius, n. 1. ff. de legat. Rom. sing. 367. vbi Nicolaus Pigna, multos alios allegat. Ex quibus infertur, † quod potest donare & exercere liberalitatem, Salic. in l. cum indulgentia, C. de senten. pass. Bald. cons. 313. lib. 3. Barbat. cons. 18. lib. 3. Bertrand. cons. 256. lib. 3. [à Ponte in d. trac. tit. 10. §. 1. n. 5.] & potest † assensum præstare alienationibus feudorū sicut Rex ipse, Canet. & Milanens. locis superius allegatis, [Mastrill. de magistrat. lib. 5. c. 6. n. 53. cum seq. à Ponte de potestat. Proregis tit. 7. §. 3. nu. 11. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 6. n. 87.] & † potest banna, Pragmaticas, & Statuta quæuis ad suum beneplacitum facere, & antiqua tollere, vel super eis dispensare, vt quotidie eum facere videmus. Bald. in Authent. Sed nouo iure, C. de seruis fugit. Bart. num. 2. & Bal. in l. 1. §. his quibus, ff. de leg. 3. [Mastrill. de magistratibus lib. 5. c. 6. nu. 43. cum seq. Capiblanc. de authorit. Baronum pragm. 1. nu. 23. Intrigl. de feud. cent. 2. art. 80. nu. 18.] & † multa alia priuilegia & potestates Proregis ponūt Paris de Puteo in tract. syndic. in vers. substitutus, & in vers. sequen. Marin. Frecc. in tract. de subfeud. lib. 2. in tit. quis dicatur Dux, num. 30. Coman. cons. 163. Affl. in constit. Regni, Diuæ memoriæ. Non omittam dicere hic, quod eius † iurisdictio dicitur ordinaria, & non delegata, c. tua, vbi omnes Scribentes, de offic. Vicar. Maranta in pract. p. 4. dist. 5. n. 9. Et principes & alij, qui possunt per se statuta facere, possunt etiam † hāc iurisdictionem alteri delegare, sed ita delegati, alteris subdelegare non possunt, Bart. in l. omnes populi, num. 20 Bolognet. n. 88. Crotus, nu. 57. & Caccialup. nu. 54. ff. de iust. & iure, Cioff. cons. 6. nu. 18. & 19. lib. 1. Et pro conclusione & fine præsentis exceptionis dico, † quod is qui facit Statuta sine potestate, si id dolo malo ac causa occupandi Regiam iurisdictionem facit, incidit in crimen læsæ maiest. Bart. in d. l. omnes populi, nu. 14. ff. de iust. & iure, Gigas in tract. de crimine læsæ maiestatis, Rubr. qualiter

liter & à quibus crimen læsæ maiestatis, q.55 nu.1.& 2.Hond.consl.105.nu.75.lib.1.Intrigl.in tract.de feud.cent.2.art.8.nu.19.& 20. [Honded.consl.100.n.9.lib.2. Farin.in trac. de crim.lesę maiest. q.114.inspect.1.nu.12.]

SVMMARIVM.

1 *Statutum reÿciens omnes exceptiones non censetur reÿcere illam in qua statutũ se fundat. Ampliatur nu.9.*

2 *Statutum si prohibet opponi contra sententiam, potest tamen opponi quod non est sententia.*

3 *Statuto si quis vult vti, debet prius qualitatem requisitam ab ipso statuto verificare.*

4 *Fundans se in aliqua qualitate, debet illã qualitatem probare.*

5 *Dispositio statuti debet acceptari cum sua qualitate.*

6 *Qualitas quando est causa alicuius effectus, non sufficit adesse factum, nisi & adsit illa qualitas.*

7 *Exceptio opposita à parte, quod non est instrumentum, potest opponi non obstante Statuto reÿciẽte omnes exceptiones aduersus instrumentum.*

16 Amplia tertiò, † vt hæc exceptio possit opponi contra actorem, tam si agatur ciuiliter, quàm criminaliter. Petr. à Plaza in Epitome delict. cap. 44. num. 10. Peregrin. in prædicto tract. de iure fisci, lib. 3. tit. 11. num. 81. [& an talis exceptio excommunicationis possit opponi contra mortuum ad impediendum ecclesiasticam sepulturam, vt quia erat excõmunicatus, & videtur quòd sic secundum Mart. de iurisd. p. 3. cap. 9. n. 48. Vgol. de censuris. cap. 15. §. 7. nu. 1. tab. 2. fol. 450.]

17 Amplia quartò, vt † hæc exceptio non solum repellat excommunicatum agẽtem proprio nomine, verumetiam si agat alieno nomine, vt procuratorio, vt tutorio nomine, est textus in præcitato cap. intelleximus, vbi Felin. num. 13. & Decius num. 6. de iudic. c. excommunicamus, §. credẽtes, de hereticis, Anchar. in c. post cessionem, num. 2. & 7. de probationib. Lancellot. Instit. Canonica. tit. de procuratorib. §. hic verò. Cinus in l. res. C. de accusationib. Bald. in c. domino guerram, tit. hic finitur lex, vbi etiam Affl. num. 9. Peregr. prædicto nu. 8. in fi. Carauita super ritu ritu 236. nu. 20. Ples. in processu iudic. titu. 4. num. 39. Ioan. de Deo in doctr. aduocat. lib. 3. c. 13. nu. 5. Alber. Galeot. in Margarita iuris, cap. 1. nu. 25. [idem Vgolin. de censur. tabul. 2. cap. 19. nu. 1. Roman. sing. 632. Sayr. de censuris, lib. 2. cap. 8. num. 6. Marian. Soc. in capitulo sacris, nu. 412. de sent. excommunicat. Seraph. dec. Rom. 182. num. 1. Ant. de Virgil. in tract. de legit. person. c. 15. nu. 4.]

18 Amplia quintò, † vt excommunicatus repellatur ab agendo etiam si actio esset tempore peritura, Hostiens. in c. significauerunt, de exceptionib. Surd. in tract. de alimentis, tit. 8. priuil. 83. nu. 11. [& an excommunicatus possit vti beneficio, l. diffamari, C. de ingenuis, & manumiss. Alex. 35. variarum resolut. de diffamation. resolut. 1. nu. 8. Io. M. Nouarius q. 135. nu. 1. nec potest esse in iudicio ratione publici officij, vt ibi Nouar. nu. 5. & per defensione suæ possessionis auditur Farin. cons. 68. nu. 14. in fin. in crimin. lib. 1. nec potest agere ad pensionem sibi reseruatam, idem Farin. dec. 275. nu. 2. in fi. cons. crimin. lib. 2. nec est manutenendus in ex actione pensionis d. dec. nu. 3. Franc. Curt. sen. quęst. forens. quæst. 4. nu. 6. Tusch. in lit. E. conclus. 458. nu. 1.]

19 Amplia sextò, vt hæc † exceptio excommunicationis excludat excommunicatum ab agendo, etiam si agat per procuratorem, Io. de Lignano in tract. de censuris Ecclesiasticis, §. 25. num. 42. Bonacossius in suis communibus opinionibus, in verbo, excommunicati constitutio, car. 61. Magon. dec. Lucens. 71 num. 3. Nepos à Monte Albano, in libello de exceptionib. tit. 7. circa princ. vers. item si sit. Cappell. Tolos. dec. 143. Lambert. in tractatu de iure patronat. lib. 2. p. 1. 3. quæst. princ. art. 2. nu. 2. Roffred. in quæst. Sabbatina, q. 52. num. 7. Anchar. in c. exhibita, nu. 4. de iudic. [quòd potest constituere procuratorem, vt defendat excommunicatum, Molfes. in consuet. Neapol. p. 4. q. 49. n. 22. & redditur quis in habilis à procuratorio, Marta de iurisdict. p. 3. cap. 9. nu. 17. Farin. dec. 275. n. 3. in fin. lib. 1. cons. crimin. Ant. de Virgil. in tract. de legit. personæ c. 15. nu. 10. etiam per procuratorem. ibi Virgil. num. 10. Tusch. in lit. E. concl. 459. nu. 5.] quam ampliationẽ

20 † subamplia, vt procedat etiam si excommunicatio superueniat in personã domini, post quam

quàm lis est contestata, & procurator est factus dominus causæ: nam causa est domini, cum id eum spectet commodum, vel incommodum, 2.q.6.cap.biduum, vers.palam. Aufrer. in additionib. ad dec. prædictam, in lit. A. 21 & dictam subampliationem † limitabis, vt non procedat quoties quis esset constitutus procurator in rem suam, intentans actionem sibi competentem, quia tunc non repellitur propter excommunicationem superuenientē in personam ipsius domini, est glos. in c. vnico, de iure patron. in 6. & not. Bart. in l. apud Celsum, ff. de doli exceptio. Hostiens. Butr. & Abb. in c. licet, in fine, de officio delegat. Aufrer. loco cit.

22 Amplia septimò, vt excommunicatus non possit reconuenire, licet possit excipere, c. decernimus, de sent. excom. in 6. c. cum inter, in fine, de exceptionib. vbi Anchar. n.7. Nepos à Monte Albano in libello de except. ti. 5. circa princ. Lancellot. in instit. Canonic. tit. de mutuis petition. §. idem iuris, & gl. ibi, in verbo, non cōceditur, Carauita super ritu M.C.V. ritu 236. n.9. [Marta de iurisdict. p.3. c.9. nu.2.]

23 Amplia † octauò, vt hæc exceptio possit opponi mulieri agenti ad suas dotes si periculū non est in mora, Lupus in repet. c. per vestras nu.7. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. si constante, num.64. ff. solut. matrim. Surdus in tractat. de alimentis, titu. 8. priuileg. 83. num.9. [Andr. Molfes. in consuetud. Neapol. par.4. q.49. nu.27. nec potest opponere declinatoriam fori. Farinat. cons.68. n.29. in crim. lib.1.]

24 Amplia † nonò, vt hæc exceptio possit opponi tam in Curia Ecclesiastica, quàm sæculari, l. placet, C. de sacrosanct. eccl. not. DD. in l.1. C. de iur. & facti ignorant. & præcipuè Ias. nu.9. & 23. Bal. in l. quoties, num.6. C. de iudic. Guid. Papa cons. 120. num.1. Felin. in c. prudentiam, nu.14. & 15. de officio deleg. Gigas in tract. de pension. Ecclesiast. q. vlt. nu.19. vbi alios allegat. Tiraquell. qui etiam more suo alios allegat, in tractatu de retract. Lignagier, §.1. glos.9. nu.28. & 28 2. Foller. super cap. Regni Neapolitani, de sacrosanct. eccl. cap. item statuimus, nu.6. cart. mihi 37. Surd. dicto priuileg. 83. nu.4. Peregr. d. trac. de priuileg. fisci, lib.3. tit. 11. num.15. Carauita super d. ritu 236. nu. 1. [quòd etiam coram exequtore obstat Farin. dec.275. n.3. in fi. cons. crim. lib.2.]

25 Amplia † decimò, vt hæc exceptio non solum repellat actorem ab agendo, verum etiā iudicem à iudicando, glos. in c. sciscitatus, in verbo, infamem, de rescript. & in c. proposuisti, in verbo, tempore, de cler. excommu. ministran. Io. Andr. Ant. de Butrio, & Abb. in c. fraternitatis, de testib. Crotus in tract. de testib. in princ. num.3. Peregrin. dicto tit. 11. n.8. Nepos à Monte Albano in libello de except. tit.3. in princ. Plesan process. iudic. titu. 2. nu.35. Io. de Deo, in doctrin. aduocat. lib. 3. c.7. nu.2. Baiard. in additiom ad Iul. Clar. in §. fi. quæst.43. nu.20. Vanti. in tract. de nullit. tit. de nullit. sent. ex defectu ordin. nu.137 & tit. de nullit. ex defectu iurisdict. num.61. [Marta de iurisdict. p.3. c.9. n.8. & p.4. cēt. 1. cas.58. n.5. Vgolin. de censur. cap. 11. §.3. nu.1. tabul. 1. fol. 402.] Brunor. à Sole, in compend. resolut. proposit. iur. in verbo, excommunicatus non potest, qui omnes plus dicunt, scilicet, quod † sententia ab eo lata est 26 nulla. Carauita super d. ritu 236. num. 19. Felin. in c. Rodulphus, nu.40. de rescript. Polidorus Ripa in tractatu de actis, in art. mortis, c.34. num.9. [Roman. cons.48. num.1. vers. quòd autem nulla Nicol. de Mill. in repertor. in verbo excommunicatus non potest esse Iudex Gigas de pensionibus q.14. nu.2. Tusch. in lit. E. concl.458. nu.10. Vantius de nullitat. tit. de nullitat. ex defectis iurisdict. n.137. vers. & si talis Iudex.] quæ amplia-27 tio subampliatur, † vt procedat tam in iudicibus ordinarijs, quàm delegatis, c. ad probandum, de re iudic. Peregr. in d. tract. de iure fisci, lib.3. tit. 11. num.8. [Mart. de iurisdict. par.3. c.9. nu.8. Vgolin. de censur. tab. 28 2. c.11. §.5. nu.1. fol.405.] Secundò † subamplia, idem procedere in arbitrio, Peregr. prædicto nu.8. Blanch. in tractat. de compromissis, in 2. quæst. principali, nu.9. Brunor. à Sole loco iam citato, circa medium. Aufrer. in addition. ad Cappel. Tolosan. decis. 143. nu.2. [Vgolin. d. c.11. §.6. nu.2. Abbas in cap. ad probandum, num.2. de re iudic.] at 29 supradictæ ampliationes, & subampliationes limitantur, vt procedant tantum in iudice notoriè excommunicato, & non in occulto,

to,l. Barbarius,ff.de offi.prætor. not.in c.pia, de exceptionib.in 6.Bald.in l.1.nu.10.C.de iuris, & facti ignorant. Polid. Ripa, dicto c. 34.num.9.Aufrer.in addit. ad Cappell. Tolos.dec.143.in lit.A. Et hæc quidem † limitatio sublimitatur, vt non procedat nisi in causis profanis,nō aũt in spiritualibus,q̃a in eis sententia lata ab excommunicato occulto, est nulla, tanquam si esset lata à notorio. Celsus in addit.ad Bal.loco cit.lit. F.Pol.Ripa d.c.34.n.10.& 16.Card.in Clement.2.§. verum,in fine,de sent. & re iudic. qui omnes dicunt,quod † iudex excommunicatus, licet sit occultus,tamen non potest alium excommunicare, nec ab excommunicatione absoluere. [Felin. in cap. si vere num. 7. de sentent. excommunic. Nauar. in manual. cap.27. num.7. Sayr.de censur. lib.1.cap.5. nu.53.]

30

31

32 Et hæc sublimitatio sublimitatur,† quando is,in cuius fauorem actus geritur, sciebat gerentem esse excommunicatum, quia tunc alius potest opponere,& dicere de excommunicatione,Calder.& Abb.in cap. ad probandum,de re iudic.& in c.veritatis ,de dolo, & contumac.Aufrer.vbi sup.

33 Amplia † vndecimò, vt excommunicatus non possit agere contra alium pariter excommunicatum,glos.in c.à nobis,vbi communiter * hoc not. Scribentes, de except.Bald.& Dec.in d.c.intelleximus,nu.19.de iudic.Peregr.dicto tit.11.num.13. [Guid. Papa singul.83.Camill.de Medic.cōs.10.n.25.Mart. de iurisd.p.3.c.2.n.11.]

34 Amplia duodecimò, vt hæc exceptio † nō solum repellat actorem, & iudicem a limine iudicij, sed etiam testes, quibus semper potest opponi hæc exceptio,c.veniens,il secondo, in fine, de testib. c. decernimus, de sent. excom.in 6.Nellus de S.Geminiano in tract. de testib.par.1. num. 20. Aufrer. in tract. de testib.num.42. Iacob.Aegid. in tract. de reprobat.testi.nu.9. Albert.de Mattarell.in eodem tractatu de testib.c.3. nu.33. 34. & seq. vbi latè examinat istam conclusionem Lanfranc.de Oriano, in tractatu de testib.nu.77. Gabriel in commu. opin.tit. de testib. concl. 19. num.1. & sequent. qui latissimè loquitur de ista materia, [Iulius Cæsar.imbrianus de repulsa consider.4.n.26.& consid.6.n.81. Farin.dec.43.nu.4.& in additiōn.in lit.C.in fin. lib. 1.consiliorum crimin. Ant. de Virgil. in tract.de legit.personæ cap.15.num.9. Marta de iurisdict.p.3.cap.9.n.6.Scraph.decis.Rot.244.n.2.] Carrer.in Practi.tit.de hæret.nu.145. Emanuel Suarez in Thesaur. recept.sent.lit.E.num.188. Brunor.à Sole in compend.resolut.proposit.iur.in verbo, Excommunicatus non potest,in fine, Portius in lib.4. conclusionum, regula 16. vbi hanc regulam diuersis modis ampliat,† & limitat,& præcipuè ampliatur, vt non sit idoneus testis etiam contra alium pariter excommunicatũ. Philip.Franc.in cap. decernimus, num.6. de sent.excommu.in 6. Corrad.Lancelot.in tractatu de Prætore, in titulo personas testi.aggredi,nu.37.Portius dicta regul.16.ampl.2. qui omnes † hanc subampliationem limitant aliquibus modis, nec excommunicatus potest ferre testimonium contra simoniacum. Abb.in c.licet Heli,num.21.& sequen. de simon.vbi etiam Socin. sen.num.54. & Io. de Anania in glos. in versic.indifferenter. Idem Abb.in c.per tuas,num.3. & Soc.nu.6. eod. tit.Vgolin.in tract.de simon. tabula 1. c.32. §.4.num. 14. [Marta de iurisd. par.3. c.9. nu.7. sed in testamento sic quod secus est in iuditio.Bertaz.in tract.claüsul. claus.2.gloss. 3.nu.22.]

35

36

37 Ampliatur decimotertiò principalis† conclusio,vt procedat,etiam si excommunicatio superueniat post inchoatum iudicium, quia ex eo tempore antea poterit opponi. Io.And. in Mercurial.q.18.num.20.vbi allegat c.pia de except. in 6.Ancha.in c.exceptionem,nu. 1.de except.vbi dicit, quod potest opponi in quacumque parte iudicij. [quòd repellitur à iuditio Marta de iurisd.p.3.c.9.n.1.]

38 Amplia decimoquartò, † vt hæc exceptio possit opponi etiam post terminũ datum ad opponēdum suas exceptiones. Specul.in tit. de except.§.2.versic.sed nunquid. Glos. Hostiens.& Anch.nu.13.in c.Pastoralis, de exceptionib.Addit.ad eundem Anchar.ibidē, in lit.A.Cardin.in Clement.2.de except.Frideric.de Sen.cons.18.& cons.118.Abb.in c. intelleximus,num.6.de iudic.& in d.cap.pastoralis,nu.12.Gemin.in c.1.de except. ideo infero, quod licet per ritum istius Regni detur quindena debitori ad opponendum suas ex-

exceptiones, attamen ista exceptio potest opponi etiā ista quindena elapsa. [quòd etiā post sententiam opponi potest talis exceptio Ias. in l. 1. nu. 22. cum seq. C. de iuris & facti ignorant. Nicol. Caluol. in praxi. §. exceptiones contra libellum concl. 1. nu. 71. & anim impediat exequutionem sententiæ. Marta de iurisd. p. 3. c. 9. n. 26.]

39 Amplia decimoquintò, † & vltimò, in notario, qui si est publicè excommunicatus, nō potest facere instrumēta, & si illa faciat, sunt nulla, c. licet, de sent. excommunic. in 6. Glo. in c. decernimus, eod. tit. Ioan. And. & Abb. antiq. in c. pia, de except. in 6. Card. in repet. cap. perpendimus, q. 39. de sent. excom. Abb. & ceteri scribentes, in c. intelleximus, de iudic. cum alijs adductis, & allegatis per Bertazol. in tract. clausul. in proœm. num. 14. vbi dicit, quod hoc non procedit, quando verisimiliter partes ignorabant istum talem esse excommunicatum, vel publicè officium exercebat. [Bertaz. in tract. clausul. in proœmio, num. 14. fol. 5. Marta de iurisdict. p. 3. cap. 9. nu. 6. Tusch. in litt. E. concl. 456. nu. 10. Feder. de Senis cons. 74. n. 2. vers. ad id quod secundo.]

40 Limitatur modo † aliquibus modis hæc conclusio prædicta (quod scilicet exceptio excommunicationis semper repellit actorem à limine iudicij) & primò, quando excommunicatus non est notorius, vel denuntiatus, q a tunc non repellitur ab agendo. Puteus decis. 25. tit. de restit. spol. Pontan. in tract. de Spolio, lib. 3. c. 2. n. 2. [Marta de iurisd. p. 4. cēt. 1. cas. 58. n. 5. & in excommunicatis occultis ratione publici officij. Farin. dec. 167. nu. 2. in fi. cons. crim. lib. 2. idem Marta p. 3. c. 9. nu. 9.] Vgolin. d. tract. de censur. Ecclesiast. c. 15. §. 7. num. 1. Io. Bapt. Ferret. cons. 351. nu. 3. & 6. lib. 2. licet contrarium tenuerit Peregrin. in tractatu de priuileg. fisci, tit. 11. nu. 8. in fine, quis

41 † autem dicatur notoriè excommunicatus, ponunt Abb. & Felin. in c. prudētiam, nu. 6. de offic. deleg. Ioannes Andr. in c. pia, de exceptionib. Anch. in cap. illa quotidiana, num. 4. de elect. & cons. 189. Idem Felin. c. Rodulphus, num. 39. de rescript. & in c. ad probandum, col. 3. de re iudic. & in c. fi. in fine de exceptionib. Gigas in tractatu de pension. quæst. 14. n. 5. Alin. in tract. de exequut. §. 3. c. 184. num. 8. vbi ponit, quid si aliquis esset notoriè excommunicatus in vna prouincia, & in alia non esset ita notorius. [Federic. de Senis d. cons. 74. n. 3. Tusch. in lit. E concl. 456. n. 1. cum seq.]

42 Limita secundò prædictam cōclusionem, quando actor esset excommunicatus excommunicatione minori, quia ob eam non repellitur ab agendo, & sic exceptio huius excommunicationis non nocet. Abb. in d. c. intelleximus, nu. 6. de iudic. & in c. à nobis, de exceptionib. Gigas in tractatu de pension. Eccles. q. 14. nu. 8. Pontan. in tract. de Spolio, lib. 3. c. 2. nu. 2. Surd. in tractatu de alimentis, titu. 8. priuileg. 83. num. 7. Dec. cons. 321. num. 6. Maschard. de probationib. concl. 691. nu. 4. [quòd secus est in excommunicatione maiori, quia separat hominem à communione fidelium, Andr. Molfes. in consuetudine Neapol. p. 4. q. 49. n. 10.] Et ideo dicūt Doctores tam superius citati, quàm inferius citandi, quod

43 † excipiens de excommunicatione ad hoc vt obtineat, debet proponere speciem excommunicationis, & nomen excommunicantis, & si aliter faceret, non auditur Vgolinus de censuris Ecclesiasticis, titulo de excommunicatione, c. 15. §. 8. num. 1. ad quod allegat c. penult. de sent. excommu. & c. Engeltrudam, 3. q. 4. glo. in c. 1. in verbo, speciē, except. quod etiam firmauit Soc. sen. in c. sacris, nu. 436. & 437. de sent. excommun. Viu. dec. 104. num. 4. Velasc. decis. 97. num. 4. At si non opponeretur exceptio lata ab homine, sed à Canone, tunc debet exprimi nomen Canonis excommunicantis, Hostiens. Anch. Franc. & Io. Andr. in c. 1. §. si quis igitur, vbi Gemin. num. 12. de except. in 6. Vgolin. loco præcit. Socin. d. num. 437. Quando

44 † verò excommunicatio dicatur maior, ponit glos. in c. eo qui, in verbo, Canonis, de sent. excommun. in 6. Nicol. Plou. in tract. de excommun. num. 8. Carau. Ritu 236. nu. 3. Ant. Scappa in loco inferius citando. [Maschar. de probat. concl. 705. n. 2. Clar. in §. fi. q. 77. nu. 1. Tusch. in lit. E. concl. 436. num. 10.]

45 & quando dicatur minor, ponit Abb. in c. si celebret, de cler. excomm. ministr. Diuus Ant. Florent. in sua sum m a, tit. de excomm. minori, in 51. c. & in tit. in quibus causis commu. cum excom. nu. c. 52. & in tit. de effect. excō-

mun.minor. c.53. & in tit. de absolut. ab excommu.minori, c.54. Ant.Scappa in tract.de iure non scripto, lib.1.cap.52.num.10.& 11. [& an valeat excommunicatio si fit absque monitoriis, Ant.de Ballis in suo tracta.lib.5. pragm.1. tit.10. num.33. & quando maior, & quando minor, Scapp.de iure non script. cap.52. lib.1. Iac. Graffi. in suis decisionibus aureis.lib.4.titu. de diffinitione excommunicationis, c.1. num.18. & 19. Clar.in d. quæst. nu. 2.]

46 Limitatur tertiò, quando † agitur super attentatis: quia attentator non potest opponere hanc exceptionem. Dec.cons.200. circa finem. Magon. dec. Lucensi 71. num.1. Cumia super Ritus c.40.num.143. Maranta in pract.in 6.p.in verbo, appellatio.nu.404.car ta mihi 537. [Lancellot.de attentatis titu. de reo except.p.3.c.24.q.3.n.1. cum seq.]

47 Limitatur quartò, † quotiescunque ageretur de periculo animæ, quia tunc ista exceptio non obstat, & excommunicatus semper auditur, etiam agendo. Io. de Imola post Hostiens.& Anto.de But.in c.significauerũt, de except. vbi Fely. in vlt. colum. Marsil. in tractat.de bannitis, in verb. delictis, num.6. [quod potest etiam excommunicatus testari Soc.reg.24.excommunicatus etiam Tusc. in lit.E.concl.459. n.15.]

48 Limitatur quintò, quando † creditor ageret contra debitorem suum suspectum de fuga, nam isto casu non potest opponi exceptio excommunicationis. Abb.in c.cum inter, nu. 13.de except.vbi etiam Fel. col.10. vers. limita secundo.idem Fel.in c. dilectus, col.penul. vers. quarto fallit, de rescr. Surd. in tract. de alim.tit.8.priuileg.83.nu.8. Viu.dec.99. nu. 13.

49 Quam limitationem † sublimitabis, vt solum possit agere ad effectum, vt debitor fugitiuus retineatur, non autem vt soluat. Dec. in d.c.cum inter, nu.18.de except. Surd.d.priuil.83.num.12.

50 † quando autem debitor dicatur fugitiuus, dixi supra in prælud.nu.144. & ponit Caccialup. in trac.de debit.suspect. & fugit.in 1.quęst.princ.num.11. Pet.Pecch. in tract de iure sistend. & manus iniect. cap. 11.nu.2. Caualc. in repert. primi lib. suarum decisionum, in verbo, debitor verè suspectus [Bursat.cons. 241.n.6. Boer. dec.215. nu.2. Tusch.in lit. F. concl.522.n.1.] Carol.Grimald.in addit.ad pract. Tartali.c. 1. nu. 176. Natta consil.431.num.21. Menoch.in tract. de arbit. iudic. casu 77. per totum. Vital.in tract.clausul.in verbo, nihil nouari dilatione pendente, nu.3. in fi. cart.mihi 81.

51 Limitatur sextò, vt licet hæc exceptio † repellat Actorem ab agendo, tamen si est conuentus, non repellitur ab excipiendo, Spec. in tit.de exception.& replic.§.fi.nu.3.c.cum inter de except.c.intelleximus, de iudi. Dec. in c.à nobis, nu.37.de except. Surd. d. priuil. 83.num.6. Bar.in l.de pupillo, §.fi.num.2.ff. de noui oper. nunciat. Rom.cons.217.nu.1. Gayll.qui testatur de commu. opin.in lib.1. Pract.obseruat.obseru.71.num.5. Scaccia in tract.de iudic.c.101.num. 51.in fi. Mari.Antguiss.cons.141.nu.12.&cons.39.nu.5. Io.de Deo, in doct.aduocat.lib.3.cap.16. num.21. Peregr.in tract.de iure fisci, lib.3.titu. 11.nu. 19. [Mart.de iurisd.p.3.c.9.nu. 1. Ant.de Virgil.de legitim.personæ cap.15.num.14.] & ad hoc facit id quod in simili habetur, quod

52 † licet periurus repellatur ab agendo, non tamen repellitur ab excipiendo, c.intelleximus vbi Ant.de Butr.de iudicijs. Alc.cons.37.nu. num.8.vol.2. [Farin.Rot.Roma.dec.868. nu.2. repellit agentem exprimit actionem, vt est text. in l.si quis maior C. de transact. Specul.in tit.de actor. §.1.nu.16. vers. Item quod est periurus. Alex.cons.17.nu.6.lib.3. Neuiz.cons.21.nu.1. Surd.cons.37.num.2. Moscatel.in pract.lib.1.par.4.in glos. periurij. num.1. & per hanc exceptionem periurij impeditur litis ingressus Anto.de Butr. in c. dilecti de exceptionib. Marsil. sing.5. & cõs. 107. num.9. Afflict. decis. 185. num. 1. & ratio videtur esse, quia talis exceptio dicitur exceptio peremptoria antequam obtinuerit agens absolutionem à iuramento vt videtur sentire Muscatell. vbi sup. num.3. & num.17. Marescott. variar.resol.cap.121.nu. 83.cum seq. lib.2. Farin.dec.224. nu.1. & 3. in fin. cons. crimin. lib. 2.] sed prædictam

53 † sublimitationem sublimitabis, vt licet excõmunicatus possit excipere, non tamen potest excipere & opponere compensationem, glos.in c.cum inter, in verbo, reconuentione, quæst.5.vbi Bal.nu.5. & Hostiens. Card.Imola, & Anchar.nu.10.de except. idem Ancha. in c.si verè, nu.4.de sent.excom. Guid.Papa, cons.

conſ.108.n.3. Boer.conſ.14. num.7.Purpur. conſil.284.lib. 1: Bertazzol. in tract.clauſul. clauſul.48. gloſ.8. num.4. Surd. conſ. 246. num.23. lib.2. [Bertaz.de clauſul.clauſul. 41.gloſ.8.nu.4. Marta de iuriſdict. p.3. c.9. num. 3. Tuſch. in litt. E. concluſ. 381. num. 3.] vbi adducit rationem : quia † qui compenſat, quodammodo agit,& ſi ageret,repelleretur per exceptionem,ergò non poteſt cõpenſare,l.quicunque,ff.de cõpẽſat.& qui cõpẽſat,petit,l.amplius ff.rem ratam haberi,& compenſare eſt quodammodo reconuenire, Cin.in l.quoniam,C.de adulter.vbi Bald. n. 7. Surd.loco præcitato num.24. & obijciens compenſationem,videtur ſuum debitũ exigere,Bal. & Surd.locis paulo ante cit. [Marta de iuriſd.p.3.c.9.n.3.Other.diſpu.q.28.n.3]

55 Limitatur ſeptimò , † quando excommunicatus laboraret extrema famis neceſſitate, nam tunc bene poteſt agere pro alimentis. Dec.in d.c.cum inter,num.9.de except.Fran. March.dec.880. num.28. Couarr. lib.3. variarum reſol.c.13. verſ.12. [Surd. de alim. titu.7. q. 14. num.26. & quæſt.36. num.7.]

56 Limitatur octauò, † ſi excommunicatus appellaret à ſententia contra eum lata, quia pendente appellatione, non repellitur ab agendo,Oſaſc.con.5.nu.2. vbi nu.3. &4. adducit rationem: quia appellatio eſt defenſio,& excommunicatus poteſt ſe defendere. Hanc eandem principalem concluſionẽ ampliabis,& limitabis varijs modis, vt per Peregrin.in d.tract.de iure fiſci,lib.3.tit.11.quas ampliationes & limitationes hic non refero, quia parũ faciunt ad noſtrã materiã. [quòd antequã, ſequatur declaratio ſuper facto poteſt licite in foro exteriori omnes actus exercere Io.Pet.Bim.conſ.241. n.32. & an poſſit dicere de nullitate excõmunicationis ſtante eius contumacia Farin.conſ.5.nu.87. in crimin.lib.1. Ant.de Virgil.in tractat.de legit. perſon.cap.15. nu.12. limitatur etiam vt excommunicatus non excluditur à ſucceſſione, tam ex teſtamento quam abinteſtato ex deductis per Andr. Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par.4. q. 49. nu. 15. cum ſeq. & quando appellauit ab excõmunicatione, & eſſet negligens in pro ſequendo eam non poteſt repelli propter negligentiam, Marta de iuriſd. p.3. c.9. n.10.]

57 Aduertendum tamen eſt, quod in ſupradictis & aliis caſibus,in quibus excommunicatus non repellitur à limine iudicii, poteſt cõparere tam perſonaliter quàm per procuratorem. Peregr.d. tit.11.n.22.

58 Item etiam eſt aduertendum,quod † ſi iſta exceptio excommunicationis obſcurè proponatur per excipientem, tunc iudex ex officio tenetur compellere eum vt liquidè eam declaret,ita no.Abb.in c. ſolitæ,num.2.de reſt. ſpol.Fely.in c.prudentiam, in fi. de offic. deleg. Vgolin.in tract.de cenſur.Eccleſiaſt. tit. de excommun.c.15.§.8. nu.2. & † debet iſta exceptio probari per opponentem infra terminum dierum octo,die quo proponitur non computato,c.1.§.ſi quis igitur, de except. in 6.vbi hoc firmant communiter * DD. glo.in c.1.in verbo proponitur, de reſtit. ſpol. Soc. ſen.in c.in ſacris,num.440.de ſent. excomm. Io.de Arno different.91.Campanus ſuper c. Regni Neapol. tit. quod iura conceſſa Eccl. c.item ſancimus, nu.5.cart.mihi 134. Vgol. in d.c.15.§.9. nu.1. Anguiſſ.conſ. 141.nu.7. Maſcard. de probat. concl.691. num.4. Maranta in pract.p.4. diſt.20.num.14.car.mihi 240. Lapus alleg.54. num.10. qui terminus † a iudice prorogari non poteſt. Vgol. eod. num. 1. & exceptio † ipſa debet apertiſſimè probari, vt operetur ſuum effectum Iaſ. in l. decem,nu.51.ff.de verborum oblig. Maſcar. d.concl.691.nu.1. [Gratian.diſcept.c.255 n.16. vbi debet opponere de ſpecie excommunicationis. Berous conſ. 147.n.31. lib.2. Marian. Soc. in c.ſacris nu.443.de ſent.excommunic.Sayr.de cenſur.lib.2.c.5.n.15.]

62 Quæro modo,an hæc † exceptio ſit odioſa an verò fauorabilis? & dico, qđ eſt odioſa,ideo debet reſtringi,& non ampliari,cap. tua,in fine,de decimis,Gemin. in c.1.§.ſi qs, in verb.glo.ſuper verbo ſpeciem, de except. in 6. & ibi Ancha. & Philippus Franc.Goffr. in Summa,tit.de ſent. excommun.nu.44. Vgolin.in d.tract.de cenſur. Eccleſiaſt.titu.de excommun. c.15. §.8. num.1. circa medium. Maſcar.de probat.concl.691. nu.5. [Lap. alleg. 53.n.4. verſ.1. cum hic Tuſch. in lit.E. concl.371.n.4.]

63 Quæro ſecundò, an † proceſſus factus poſt oppoſitionem huius exceptionis ſit nullus,& dico quod ſic. Philip.Franc.in c.1.§.ſi verò,

super gl. in verbo,duraturis,de except. Abb. in c.intelleximus,de iudic.vbi Dec.num.76. Carauita super Ritu M.C.V. Ritu 236.n.8. [sic etiam sententia Tusch.in lit. E. concl. 458. nu.9.

64 Quæro tertiò, an hæc exceptio † sit peremptoria, an verò declinatoria? & respondeo quod est declinatoria, ita dixit Intriglol. de feudis,centur.2.art.5.num.475. Marsi.in tracta.de bannit.in verbo,delictis, n.7. [Vgol. de censur. tabul.2. §.6. num.5.] sed licet sit

65 † declinatoria, non tamen sequitur naturam aliarum exceptionum declinatoriarum, quæ solum possunt opponi ante litem contestatã, & non postea,l.ita demum,de procurat. c.1. & c.exceptionem, de except. Marsil. d.nu.7. Lancellot.in instit.Canonic.tit.de except.§. his annumeranda, Fel.d.c.exceptionem, nu. 27.Abb.in c.ex conquestione,in 3.col.de restit.spol. Rom. in l.naturaliter, §. nihil com-

66 mune, ff. de acquir. poss. & non solum † hæc exceptio potest opponi post litem contestatam, verum etiam post conclusum in causa. Marsil.in l.maritus,num.31.ff.de quæst. vbi * testatur quod hæc est commu. * opinio,& in pract.§.sequens,num.24. Fel.in c. significauerunt,num.8.de except. Barbat. in c.pastoralis,col.6.de cau.poss.& propriet. [in quarum pro parte iudicii. Alex. de Neuo in c 2. nu.19. de exceptio. Muscatell. in prax. lib.1. par.3.glosa similis nu.3. Io. Bapt. Thorus in cõpend.decis.vol.1.Cur.Archiepisc.Neap.in verb.exceptio excommunicationis. Ant. de Virgil.in tract. de legitim.personæ c 15.n.8. Vgolin.de censur.tabul.2. cap.15. §.6.nn.1. fol.448.]

67 & † etiam potest opponi in quacunque parte iudicij, c.1.& c.pia, de except. in 6. c.exceptionem, de exception. Marant. in pract.p.6.memb.9.nu.5. Magon.dec. Lucensi 71. num. 10. Peregr.in tract.de iure fisci,lib.3.titu.11. num.14. Carauita super d. Ritu 236.n.6. Suarez alleg.13.nu.13.

68 Quæro quartò, an exceptio † excommunicationis quæ potest opponi cedenti possit opponi cessionario? & dicas quod non, glo. pen.in cap.1.de iure patron.in 6.vbi Gem.& Franch. Fel.in cap.cum dilectus,in 13.decla rat.de rescr.& in c.intelleximus,n.14. de iudic. Soc.sen. cons.264.nu.14. lib.2. [Carpan.in statut.Mediolan.c.18.n.53.& cap.10. n.98.Visil.in addit. ad Afflidec.74.n.1.Põtan.in tract.de spolio, lib.3.c.2.n.3. sed hoc

69 limitatur † cessionario ex causa lucratiua (vt puta titulo donationis) quia ei agenti põt opponi hęc exceptio, sicut cedenti. Dynus in c.si quis in ius,de reg.iur.in 6.Bart.in l.apud Celsum. §.si cum legitima,ff.de except. doli. Bald.in l.si cum dotem,§.si patri,ff.sol.matr. & ibi etiam Alex.Castan.cons.44.nu.24.vbi * dicit,quod hæc est commu.* opin. idem Bal. in l.stipendia, C.de procur. [Marc.Ant.Pe reg.cons.13.n.18.lib.2.Marta de iurisd.p.3. c.9.nu.5. Carpan. dicto c.18. nu.53. Bossi.in tract.crimin.tit.de bannitis quid ammittant n.15.16.]

70 Quæro quinto & vltimo † quid si statutũ non solum prohibeat non posse opponi contra instrumentum, sed etiam contra personã agentis,an eo non obstãte possit opponi hæc exceptio excõmunicationis, si de ea expressa mentio non fiat in statuto, vide Bero. in c. item cum quis,num.8.de restit.spol. Barbat. cons.35. col.3.vol.4.Paris.cons.19.n.9.lib.4 Afin.in pract. §.31.c.23.

71 Et nota, quod omnia † supradicta de excommunicatis militant contra hæreticos,qa ipsi sunt excommunicati,& anathematizati, c.excommunicamus, il primo, & il secondo, de hęret.in 6.Simanc.in tracta. de hęreticis, tit.55.nu.1. Repert.inquisit.in verbo anathematizati. Medices in Summa de peccatis, q. 78.nu.88. Additionator ad Repert.inquisit. in d.verbo anathematizati,in lit.A. [idẽ Repert. inquisit. in verb.hæretic. col.30. vers.si omnes hæretici.] Plot. cons.78. num. 13. Franc.Ponzi.in tract.de Lamiis,nu.77. & ẽt sunt excommunicati per Bullam in Cœna

72 Domini, & eis † est interdictus omnis legitimus actus, l.quoniam, & l.quicunque, C.de hæretic. [& an possit hęreticus exercere iurisdictionem Repertor. inquisitorum in verbo iurisdictio col.2.versic.hæretic. potest.] Borell.super pragmatica,odialitium,§.1. gl.

73 3.nu.328.neque † possunt aliquo modo agere,cap.vergentis,de hęret.in 6. Borell.vbi supra,num.329.sed hæc omnia limita,

74 † vt nõ procedant ante sententiam declaratoriam, nam ante eam hæreticus non repellitur ab agendo,contra proprios debitores,ita in specie dixit Curt.iun. cons.20.n.3.lib.1.

Item

75 Item etiam † huius naturæ est exceptio bāni, quæ nec etiam censetur reiecta à Statuto reijciente omnes exceptiones. Bart. in l. 1. §. & parui, num. 6. ff. quod vi aut clam, Fel. in c. ex parte, il secundo, in quarta limitatione, n. 6. de offic. deleg. vbi Dec. nu. 42. Marsil. in l. si quis ne questio, nu. 8. ff. de quæst. Bened. de Barzijs, in tract. de instrum. guarentig. p. 1. q. 3. & p. 3. quæst. 10. Pand. in tract. de pręsent. instrum. p. 2. num. 90. Asinius in pract. §. 31. c. 23. [Cumia super Ritu c. 16. nu. 54. Vāt. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defect. inhabilitatis, seu mandati, nu. 2. Carpan. in statut. Mediolan. c. 92. n. 178. Ant. de Virgil. in suo tract. de legit. personæ in prælud. nu. 1.] Menoch. lib. 2. præsumpt. 48. nu. 6. vbi alios

76 allegat. Et istam exceptionem † potest opponere iudex parte etiam tacente. Crauetta cons. 191. num. 1. Dec. cons. 275. nu. 3. Carol. Grimald. in addit. ad pract. Tartal. c. 1. nu. 67. Asin. in tract. de exequut. §. 3. c. 69. Alber. in l. item apud Labeonem, §. quod ait Pretor num. 2. ff. de iniur. Alex. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, nu. 14. & 15. ff. solut. matr. Iac. de Arena, in l. non dubium, num. 2. C. vt

77 quæ des. aduocatis. Sed † an hæc exceptio si obstaret cedenti, an obstaret etiam cessionario? & dicas quod sic. Bal. in l. per diuersas, nu. 18. C. mandati. Iac. de Arena in tract. de bannitis, nu. 29. & 34. Boss. in suo tract. crim. tit. banniti quid amittant, nu. 5. Nell. in eodem tract. de bannitis, in prima parte, secundi temporis, num. 17. Bald. in l. qui stipendia C. de procurat. vbi etiam Salyc. idem Bald. Ang. & Alex. in l. si cum dotem, §. si patri, ff. solut. matr. Dyn. in c. is qui, de reg. iur. in 6. idem Dyn. Iac. de Arena, Bar. Ang. & Imola in l. doli mali, ff. de nouat. Scribentes in c. 1. de iure patron. in 6. idem Bar. in l. apud Celsum, §. si cum legitima, ff. de doli exceptione, & in repet. l. si constāte, in nona quæst. 2. partis, ff. solu. matr. [Ant. de Virg. in suo tract. de legit. personæ. c. 24. n. 14.] Anchar. consil. 245. Brun. à Sole, qui alios allegat, quæst. 20. nu. 1. & seq. Bimius cons. 187. n. 14. lib. 2.

78 quam † conclusionem intelligas, quādo cessio esset facta ex causa lucratiua, secus si ex causa onerosa, quia tūc exceptio, quæ obstat cedenti, non obstaret cessionario, si exceptio ipsa respicit personam cedentis, & non rem cessam. Dyn. in d. c. is qui, nu. 15. & in l. si cum dotem §. si facti, ff. soluto matrim. DD. omnes & precipuè Io. de Platea, in l. seruum quoq;, §. si quis, procur. Bal. in l. per diuersas, in nona quæst. C. manda. & in l. qui stipendia, col. 1. vers. secundo hæc lex, C. de procur. cū aliis allegatis per dictum Brunor. à Sole, d. quæst.

79 10. nu. 15. & aduerte, quod bannitus † & excommunicatus ęquiparantur circa odiū personæ. Bal. in l. item succurritur, ff. ex quibus caus. maior. Alber. in l. sed etsi per Pretorem §. actio ex empto, ff. eodem. Oddo in tract. de restit. in integr. q. 7. num. 3. [Boss. in tit. de principe, & priuileg. eius nu. 46.]

80 Quærò modo, an † bannitus vel excommunicatus, qui non possunt agere, possint implorare officium iudicis? & dico quod non. Ant. de Butr. & Abb. in c. cum inter, de except. vbi Dec. num. 66. Petr. de Anchar. in c. 1. col. 3. de rescrip. in 6. Soc. sen. in c. qualiter, & quādo, il secondo, in 7. q. princ. in 8. argum. de accusat. Marius Anguiss. cons. 39. num. 4. & cons. 141. nu. 18. [Ant. de Virgil. in suo tracta. de legit. personæ c. 24. n. 7.]

81 Sic etiam † potest opponi exceptio minoris ætatis, cum & ipsa sit & procedat ex defectu psonæ agentis. Bar. in l. 1. §. & parui, n. 6. ff. quod vi aut clam Dec. in d. c. ex parte, il secondo, n. 42. de offi. delegati. Marsi. in Rubr. de prob. nu. 185. vbi alios hoc asserentes allegat. Ant. Massa in tract. de oblig. in forma Camerę in 4. p. quæst. 1. n. 3. [dictus de Virgil. in suo tract. de legit. personæ, c. 16. nu. 3. Alb. cons. 187. n. 7. Marant. p. 4. dist. 16. n. 30. & 32. Scac. in tract. de iudi. c. 2. lib. 2. n. 395. & 401.] Ant. de Canar. in tract. de exequ. instrum. q. 15. Intrigl. sing. 42. n. 5. lib. 1. Frec. in tract. de præsent. instrum. par. 12. in prin. num. 2. Nepos a Monte Albano in libello de except. tit. 5. circa medium, vers. item si actor, Guid. Papa in tract. compulsl. lit. quæst. 1. nu. 5. Burg. in tracta. de Laudem. par. 3. inspect.

82 40. nu. 41. & † idem dicendum est si actor esset prodigus, vel furiosus, quia isti tales non possunt agere ex defectu personæ. Pand. in tract. de præsent. instru. par. 2. declar. 9. n. 89. [Magon. dec. Florent. 97. nu. 2. Zabarell. cons. 56. nu. 2. vers. in contrarium. Tusch. in lit. F. concl. 540. n. 1. cum seq. Alb. Mandell. cons. 257. nu. 1. & 2. cum seq. Dec. cons. 86. nu. 7.

nu.7.in fi.& conf.112.n.1.Ant. de Virgil. in tract.de legit.personæ c.9. num.9.]

83 Sic etiam † potest opponi, quod Actor est monachus, si agit sine licentia sui Abbatis, quia ista exceptio respicit personam agentis, quæ tali casu non potest conuenire, seu agere, c.causam quæ, de iudi.c.2. de postul. l.omnes, §.nihilominus, C.de episc.& cler. c.placuit, 2.q.7. [Zabarell. conf. 28. in fin.vers. ad alia quæsita Tusch. in lit. M. concl.318. num.1.& 14. Gratian.discept.c.270. nu.22. Scac.de iudicijs c.101.num.41. lib.1. Anto. de Virgil. in dicto tracta. cap. 18.num.3.] Nepos à Monte Albano, in libello de excep. tit.5. versic. item monachus. Guido Papa, in tracta.de compulsor.liter.quæst.1.n.5.

84 Item, non † censetur reiecta exceptio qđ Actor est seruus, quia non habet legitimam personam standi in iudicio, l.seruus, C.de iudi. l.seruos, C.de testam. l.non seruum, C. de rei vendic. Nepos à Monte Albano, in libello de except.tit.5.circa medium, vers.item si sit seruus, Guid.Pap.d.n.5. [Scac.vbi sup. Ant.de Virgil.c.15.nu.1.& 7.

85 Et si actor † non ageret nomine proprio, sed alieno, vt si esset procurator, tutor, curator, syndicus, vt quis similis, tunc poterit opponi quod non apparet ipsum esse talem, prout agit. Vant.in tract.de nullit.tit.de nullit. sententiæ ex defectu inhabilitat. personæ agēt. Stracha in trac.de assecur. gl.29.n.4. [& de legitimitate ꝑsonæ pōt opponi qñcunq; Dec.in c.consuluit il 2.in 3. notabili de app. Rui.cōſ.78.n.8.li.4. Bru.à Sole ī verbo exceptio illegitimitatis.] Burg.d.inspect.40.n.47

86 Immò, † parte non opponente, potest iudex repellere illum, quia agit vt procurator, vel similis, si non apparet ipsum esse talem, Fel.in c.causam quæ, ī prin.de re iud. Asin.in tracta. de exequut. §.3. c. 8. num.9. Grat.in addit.ad pract. Vestr.c.5.nu.23.lib.4. [Sigism.Scac.de iudicijs c.62.n.24. vers.vndecimo quæro. lib.1. Alex.conf.166.n.4. lib.6. Zabarell.conf.29. n.6. Nuntius Tartalia in pract.c.1.nu.59.& 60. Ant.de Virgil.in suo tract.de legit.personæ in prælud.nu.9.etiam parte non opponente Iudex ex officio potest repellere testes quando sibi constat de inhabilitate testis Masull. ad Capytium dec.62. num.5.] Ludou.concl.46. Ampl.15.& ratio esse potest: quia † agens vt talis, debet probare se esse talem, antequam agere incipiat, vt si ageret vti hæres, debet probare se esse hæredem, Alba conf.3.num.13.lib.1. Ioseph.Ludouic.concl.14. illat. 176. Caputaquens.dec.117.par.2.Caroc.in tract.deposi-ti, p.1.tit.si vni ex hæredibus, nu.3.Bal.in l.si procuratorem, in prin. ff.de proc. [Bart. in extrauag. ad reprimendum col. 2. vers. sine figura iudicij. Crau. conf.104. in principio. Rol.conf.71. n.6. lib.1. Brun. à Sole in proposit. in verbo personæ quælibet.] Boer. dec.281. num.11. Asin.in pract.§.28.c.1. qui tres vltimi loquuntur, quando quis ageret vti procurator, & dicunt, quod ante omnia debet ostēdere mandatum, & in tantum hoc

87 (marginal)

88 est verum, † vt in omnibus negotijs, & materiis, prima quæstio debeat esse de personis agentium, & ea quæ respiciunt personam agentium ante omnia sunt discutienda, l. si quæramus, & ibi Bar. & DD. ff. de testam. l. quidam referunt, ff. de iure codicillor. l. si q̃s ne quæstio & ibi Hyppolit. Marsil.num.44. ff. de quæstio. l.licet, C.de procurat. l.liber, C. de pet.hæred. l.non ignorat, C.de his qui accusare poss. vel non, capitulo in primis, 2. q. 1. Sebast. Vant. in tractat. de nullit. sub Rubrica ex defectu inhabilit. siue mandat.comparentium.& in Rubrica quibus modis sent. nullæ rep.num.3. [Dec.conf.471. num.2. Schrader de feudis p.10.sect.18.n.160.Soc. reg. 265. in verb. Iudex petitus in 4. fallent. Frider.Pruckman conf.24.nu.73.Mand.Alba.conf.404. nu.5. Brun. à Sole in proposit. in verbo persona quælibet Ant.de Virgil.d. tract.in prælud. nu.6. Roland. conf.71. n.6. lib.1.] Barbat. in Rubrica C. qui admitti, nu.1. Asin. in pract. §.27. c.1. Roland.conf. 46. nu.1. & conf.71. num.4. lib.2.Crauetta conf.104.num.1.Osasc.dec.1.num.35. Petr. Gerard.sing.23.num.3. quia † persona agen-

89 tis est principale fundamentum, radix & causa efficiens cuiuslibet actus, secundum Hieronym. Butticell. in repetitio. l.primæ, §.si quis ita, num. 48. & 49. ff. de verborum obligat. [Neuiz.conf.16.num.1.& conf.18.num.4. Ant.de Virgil.in dicto tract.de legitim. personæ in prælud. nu.6. Scac. de iudicijs c. 62. num.24.lib.1.] & † defectus personæ siue

90 personam respiciens, tanquam respiciens defectus

fectus causæ & principij, censetur esse maximus, Butticell. d. nu. 49. & † reputatus maior quolibet alio defectu iuris, iustitiæ, siue qualitatis. Dec. cons. 275. num. 3. Vant. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu inhabilit. siue defectus comparentium, & in tantum est considerabilis defectus personæ agentis, ita † vt in dubio nunquã censeatur sublatus, tã per rescriptum, quã per quemcũque aliũ actũ siue dispositionem. Spec. in tit. de leg. §. nũc videndum, num. 18. Abb. in c. inter dilectos, nu. 8. de fide instrumen. Fel. in cap. 2. num. 42 de rescript. Franc. Aret. cons. 8. num. 4. Dec. in cap. 2. num. 7. de confirmat. vtili vel inutili, Bero. in c. 2. num. 27. eodem tit. de confirm. vtil. vel inutil. Butticel. in d. §. si quis ita, num. 49. Ias. in l. tutor, nu. 2. ff. de iureiur. Crauett. cons. 104. num. 2. Roland. cons. 71. nu. 5. lib. 2. † quod ampliatur etiam si rescriptum contineret clausulam: Supplentes omnem defectum, etiam de plenitudine potestatis. Spec. in d. versic. 18. Abb. d. nu. 8. Aret. eod. num. 4 Roman. Singul. 424. Dec. eodem num. 7. Hieron. Butticel. in dicta repetit. l. primę, §. si q s ita, num. 49. ff. de verbor. oblig. [Lapus allegat. 7. num. 9. Stafileus in tract. de literis gratiæ tit. clausula motu proprio fol. 160. n. 2. Gabriel. in tit. de clausul. concl. 1. nu. 46. & concl. 2. nu. 42. Ruin. cons. 175. nu. 20. lib. 1. Felin. in c. causam quæ lo 2. num. 7. de testibus, & supplet in iuribus positiuis secus in alijs prouenientibus a natura Mart. in tract. clausul. clausula 73. nu. 13.] Crauet. d. cõs. 104. num. 2.

91

92

93

94 Secundò † ampliatur, etiam si in rescripto adesset clausula, ex certa scientia, Abbas, Fel. Aret. & Bero. in locis paulò ante citatis, Io. Andr. Domin. & Philip. Franc. in c. si motu proprio, de præbend. in 6. [quod dicta clausula ex certa scientia operatur in his, quę sunt facti, & non in ea, quæ sunt facti, quæ Princeps præsumitur ignorare, Rol. à Vall. cons. 7. nu. 107. lib. 3. Ann. allegat. 69. nu. 39. & 40. lib. 1. Soc. iun. cons. 77. num. 126. lib. 1. Fab. de Anna cons. 44. n. 70. Gabriel. in d. tit. de clauf. cõc. 1. n. 50. Barbat. cõs. 24. n. 14. lib. 2. Tusch. in lit. C. concl. 341. num. 5. & 6. nec supplet defectus substantiales Gabriel dicta conclus. n. 43. Marta dicta clausul. 73. nu. 11. Curt. iu. cõs. 170. n. 32. Molin. de primogenijs Hispan. lib. 2. c. 7. nu. 15.] Paris. cons. 1. nu. 78. lib. 1. & consil. 74. n. 37. & cons. 140. nu. 8. lib. 4. Quæ omnia † dicta de legitimatione personæ requisita in iudicijs, habent locũ in quocunq; iudicio tam ciuili, quam criminali, tàm ordinario quam extraordinario, & tam possessorio, quã petitorio, c. 1. & ibi Cardin. Zabar. Abb. Fel. Bero. & ceteri Scribentès, de accusat. l. licet, C. de procurat. l. non ignorat, l. pen. & l. fi. C. de his qui accusa. pos. vel non l. quoniam Alexandrum, C. ad legẽ Iuliam de adulter. c. exhibita, de iudic. c. illud, dist. 23. c. si qui sunt, & c. quærendum, 2. q. 7. glo. in l. secunda, & ibi Bart. Bald. Fulg. Salic. Alex. & Ias. num. 4. & seq. C. de edicto Diui Adria. tollen. Barbat. in repet. Rubr. C. qui admitti, num. 1. & 2. & ibi Decius, num. 30. & seq. & Iac. de Negris, n. 9. & 10. Barto. in constit. ad reprimend. in verbo, & figura, Bald. in l. ne quicquam, §. vbi decretum, q. vlt. ff. de offi. Procons. & in l. 3. ff. ad exhiben. & in l. fi. vbi etiam Dec. num. 47. C. de edicto Diui Adria. tollen. Alex. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus, num. 3. ff. de re iudic. & cons. 59. num. 2. lib. 2. Dec. in c. prudentiam, §. sexta, num. 3. de offi. de leg. Butticel. d. num. 49. Crauetta d. consil. 104. num. 1. Fel. in c. inter monasterium, num. 4. de sent. & re iudic. Marsil. in l. si quis ne quæstio, num. 4. 5. & 13. ff. de quæsti. Bero. in c. 1. num. 8. de accusat. Asin. in pract. §. 28. c. 1. Vant. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu mandati comparen. nu. 3. & ti. quibus modis sent. nullæ repar. num. 3 & 4. Pet. Gerard. dicto sing. 23. Roland. cons. 46. num. 1. & 2. lib. 2. [Brun. à Sole in propositio. in verbo persona quolibet actu. Grãmat. cõs. 150. n. 35. Scac. de iudit. c. 62. quæst. 11. nu. 24. lib. 1. satis bene. Ant. de Virgil. in tract. de legitim. personæ in prælud. num. 1. & quando sit opponenda dixit Ioan. Bapt. Magon. de recta patrocinandi ratio. cap. 17. nume. 25.] & hoc † non solum in iudicijs plenarijs, verum etiam & in summarijs, namque & in illis ante omnia personæ sunt legitimandæ plenè & sufficienter, Bar. in d. l. 2. & ibi Salic. Fulg. Alexand. & Ias. nu. 4. & Paris. in addit. ad Bart. C. de edicto Diui Adria. tollen. Bald. in l. 3. §. ibidem, ff. ad exhibend. & in l. fin. quæstio. 5. & ibi Dec. num. 47. C. de edicto Diui Adria. tollen. Alex. in l. à Di-

95

96

à Diuo Pio, §. si super rebus, n. 3. ff. de re iudi. & cons. 59. num. 2. & ibi addentes, lib. 2. Dec. in c. prudentiam, §. sexto, nu. 3. de offi. deleg. Butticell. in reper. l. 1. §. si quis ita, num. 49. ff. de verbor. oblig. Fel. c. primo, nu. 7. & ibi Bero. num. 6. & 7. de accusatio. Barbatius in Rubr. C. qui admitti, nu. 1. & 2. & ibidem Dec. nu. 30. & 31. & Iac. de Nigris, num. 9. & 10. Pet. Greg. Vantius, Crauet. Asin. & Roland. locis suprà citatis. Hercul. in tract. de negatiua, num. 86. Neuiz. cons. 18. num. 3. & 4. Menoch. in tracta. de adipisc. possessio. remed. 15 num. 273. & remed. 4. à num. 441. vsq; ad nu. 447. Roland. cons. 71. n. 6. lib. 2. Ias. in l. illa, num. 15. ff. de verborum oblig. Lancellot. in tracta. de attent. p. 3. cap. 25. num. 39. Osasc. dec. 1. num. 35. Personal. in tract. de adipisc.

97 possess. num. 64. & etiam si in causa procedatur simpliciter & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, & figura, num. 7. Bald. in l. nec quicquam, §. de plano, in vlt. q. ff. de offic. pro

98 cons. [Moscatell. in d. glos. nu. 2.] & † etiam in iudicijs exequutiuis, Bald. in d. quæst. fin. Alex. cons. 59. in prin. lib. 2. Marsil. in l. si quis ne quæstio, nu. 6. ff. de quæstio. Ias. in l. tutor, num. 2. ff. de iureiur. & in l. illa, num. 15. ff. de verborum obligat. Lancellot. d. c. 25. nu. 40.

99 & etiam confessus coram iudice, cui nullum remanet remedium nisi soluat, potest opponere istiusmodi exceptionem. Bald. in additio. ad Speculatorem, in tit. de confess. & in l. fin. colum. secunda, vers. quæro modo iudex, C. de fideicommiss. liber. Fel. in c. qualiter & quando, il secondo, §. licet autem, num. 9. & 11. de accus. Marsil. in l. si quis ne quæst, nu. 7 ff. de quæstion. & sing. 201. num. 3. [quòd talis legitimatio est adeò necessaria quod si mitteretur processus redderetur nullus etiam si legitimatio personæ non fuisset petita. ita Scacc. d. c. 19. num. 2. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Statutum reijciens omnes exceptiones, non censetur reijcere notorias & manifestas, nam exceptio notoria, & manifesta non censetur reiecta à statuto, reijciente omnes exceptiones: quod limitatur, vt nu. 2. & 5.*

3 *Notorium non subiacet regulis iuris communis.*

4 *Exceptio notoria an admittatur, aduersus exequutionem census iuxta formam Bullæ.*

6 *Exceptio quæ habet tergiuersationem, non dicitur notoria.*

7 *Notorium quid sit.*

8 *Notorium quotuplex sit.*

9 *Notorium non indiget probatione sed allegatione 12. & 13.*

10 *Notorium potest alligari in allegationibus iuris, & ista allegatio potest fieri in calculo ferendæ sententiæ, nu. 11.*

12 *Notorium ex quibus inducatur.*

14 *Exceptio dicitur notoria, si de ea constet per publicum instrumentum.*

EXCEPTIO QVINTA.

Notoria & manifesta.

1 Qvinta † exceptio, quæ non censetur reiecta a Statuto, reijciente omnes exceptiones, est exceptio notoria & manifesta. Abb. cons. 44. in 2. dubio, lib. 1. Dec. in c. ex parte, il 2. num. 45. de offi. deleg. vbi Fely. n. 7. idē Dec. cons. 49. nu. 2. Curt. sen. cons. 59. n. 10. Bero. in c. cum quis, nu. 29. de restit. spol. Ruin. cōs. 131. n. 13. lib. 4. & cons. 49. nu. 7. lib. 5. Plot. in l. si quando, §. 5. nu. 39. C. vnde vi, Rimin. sen. cons. 355. num. 8. Milanens. dec. 8. nu. 25. & 33. lib. 2. Marsil. in pract. §. vlt. quæst. nu. 4. Natta cons. 563. n. 35. Contard. in l. diffamari, in limit. nu. 25. Gozad. cons. 103. n. 9. Foller. in pract. censuali, in verbo, quæ quidem exequutio, nu. 4. & 5. Cumia c. 16. nu. 55. & 56. Bertran. cons. 127. nu. 57. lib. 3. Rom. cōs. 42. nu. 2. Menoc. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsump. 48. nu. 2. Burg. in tract. de Laudem. par. 3. inspect. 40. nu. 54. Fran. Mar. dec. 208. num. 2. Steph. de Frideric. in tract. de interpr. iur. nu. 15. Raudens. cons. 16. num. 22. & seq. lib. 1. Carpan. super Statut. Mediol. lib. 1. c. 116. n. 197. [Ludou. Sacca. cons. 43. n. 21. & seq. Caluol. in praxi §. exceptiones contra libellum concl. 1. nu. 67. Rimin. iun. cons. 747 nu. 7. Marin. Freccia de præsent. instrument. p. 7. q. 1. nu. 6. Roland. Cauagnol. in decret. Montisferrat. decr. 11. §. 5. nu. 14. p. 1. Petrol. in cap. ritus 135. lit. D.] qui omnes supra

2 notati alios allegant. Sed istud † intelligas si

ista

23 Quartò limita † in professione facta in aliquo monasterio, quia ipsa reuocatur, & habetur pro nulla. idque ex solo metu reuerentiali. Marsil. sing. 347. & in l. 1. n. 43. C. de raptu virgin. Rebuff. cons. 59. nu. 18. [Concil. Trid. sess. 25. c. 19. de regular. Io. Frāc. Leon. in thesaur. fori ecclesiast. c. 26. n. 42. Hieron. Ferdin. de Otero quæst. iuris. p. 1. q. 18. n. 9. & quæst. 22. n. 1. sic etiam matrimonium carnale metu contractum nō valet Graffius dec. 5. p. 2. lib. 2. n. 14.] vbi dicit quod isto casu profitens potest deserere monasterium; & 24 adducunt rationem, quia † Deus nō vult coacta, sed voluntaria seruitia, c. præsens, 20. q. 3. Tapp. in repet. Auth. ingressi, in verbo, ingressi, nu. 1. & 5. vbi dicit, quod est ipso iure nulla. & dicam latiùs in meo tractatu de effectibus, tit. de effectibus metus, & † quicunque 25 isto casu intulerit metum, vel inferenti præstiterit cōsilium, auxilium, vel fauorem, aut scienter præsentiam, consensum, aut auctoritatem interposuerit, est excommunicationis pœna puniendus, per Concil. Trid. vt habetur sess. 25. tit. de moniali. & regular. cap. 18. & c. 1. de his quę vi metusve causa fiunt, Canon. puellæ, Canone, sicut Canon, illud 20. q. 1. Can. 1. 2. 3. & 4. 20. q. 3. c. tertio de regular. in 6.

26 Quintò limita † quando peteretur contractus metu reuerentiali solo celebratus rescindi officio iudicis, & non actione quod metus causa, quia tunc sufficit solus metus reuerētialis, & operatur eundem effectum quē operaretur metus qui caderet in constantem virum, est gl. in l. interpositas, C. de transact. vbi Bart. n. 5. & 6. & Bal. n. 7. Cesal. cons. 295. n. 12. in fine, & n. 13. lib. 2. [Surd. cons. 480. nu. 9. & quādo adest expressus consensus an rescindatur Petr. Barbos. in l. 2. §. fi. ff. solut. matrim. nu. 7. Cuman. cons. 68. nu. 1.] idem Bar. in l. 1. §. quæ onerandæ, nu. 4. ff. quar. rer. actio non detur, vbi Alex. in addit. in lit. D. & in d. l. interpositas, n. 5. [& solus metus reuerentialis non sufficit ad rescindendum cōtractum Mascar. cōcl. 1051. n. 16. & 22. Plot. de in litem iurand. §. 3. n. 14. qui testatur de com. Cagnol. in l. in omnibus, n. 8. ff. de reg. iur. Alciat. in c. cum cōtingant n. 1. de iureiur. Soc. iun. cōs. 77. nu. 154. lib. 1. Berous quæst. 100. n. 11. Menoc. cōs. 308. n. 21.] Affl. dec. 67. nu. 4. Menoc. cons. 181. n. 88. lib. 2. Honded. d. cons. 29. nu. 31. vbi dicit, hanc opinionem esse verissimam, * & quod licet aliqui 27 dicant quod requirantur † minę, verbera, vel lęsio, vel quid simile, ea solum tēdunt ad inducēdum vel excludēdum præsumptionem metus, & nō sunt necessaria, quādo verè constat

de metu. [quod in eo minæ prouenientes à persona cui debetur reuerentia sufficiunt ad præsumendum metum, Seraph. dec. Rot. Roman. 771. n. 9. quod iustus dicitur metus quādo oritur à salis minis. Flam. de Rubeis cōs. 59. n. 47. lib. 2. & debent verbera, & minę in specie cōstare, Mastril. dec. 140. n. 15. & 17.]

28 Sexto & vltimo limita, quatenus respicit vtilitatem metus inferentis, quia etiam tunc sufficit metus reuerentialis ad irritandum cōtractum contra eum. Rom. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solu. matrim. Barbat. in c. causam matrimonij, de offi. deleg. Suarez alleg. 24. Sarmien. lib. 2. Select. c. 11. n. 10. [Sesse dec. 60. n. 11. cum seq. maximè si adsunt minæ Cęuall. com. contra comm. q. 825 n. 21. Soc. iun. cons. 37. n. 31. lib. 2.]

29 Quæro nunc in quibus † personis detur & præsumatur metus reuerentialis? respondeo, quod in multis, & primò datur & præsumitur in filijs erga patrem, gl. Bart. n. 5. & alij in d. §. quæ onerandę. Honded. præd. n. 31. Tiraq. in tract. de legib. connub. gl. 5. nu. 36. Cumia super Ritu istius Regni cap. 40. num. 24 [Farin. dec. 260. n. 9. & 10. lib. 2. cons. crim. Nicol. de Milis in suo repertorio in verb. metum iustum inducit.]

30 Quod † limita, quando filia fuisset nupta, & habitasset in domo mariti: quia in ea non præsumitur metus reuerentialis, Crauett. cons. 114. n. 4. & 7. lib. 1. [Prosper à Petr. in addit. ad dec. Grammat. dec. 103. n. 56. Mantua cons. 11. nu. 12. Eugen. cons. 3. n. 72. Camill. Medici cons. 25. n. 8. in patre sic, sed non in alia persona Bim. cons. 261. num. 36. Surd. cons. 513. nu. 27.] Soc. iun. cons. 67. n. 41. lib. 2.

31 quod † procedit etiam in filio masculo habitanti extra domū paternam, ita Menoc. cons. 496. nu. 90. lib. 5. vbi allegat Intrigl. in tract. de casibus conscientiæ casu 41. n. 35. & 36. Crauet. loco cit.

32 Secundo præsumitur † metus reuerentialis in muliere erga suum virum. glos. Bart. nu. 4. & cæteri omnes, in d. §. quæ onerādæ. Tiraq. d. n. 36. Mandell. cons. 77. nu. 5. lib. 1. [Baldass. Mongoll. de metu cap. 3. n. 7. & ratio esse potest, quia facilius terretur ille, qui tenetur reuerire alteri idem cap. 2. §. 5. n. 14. Intrigl. cons. 6. n. 93. Mandel. cons. 4. n. 36.] Cumia d. n. 24. Intrigl. casu prædicto, nu. 33.

33 Tertiò loco † præsumitur metus reuerentialis in fratre vel sorore minore erga fratrem maiorem. Aret. cons. 24. n. 6. Ias. in d. l. interpositas, n. 4 C. de transact. Tiraq. d. n. 36. Ruin. cons. 98. nu. 24. & cons. 170. nu. 16. & 17. vol. 1. & cōs. 60. nn. 19. vol. 3. & cons. 140. num. 10. vol. 4. [Sanches de matrim. lib. 4. disputat. 6. q. 4. n. 24. Paschal. de vir. patriæ potest. c. 2. n. 37. p. 2. Surd. cons. 480. n. 11. Lancellott. Gallia cons. 34. n. 25. Soc. sen. cons. 263. nu. 2. lib. 2. Anna sing. 339. & ibi Addentes.] Crauett. cons. 49. n. 2. vol. 1. & cons. 976. nu. 16. lib. 5. Siccard. cons. 10. n. 31. sub ti. de cons. matri. Intrigl. in tract. de casibus conscientiæ cent. 1. casu 41. nu. 31. & 32. vbi multos alios allegat. Guliel. de Bened. in repet. c. Rainut. in verbo, duas habens, nu. 256. de test. Pancir. cons. 1. n. 77. Dec. cons. 30. n. 12. li. 4. vbi multos alios allegat, & testatur de cōm.* opi. Anna sing. 339. Soc. sen. cons. 263. n. 5. lib. 2. Capic. dec. 159. nu. 32. Rebuf. cons. 68. num. 28. Matth. Brun. cons. 37. n. 4.

34 Quarto † loco consideratur metus reuerentialis in filjs erga matrem, Curt. iun. cons. 141. num. 11. Crauetta cons. 976. nu. 16. lib. 5. Anna sing. 340. Mandell. cons. 11. n. 8. lib. 1. Intrigl. casu præd. nu. 37.

35 Quintò præsumitur † metus reuerentialis in nepote erga suum patruum. [Mandell. Alb. cōs. 100. n. 4. & cōs. 198. nu. 31. Soc. iun. cōs. 77. n. 154. lib. 1. Rimin. iun. cōs. 5. nu. 31.] Ruin. cōs. 49. nu. 2. lib. 1. Anna d. sing. 140. Tiraq. in tract. de leg. connub. glo. 5. nu. 36. Crauet. cōs. 976. n. 16. lib. 5. Suard. in cōs. matrim. cons. 10. n. 31. D. Intrigl. casu prædicto, nu. 38.

36 Sextò præsumitur † metus reuerentialis in nuru erga socerum, Crauetta cōsil. 282. vol. 1. Fab. de Anna, in addit. ad sing. sui patris, 340. Intrigl. d. casu 41. nu. 39.

37 Septimò † datur, & consideratur metus reuerentialis in subdito erga suum superiorem, glo. Bart. num. 5. & alij in d. l. 1. §. quæ onerādę, ff. quarum rerum actio. nō dat. Mādell. cōs. 186 nu. 8. lib. 1. Alex. cōs. 175. n. 14. lib. 2. [idem Mandell. cōs. 149. n. 9. Burs. cōs. 355. n. 35. Mascard. de probat. concl. 1117. nu. 10.] Crauett. cōs. 889. nu. 3. lib. 5. Bertrdā. cōs. 1. num. 12. lib. Guid. Papa, cōs. 1. nu. 12. [& an præsumitur sola dignitate, & officio à Pōte cōs. 17. n. 74. lib. 2. Flam. de Rubeis cōs. 79. nu. 33 lib. 2. Immo iussus iudicis potest allegari cōtra exequutionem, & metum passus liberabitur,

tur, Baldas. Mōgollon de metu c.2.§.6.n.18.] 38 Octauò consideratur † metus reuerentialis clerici erga suum Episcopum. Fulgos.consil. 191. col.2. Crauett.cons.349.nu.22.lib.3. & cons. 976.n.16.lib.5. Bart. in d.§. quæ onerandæ,n.4. Cumia & Mandell.locis superius allegatis, Honded.d.cons.29.n.31.lib.1. Intrigl.in tract.de casib. conscient. cent.1. casu 39 41.num.30. Nonò præsumitur † metus reuerentialis in liberto erga patronum. Mandel. d.cons.77.nu.5. Intrigl. casu 39. præd. num. 40 34. Decimò consideratur † metus reuerentialis in monacho erga suum Abbatem. Crauett. d.nu.22. [quod sola reuerentia paterna inducit iustum metum Paris. cons.65. nu. 41 21.lib.4.] Et nota quod metus † nunquam præsumitur, sed qui eum allegat, tenetur illū probare. Bal. in d.l.interpositas,n.2. vbi omnes Scribentes, C.de transact. Port.cons.191 nu.8. Plot.in repet. l.si quando, §.3.n.13. C. vnde vi. Mascard. in tract. de probat.concl. 1051. & concl.1052. per totas, vbi latissimè examinat materiam istam, Marcell. Cala in tract.de modo articulan.& probandi, glos.2 n.1057.& seq. Cumia super ritu cap.40. nu. 21. Honded.d.cons.29.n.9. vbi multos alios allegat Intrigl.cons.6.nu.91. lib.1. [Surd. cons.513.n.9. Farin.dec.198. n.8. in fi.lib.2. 42 consil. crimin.] & debet probari, † quod metus interuenit in illo actu, de cuius rescissione tractatur, Bart.n.9. Bal. Iacob.& Salic. in d.l.interpositas, C.de transact. Innoc.in c. accedens, de conuer.coniug. Anna, sing.341 D. Intrigl.d.cons.6.n.104. Mari. Anguiss.cōs. 148.n.7. [Prosp.a Petr. in Addit.ad Grām. dec.103.n.66. Sesse dec.60. n.19. Iulius Cæsar Gallup.in praxi p.2.c.12.n.37. Et præcedens præsumitur durare in actu paulo post metum celebrato, Morot.cons.28.n.14.& habent locum in alios actus similes Ioseph. Sesse dec. Aragon. 60. nu.19.] Ex quo metus 43 adhibitus † ad vnum effectum, non viciat aliū actum per partem dispositum, & celebratum Innoc.in c.cum locum, & sponsalib. vbi Io. Andr.& Ant.de Butr. DD.in l.qui carcerem ff.quod metus causa Loffred.cons.48.nu.17. Afflict.dec.246. in fine, Menoch.cons.2.nu. 235.lib.1. [Intrigl.cons.6.n.104. & est specifice probandum Burlar.cons.72.num.16.] 44 & † metus, qui dat causam immediatā actui, vitiat actum, & non alius. Anguiss. d.consil. 45 148. num.28. Item debet † probari qualitas, & species metus, ad hoc vt prosit probanti. Bart.nu.9. Bald.Salic. & alij, in d.l.interpositas, C.de transact. Ias.cons.72.nu.1. vol.1. Mascard.in tract. de probat.concl.1051. nu. 12. Medices in tract.de casib. fortuit.in 1.p. q.7.num.5.in 5.not.& nu.10.in 9.not. [Rebuff.in tit.de rescis.contractus art.vnico glo. 22.n.4.cum seq.to.2. Intrig.d.cons.6.n.99.] Raudens.consil.10.nu.248.lib.1. vbi alios al-46 legat. Et † quod vtilitas, & commodum peruenit ad inferentem metum, ad hoc vt probanti prosit. Dec.cons.42.n.6. Soc.iun.cons. 37.nu.31.lib.2. Mars.77. n.8.& seq. Mascar. concl.præd.n.13. Crauet.cons.461.nu.3.lib. 3. Cepol.cons.2.nu.10.lib.1.in ciuil. Bart.in l.si cū exceptione, §.in hac, ff.quod met. causa. Aret. in § quadrupli, Instit.de act. [Surd. cons.513.n.17.] Rimin.iun.cons.5.nu.35. 47 & 36.lib.1. vbi dicit, † quod hoc fallit, quando contractus cessit in vtilitatem priuatā tertij, quia tunc contractus non potest haberi ratus, etiam quod non cesserit in vtilitatem 48 metus inferentis. Modi † autem, quibus probatur metus, sunt varii, qui videri possunt apud Grat.cons.20.n.3.& cons.43.n.8.vol.2. Minado. cons.28.n.3.& seq. Menoc.in tract. de arbit. iudi. casu 136. nu.1. & 2. vbi dicit, quod hoc relinquitur iudicis arbitrio. Mascard.conclusionibus prędictis per totas. Cumia super ritu c.40. nu.22. & 23. Plot. in repet.l.si quando, §.3.n.12. C.vnde vi. Neuiz. cons.64.nu.27. Honded.cons.29. num 21.& seq. lib. 1. [metus probatus in genere sufficit in actu meticuloso, Io. Franc. à Ponte cons.11.num.27.lib.2.] Intrigl.cons.6.nu. 89.& 90. Alba cons.77.nu.24. Bolognett.in l.stipulatio,n.105.ff.de verb.oblig. vbi dicit, quod probatur testibus singularibus. [Baldass. Mongoll.de metu cap.10. §.3.n.12.& p quem tenetur eum probari per eundem in d. c.10.§.1. est difficilis probationis, Farin.dec. 42.n.1.in fi. lib.1.cons.crimin.& in dec.242 lib.2. Intrigl. cons.6.nu.88.89..90. cum alijs sequent. Benincasa in tracta.de paupertat.q. 8.inspect.8.n.7.10.& 11. Surd.cons.395. nu. 26. Grām at.dec.5.nu.15. Farinat.decis.242. 49 nu.33. in fi. lib.2. consil. crimin.] Et † metum probasse dicitur, qui probat iustam cau-

sa metuendi. Natta cons. 627. num. 7. lib. 3. [Surd. cons. 513. n. 32. Mongoll. d. §. 3. num. 12. & n. 8. Bim. cons. 137. n. 59.] & potest 50 † probari præsumptionibus, indicijs, & coniecturis. Alex. cons. 98. nu. 5. lib. 3. Barba. consil. 54. circa medium, lib. 1. Paris. cons. 60. nu. 22. & cons. 52. n. 53. & seq. lib. 4. Pet. de Barbon. cons. 24. n. 7. inter cons. crim. diuers. Mõter. dec. Arag. 45. nu. 15. Cin. in l. carcerem, C. quod metus causa. Bart. in l. si ob turpem, ff. de condict. ex causa. Socin. iun. cons. 97. n. 33. vol. 3. Plot. d. §. 3. num. 13. Osasc. dec. 79. n. 1. [Valenz. cons. 29. n. 40. & 41. Io. Franc. à Ponte cons. 17. n. 72. li. 2. etiam ex solo aspẽctu terribili probatur Molfes. cons. 4. nu. 13. secus quãdo præsumitur illatum in loco vbi adsunt tribunalia suprema, quia tunc requiritur plena probatio Seraph. dec. Rot. Rom. 336. n. 4. Menoc. cons. 1227. n. 12. 13. & 14. Bim. cons. 221. n. 14. & 15. Flamin. de Rubeis cons. 59. n. 7. lib. 2. Cęuall. com. contra com. q. 825. n. 50. Farin. dec. 260. n. 1. in fin. lib. 1. consilior. crimin. & 254. n. 2. Osasc. dec. Pedemont. 179. nu. 1. etiam per testes inhabiles, Honded. cons. 29. n. 24. lib. 1. Anna allegat. 114. nu. 1. etiam ex blanditijs factis per eum cui reuerentia debetur, Marsil. sing. 645.] Surd. dec. 194. n. 23. vbi multos alios cumulat. Repertor. Inquisit. in verbo, metus. Menoc. in tract. de præsum. lib. 3. præsump. 126. & 127. per totas, vbi ponit varias præsumptiones, 51 quibus probatur metus. Et magis creditur duobus testibus asserentibus metũ fuisse illatum, quàm mille deponentibus de libera voluntate contrahentis. Dec. in c. fin. de appell. Paris. cons. 138. num. 8. lib. 4. Couarru. in Epitome de sponsal. p. 2. c. 3. §. 5. nu. 10. Suarez in suis commi. opin. in lit. M. num. 157. Barbat. cons. 54. vol. 1. Siccard. cons. 10. nu. 40. in tit. de matrim. Eucard. cons. 19. nu. 13. Anna d. sing. 341. circa medium. Marant. qui alios allegat, cons. 39. num. 34. Abb. in c. 1. num. 10. de ijs, quæ vi met. cau. fiunt, vbi ponit rationem istius conclusionis. Alb. de Rosat. in Rubr. ff. quod metus causa. Cepol. cõs. crim. 56. nu. 15. vbi dicit, quod probato metu, est impossibile probare contrarium. Boer. dec. 100. nu. 3. Mandell. d. cons. 77. num. 12. Roma. in Rubr. ff. de arbit. nu. 22. [Flam. de Rubeis cons. 59. n. 9. & cons. 67. & nu. 28 lib. 2. & an dicitur probatus metus concludenter per testes suspectos Farinat. dec. 40. nu. 1. in fi. lib. 1. consiliorum criminal. & quomodo testes in metu deponere debent. ponit Farinat. dec. 260. n. 19. in fin. cons. crimin. lib. 2. Ioseph. Sesse dec. 60. n. 15. Marsil. sing. 528.] Alciat. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 7. nu. 4. Loffred. cons. 17. n. 14. Rebuf. consil. 116. num. 8. Alex. cons. 156. n. 3. lib. 5. Corset. sing. 378. in princ. Gabriel in suis conclusionibus, tit. de testib. concl. 4. n. 15. vbi testatur de magis communi opinione. Menoc. in trac. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 126. nu. 31. qui solum addit, quod hoc procedit, quando extant coniecturę illati metus. Honded. d. cons. 52 29. num. 59. lib. 1. Sed † si esset vnicus testis, qui deponeret de metu, tunc considera dicta per Menoch. & Hond. in locis præcitatis, & per Ias. in l. interpositas, nu. 5. C. de transact. 53 ad quos me remitto, sicut † magis creditur testibus deponentibus de metu, quam notario asserenti de libera voluntate contrahentis. Bald. in l. obseruari, §. proficisci, in 13. q. ff. de offic. procons. Anna alleg. 114. n. 5. lib. 2 54 Et ideo † clausula illa posita à notarijs in instrumentis (non vi, non dolo, sed sponte) nihil operatur & per eam non creditur, ꝙ actus fuerit sponte factus, sed facit quandam iuris præsumptionẽ, quod fuerit spontaneus. Frãc. Aret. cons. 14. n. 16. Soc. sen. cons. 262. lib. 2. Curt. sen. cons. 56. n. 26. Bal. in l. mater, nu. 5. C. de rei vendic. & ibi Oddo in lit. C. Vulpel. in tract. de dict. in verbo, sponte. Maranta disput. 10. nu. 10. & cons. 39. num. 34. cum talis clausula præsumatur posita ex stylo, & cõsuetudine notariorum: ideo parum operatur, Bart. in l. 1. nu. 21. ff. de iure Codicill. Collegium Bonon. in quarto responso, in causa Pinali. Soc. iun. cons. 116. n. 21. lib. 2. Maluasi. cons. 65. nu. 35. Honded. cons. 23. n. 43. lib. 1. [quod dicta clausula dicitur posita de voluntate partium, Mart. in tracta. de clausul. p. 1. claus. 313. n. 2. Farin. de carceribus, & carcerat. quæst. 35. n. 14. Fulgos. cons. 58. nu. 8.] 55 † & dicta clausula operatur in dubio, quando non constat de metu, secus si de eo cõstat. [sicut etiam dicitur quod mulier propter fragilitatem decipitur in fideiubendo per alio eadem etiam imbecillitate reducitur ad renuntiandum Thesaur. dec. 222. n. 2.] Honded.

56 ded.d.n.43.quia † eodem metu, quo quis inducitur ad contrahendum, eodem metu inducitur ad sic affirmandum. Io.de Imola, in cap.sollicitè, circa finem, de restit.spol. Ang. cons.215.in fine, Franc. Aret.d.cons.14.nu. 16.Crauet.cons.461.num.32.lib.3.Soc.iun. cons.77.n.49.lib.1.& cons.62.n.4.lib.2.Hōded.d.cons.23.n.43.cons.29.num.50.& 51. 57 lib.1.vbi dicit, quod † si contractus est metu celebratus, ita clausulæ omnes in illo instrumento adhibitæ, præsumuntur metu adhibitæ. Menoch.de præsumpt.lib.3.præsump. 126.n.30.Fulgos.cons.176.Seraph.de priuileg.iuramenti, priuileg.110.num.6.Crauet. cons.461.nu.32.lib.3. [Gozadin.cons.28. nu. 23. Crauett.cons.299.nu.3.] Immò ex 58 prędicta clausula, & similibus verbis tempore metus prolatis, nedum non tollitur, sed magis augetur præsumptio ipsius metus. Bal.in tract.de Scismate, nu.117.qui tract. est positus post rubr. C. si quis aliq. testari prohib. Alex.cons.156.n.4.vol.5. Soc. iun. cons.77. nu.48.& 50.lib.1.Repert.Inquisit. in verbo, metus, vers.metus non purgatur. sic etiam di 59 cimus in simili, quod per illa † verba, Non p simulationem, neque per fraudem, sed verè, &c. magis præsumitur simulatio, & fraus cōtrahentis.Bal.in l.3.num.1.C.plus valere qđ agitur. Barbat.cons.51.col.3.lib.1. Cepol.in tract. de simulatione contract. in nona præsumpt. nu.48. cum alijs allegatis per Becci. cons.52.nu.38.lib.1. [maxime quando pacta sunt insolita, Berous cons.165.n.10.lib.1. Soc.sen.cons.143.num.17.lib.1. Natt.cons. 34.nu.27. Soc.iun.cons.77.nu.47.lib.1.Neuiz.cons.8.n.63. Viu.dec.182.n.4. Menoch. de præsumptionib.præsumpt.3.n.103.lib.5. & cons.1.n.338.] Ioseph. Ludou.concl.51. vers.124. Bernard. Henric. in Summa magis comm.opin.concl.478.& in tract.cui sit magis credendum.c.52.

60 Quæro iterum, an † metus rescindat contractum ipso iure, an verò ope exceptionis? Et respondeo, quod nō ipso iuro, quo valet, & tenet contractus, sed ope exceptionis, l.mulier, §.si dos, vbi hoc notant omnes Scribentes, ff.quod metus causa. Salic.in l.interpositas, nu.4.vbi alij omnes C.de transact.c. Abbas, de ijs, quæ vi metus ve causa fiunt, l.metum, §.sed & quod prætor, ff.quod metus causa.Bursat.cons.72.n.21.lib.1. vbi testatur de communi * opinione.Grat.cons.87.nu.2.lib. 1. & cons.38.n.7.lib.2. [Pet. Barbos.in 3. par.Rubric. ff.solut.matrim. nu.29.] Honded. cons.23.n.4.& 45.lib.1. vbi dicit, quod hæc conclusio pluribus modis limitatur. Vital. in tract.clausul.in verbo, non vi, &c. qui hanc conclusionem limitat nouem modis. Surd. cons.37.nu.19.& 20.lib.1. Seraph.de priuil.iuramenti, priuileg.100. qui duo vltimi etiam adducunt varias limitationes, quarum limitationum principalior est, quod † ip- 61 so iure rescindit matrimonium, & alios actus spirituales, c.cum locum, vbi glo.& Abb.nu. 2.& cæteri omnes, de sponsal. Alex.cons.156 nu.3.vol.5. Corn.consil.41. lib.2. Grat.cōs. 38.num.8.lib.2. Rimin.iunior cons.115.n.8 vol.2. vbi dicit hanc esse magis communē * opinionem. Turret.consil.28.n.1.lib.1.Boer. consil.20.nu.43.& 50. Bursat.consil.72.n.21 lib.1.Monald.consil.13. nu.1. lib.1. Rebuff. consil.115.num.17.Io.Franc.à Ponte consil. 44.nu.10.11.& 14.Neuiz.cousil.46.nu.1.& 37. [Soc.iun.cons.62.n.3.lib.2.Flamin.de Rubeis consil.59.n.33.lib.2. immo matrimonium metu contractum est nullum de iure diuino positiuo, & naturali, Ceuall.comm.contra commu.q.825.n.39. Marc.Ant.Genuen. in praxi Archiepiscop. cap. 87. n.2. Baldass. Mongoll. de metu cap.9. num.3. Andr.Gail lib.2.obser.93.n.4.cum seq. vbi sub nu.8.9. & 10. ad sunt fallētiæ, & in matrimonio metus debet concludenter probari, Farin.decis. 40.nu.1.& ibi Addentes in fi.lib.1.consil.crimin. & an excludatur per subsequentem cohabitationem, & susceptionem filiorum dict. dec.40. n.1.in fi.& dec.242.n.10.lib.2. consil.crim.& tunc annullat matrimonium quādo probantur verba talia, & minæ, quæ caderent inconstantem virum, Farin.dec.218. nu.2. in fi. lib.2.consil.crim. Intrig l. de casibus conscientiæ cas.41.n.44.& 45. centur.1. Io.Franc. Leonius in thesaur. fori ecclesiast. p.2.c.26.num.28.] Quod tamen intelligas secundum Bero. quæstio. 84. num. 6. & hęc 62 conclusio procedat, † quando ita contrahens matrimonium tempore contractus protestatur de metu, & violentia, aliàs secus. Ad quod allegat Bald.in rubr. C. si quis aliq.test.prohib. colum.10. vers. sed in contrarium, cum

alijs

alijs iuribus, sed de veritate eius opinionis valde dubito, & de ea latius dicam hic inferius, numeris sequen. & in meo trac. de effect. tit. de effect. metus, §. 1. nu... [Bero. cons. 35. n. 2. cum seq. lib. 1.]

63 Quæro tertiò, † an iuramentum metu extortum sit obligatorium? Et dico, quod sic, de iure Canonico, sed de facili conceditur absolutio ab eo, c. si verò, & c. verum, de iureiur. Bart. num. 9. & cæteri omnes, in l. 2. C. quod metus causa, Loffred. cons. 12. num. 3. Natta cons. 450. num. 23. lib. 2. Archidiac. in c. quamuis de pact. in 6. Io. And. in c. si verò, de iureiur. Innoc. in c. venerabilis, de elect. Michael de Grassis in lib. 1. communium opinion. c. 7. q. 11. vbi alios allegat. Plot. in repet. l. si quando, §. 3. nu. 18. C. vnde vi. Socy. iun. consil. 77. nu. 129. lib. 1. [Asin. de exequution. §. 9. c. 328. n. 1.] Neuizan. consil. 52. num. 51. Roland. cons. 1. nu. 76. & seq. lib. 1. Rimin. iun. consil. 5. nu. 135. lib. 1. qui alios etiam allegat. Honded. cons. 23. num. 44. lib. 1. Grammat. cons. 95. num. 12. in Ciuil. Con-

64 trarium † tamen est de iure ciuili, quo iure, iuramentum metu extortum est nullum, vt firmant Cin. Bartol. num. 27. Paul. de Castr. in princip. Salycet. Iason. num. 60. & ceteri Scribentes in Authent. Sacramenta puberum C. si aduersus vendic. Afflict. dec. 263. Socin. iunior cons. prædicto, nu. 129 & cons. 3. n. 34. lib. 2. Surd. cons. 37. num. 21. lib. 1. Paris. consil. 99. nu. 18. volum. 1. Marian. consil. 15. num. 31. Maranta cons. 39. num. 33. vbi dicit, quod hanc opinionem sequitur Sacrũ Consilium Neapol. [Lelius Caput. ad consuetud. Neapol. consuet. moriatur p. 3. §. 9. n. 18. Baldass. Mongol. de metu c. 9. n. 9. & 12 sic etiam in metu reuerentiali, idem c. 4. §. 2. n. 11. eiusdem tractatus, & non purgatur metus stante iuramento quod interuenit in actu Farin. dec. 42. num. 11. in fi. consilior. lib. 1. in crimin.] Seraph. de Seraph. in tracta. de priuileg. iuramenti, priuileg. 110. num. 6. vbi dicit, quod tunc non est necessaria absolutio à tali iuramento. Sed in isto Regno Siciliæ in omnibus Curijs seruatur opinio Canoni-

65 starum, & † meritò ista opinio seruari debet, ex quo sumus in materia concernente peccatum, quo casu seruandum est ius Canonicum & non Ciuile. Bart. in l. priuilegia, n. 2. C. de sacrosanct. Eccles. Abbas in cap. 1. num. 5. & seq. & ibi addentes in lit. D. de noui. oper. nuntiat. Mãdell. consil. 121. num. 6. Vincent. Annibal. in addit. ad eũdem Mandel. consil. 769. num. 4. lit. A. Surd. consil. 25. num. 31. lib. 1. [maxime quia tractatur de regimine animarum, idem Author de Grasso in tract. de effectib. cleric. in prælud. num. 100.] Et

66 præcipuè † in materia iuramenti, c. licet mulieres, de iureiur. in 6. [Seraph. de priuileg. iurament. priuileg. 66. Mancinus de iurament. effect. 219. n. 1. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 4. glos. 14. par. 2. nu. 59.] Matth. Coler. in tract. de process. exequut. p. 1. cap. 10. num. 215. Vvesembech. consil. 52. num.

67 32. lib. 2. cum † iuramentum spectet ad Ecclesiam, cap. venerabilis, de elect. Surd. cons. præd. n. 30. [Peregr. consil. 77. num. 30. Anchar. consil. 382. num. 5. Tusch. in lit. I. cocl.

68 496. num. 4.] & ideo debitor † non potest cõtrauenire cõtractui iurato, nisi prius absolutionẽ ab ipso iuramẽto impetrauerit, cap. si verò, de iureiur. cap. ad aures, vbi hoc not. DD. quod met. causa. Maranta d. consil. 39. num. 10. Mãdell. cons. 77. num. 17. [Matth. Brun. cõsil. 144. num. 3.] quod seruatur in isto Regno, vbi semper antequam debitor agat, petit absolutionem prædictam ad effectum agendi.

69 Quæro quartò, an ista exceptio † respiciat cõtractum, an verò instrumẽtum? Et dico, quod respicit cõtractum, & nõ instrumẽtum. Bald. in l. 1. in fine, C. plus vale. quod agitur. Corn. cons. 241. n. 8. vol. 1. Gram. cons. 95. n. 11. in ciuil. Maranta cons. 39. n. 8.

70 Quæro quintò, quibus modis dicatur iustus ad effectum annullandi contractum? Et dico, quod varijs modis, qui videri possunt apud Thom. Minad. cons. 28. nu. 2. 22. & 26. Nattam cons. 589. num. 12. lib. 3. & cons. 50. num. 11. lib. 1. Carol. Tapp. in repet. Authẽt. ingressi, in verbo, ingressi, cap. 12. per totum, Sfort. Odd. in tract. de restit. in integ. quæst. 7. num 96. Gramm. dec. 5. num. 4. 8. & 30. & dec. 19. n. 12. 16. Rebuf. consil. 68. num. 21. [Bim. cons. 221. num. 59. Morot. cõs. 75. n. 6. Ceuall. comm. contra comm. quæst. 825. nu. 41. & debet esse cruciatus corporis. Farinat. dec. 260. num. 11. in fi. lib. 2. consil. crimin.] Honded. cons. 29. n. 28. lib. 1. Soc. iun. cõs. 77. per

per totum, lib. 1. Loffred. conf. 17. n. 3. 17. 19. 20. & 38. vbi n. 15. dicit, quòd hoc relinquitur iudicis arbitrio, qui considerare habet factum, & qualitatem contrahentium. Quod etiam dixerunt Oddo d. q. 7. num. 72. Parif. conf. 5. nu. 172. lib. 4. Menoch. in tract. de arbit. iudic. casu 135. per totum. Gramm. conf. 91. n. 13. in ciuil. & decif. 103. num. 19. 20. & 56. Surd. dec. 94. n. 30.

71 Quæro sextò, † an protestatio contrahentis sit necessaria ad probandum metum? Et respondeo, quod secundum aliquos est necessaria, ita vt ea ommissa non possit allegari metus. Bal. in tract. Scismatis, posito post Rubr. C. si quis aliq. testari prohib. Alex. conf. 146. num. 3. lib. 5. Soc. sen. conf. 45. num. 1. Crauet. conf. 120. num. 31 lib. 1. & conf. 461 num. 4. lib. 3. Tiber. Decian. conf. 41. nume. 122. lib. 2. Honded. conf. 29. num. 12. lib. 1. Seraph. in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 110. n. 17. [Baldass. Mongol. de metu c. 10. §. 3. n. 16. & quando probat Alex. 35. variar. resolut. lib. 1. de his quæ vir metus causa resolutio. 1. n. 37. cum sequent.] Contrariam tamen opinionem, quod immò non sit necessaria dicta protestatio, tenuerunt Decius cōsil. 219. num. 13. & in l. in omnibus, nu. 11. & 12. ff. de reg. iur. & in cap. fi. de appell. Mandell. conf. 77. nu. 15. Conan. in tract. de pactis lib. 1. cap. 6. num. 149. Sed ex quo prima opinio est communior,* & tutior, ab ea non recederem tum in iudicando, tum etiam in consulendo.

72 Sed † si talis protestatio non potest fieri parte præsente, propter metum, & imminens periculum, sufficit vt fiat parte absente, Dec. in l. pacta nouissima, circa fi. ff. de pact. Mandell. conf. præd. nu. 16. glo. in cap. 1. vbi omnes Scribentes, de his quæ vi, metusve causa fi. Din. Bal. Paul. de Cast. & Imola, in l. qui in aliena, §. fi. vbi etiam Iaf. num. 40. ff. de acq. hæred. Natta conf. 451. num. 22. lib. 2. vbi alios allegat. Rim. iun. conf. 362. nu. 85. lib. 4. Crauetta dicto nu. 3. [Flam. de Rubeis conf. 59. nu. 52. lib. 2. & sola protestatio non probat metum, Parif. conf. 10. nu. 36. lib. 1. Surd. conf. 513. nu. 14. Farin. dec. 242. n. 3. cum seq. in fin. lib. 2. consil. criminal. Ceuall. comm. contra comm. quæst. 825. num. 55.] Honded. eodem conf. 29. num. 53. lib. 1. Marius Anguiss. conf. 181. num. 7. qui addit hoc

73 procedere, † nisi pars verisimiliter timeret, quod illa protestatio reuelaretur parti metū inferenti, & sic non audet protestari, & tunc procedit secunda opinio, quod non est necessaria protestatio, ita dixit Glof. 1. & Abb. in cap. 1. quod metus causa. Bart. Abb. Innoc. Dec. Iaf. Aret. & alij allegati ab Honded. d. conf. 29. n. 56. At vtilius esset facere aliquam

74 protestationem, † ex quo ipsa protestatio iustificaret metum, & facilitaret rescisionem cōtractus. Surd. dec. 192. n. 26. Mascar. ī trac. de ꝓbat. cōcl. 1051. n. 1. Ripa in c. cum M. Ferrariensis, n. 93. de const. Io. And. in c. fi. de appell. Ang. in l. metū, la 3. ff. quod metus causa. Dec. in d. c. fi. n. 6. de appel. Cefal. cōf. 654. n. 44. & seq. lib. 5. Hond. d. conf. 29. n. 55. lib. 1. Crauet. conf. 114. n. 6. lib. 1. Decian. conf. 30. n. 19. lib. 4. [Farin. dec. 270. n. 5. in fi. lib. 2. consil. crim. Mascard. concl. 1242. num. 21.]

75 & hoc etiam procedit, † si protestatio sequatur post contractum, quia adhuc præsumere facit contractum fuisse per metum celebratū. Parif. cōf. 60. n. 31. & 41. lib. 4. Pet. de Barbo. conf. 24. n. 7. inter cōf. crim. diuerf. Dec. & Cagnol. in l. in omnibus causis, ff. de reg. iur. Monter. dec. Aragon. 45. n. 23. [Grat. discep. c. 524. n. 31. 32. & seq.]

76 Et aduerte, qđ ex sola ꝓtestatione facta per cōtrahentem, non inducitur probatio metus, Mascard. conclus. prædict. nu. 9. Honded. d. cōf. 29. nu. 54. lib. 1. Mari. Anguiss. conf. 48. n. 20. Ripa, loco prędicto, nu. 91. & 92. Cefal. conf. 654. n. 46. lib. 5. Alba conf. 198. num. 32. lib. 1. quicquid tenuerit Surd. conf. 395. nu. 28. lib. 3. [Ripa in cap. cum M. Ferrarienf. num. 91. cum seq. de constit. Alb. conf. 77. n. 15. Mascar. concl. 1242. num. 20.]

77 Sed si † cum protestatione cōcurrerent aliæ verisimiles cōiecturæ, tūc protestatio, quę aliàs per se sola nō probabat plenè, & sufficiēter metum probaret, est doctrina Innoc. in cap. causa matrimonij, de offi. deleg. vbi Abb. & Dec. nu. 5. Angel. in l. metum autem, ff. quod met. causa. Pet. de Barbo. d. conf. 24. nu. 14. inter conf. crim. diuerf. Monter. in d. dec. 45. num. 26.] Bero. conf. 35. n. 20. lib. 1.]

78 Quæro † septimò, an actus dicatur meticulosus, si metus non inferatur ipsi contrahēti, sed suis consanguineis, & coniunctis? Et respondeo, quod sic. Bal. in repet. l. 1. n. 1. C. vnde

vnde vi,& in l.1.num.2. C. de indic. viduit. tollen. Rolan.cons.2.nu.62.& seq.lib.1. Bar. in l.de pupillo,§.si quis ipsi prætori, n.18.ff. de noui oper.nunc. Rota Rom.dec.465.n.1. in nouiss. Fel.in c.Ecclesiæ S.Mariæ, nu.99. de constit. Mascard.d. concl. 1051.num.25. Curt.iun.cons.257.num.31.lib.3. Surd.dec. 101. num.12. vbi alios allegat. [Io.Franc. Leoni.Thesaur.fori ecclesiast.p.3.de excommunic. c.38.n.60.]

79 Quæro octauò, quod † si contractui non præcesserunt minę, vel verbera, [quia paria sunt quod quis compellatur,& timeat cōpelli,Paris.cons.139.n.14.lib.4.] sed importunæ preces illius,cui reuerentia debetur, an talis contractus dicatur meticulosus? Et respondeo,quod sic.Soc.sen.cons.263.nu.2. & 8. lib.2.Iaf.in §.quadrupli,nu.66. Inst. de actio. Paul.de Cast.cons.74. vol.1. Aret.cons. 141.nu.18. [Surd.cons.513.n.10.Farin.decis.112.n.3. in fin. consil. crimin. lib.2. Hieron.de Laurent.dec.Auenion.72.n.4.Intrigl.cons.6.nu.103.] Ripa in lib. 3.Respons. tit.de reuoc.donat.c.15.n.8. Osasc.dec.179. nu.4. Curt. iun.cons.141.nu.17.& 18.lib.2. Mandell. cons.77.n.10.lib.1.Intrigl.in trac. de casib.conscien.cent.1.casu 41.n.42.Mandell.cons.77. nu.10. lib.1.Neuiz.cons.22.nu. 22.Honded.d.cons.29.n.34.Th. Triuisan.in tract.de sponsal.priuil.7.nu.28. vbi loquitur in patre vel matre deprecante filiam, vt matrimonium contrahat, Monald.cons.5.num. 48.lib.2. Menoch. in tract. de præsumpt.lib. 4. præsumpt. 11.nu.10. quæ conclusio tanto clarius procedit, si is qui precatur, esset Princeps,vel alia persona potens, qui eorum voluntatem non obsequentes tyrannicè tractare consueuerunt. Io.And.& Abb.in c.fin.qui clerici,vel vouen. Fely.in c.1.de offic.deleg. Summa Angel. in verbo,metus,n.2. Summa Syluest. in eod. verbo,q.2. Dec. in l.in omnibus, nu.4.ff.de reg.iur. Suarez alleg.24. Afflict.dec.69. Crauetta cons.11. nu.17. lib.1. Carol. Tappia, in repet. Authen. ingressi, in verbo,ingressi, c.12. num.23. Thom. Triuis. in tract. sponsal.priuil.7.nu.29.Maranta cōs. 39.nu.21. [Muñoz de Escobar de ratiociniis c.19. n.63.p.1.]

80 Quæro nono, † an possit renuntiari huic exceptioni metus? vide dicta per Vinc. de Anna alleg.114.num.6.lib.2. vbi examinat istam conclusionem, & vltimo loco tenet, qđ non; sed eum intelligas, si renuntiatio fiat vno eodemq; instrumento cum obligatione, secus si fiat in alio instrumento separato, & non persistat eadem causa metus. Matth. Colera in tract. de proces. exequut. par.1.c.10. num.222.

81 Quæro decimò, † quanto tempore præscribatur iuri dicendi de metu? Et dico, quod ad hoc sunt videndi, Bald. cons. 189. lib. 5. Dec.cons.272.n.8. Anna sing.341. qui omnes concurrendo cum Baldo tenent, quod præscribitur spatio triginta annorum. [Sarment.in lib.2.selectar.cap.11.nu.8. Baldass. Mongollon de metu c.12.n.19.& 20.]

82 Quæro vndecimò, vtrū † contractus metu celebratus censeatur approbatus, si contrahens postea recepisset, vel soluisset pecuniam in eo promissam? Respōdeo,quod non. Bar. Bal.& ceteri omnes, in l.2.de iis, quæ vi metusue causa fiūt.Frāc.Aret.cōs.14.n.19. Soc. iun.cons.77.nu.65. & 66.lib.1. [Prosper à Petra in addit.dec.Gramm.dec.103.n.50.& contractus metu celebratus dicitur contractus, & tenet donec rescindatur actione qđ metus causa Hieron.Fernand.de Othero variar. quæstion. par.2. q.40. nu.5. & 6. Intrigl. sing.62.n.1.lib.3.& semel illatus durare præsumitur Menoch.cons.1.nu.287. Surd.cons. 513.n.43.Farin.dec.263. n.1.in fi. cons.crimin.lib.2.& dec.286. nu.4. in fin. dict.lib.2. Alb.cons.78.nu.11.] Viuius dec.105.nu.5. vbi testatur de comm.* opi.& dicit quod ita fuit iudicatum in audiētia Apulię, Boer. dec. 100.nu.15.& 16. vbi alios allegat Alex.in l. si cum dotem §.eo autem tempore,n.2.ff.sol. matrim.Brun.à Sole,q.51.n.194. [Mastrill. dec.186.nu.14. Surd. cons.513. num.16.44. nec per quemcūque actum necessarium, Farin.dec.263.in fi. n.3.cōs.crim.lib.2. Sicard. cōs.7. nu. 27. Alex. 35. variar. resol. resol.8. n.1. cum seq.]

83 Quæro duodecimò, † quid si post contractum meticulose celebratum, contrahens ipse faciat aliquem actum voluntarium, qui tēderet ad corrobationem, cōfirmationem, vel approbationem contractus ita celebrati, an tali casu censeatur approbasse prædictum cōtractum meticulosum? Et dico,quod sic,per cap.

cap. 1. vbi omnes Scribentes, de ijs quæ vi, metusve causa fiunt. & per l. 2. C. quod metus causa, & per l. pen. vbi Ias. nu. 1. ff. de condict. ob turp. caus. Honded. cons. 23. n. 5. lib. 1. [Surd. cons. 513. nu. 42. qui videtur contrarium tenere ex ratione per eum adducti ꝙ sicut fuit coactus vendere per metum ita & pretium recipere, & metus non purgatur ex lapsu longi temporis, Purpurat. cons. 367. n. 67. addit. ad Nicol. de Milis in vers. metum iustũ Morot. cons. 75. n. 9. & cons. 28. n. 14.] Intrigl. cons. 6. n. 106. & 107. & ratio cur differat decisio istius quæstionis à præcedenti, est, quia in præcedenti contrahens facit actũ necessarium, ad quem tenebatur ex forma dicti contractus, hic verò facit actum omninò voluntarium. Intellige † modo prædictam conclusionem, quod faciens actum voluntarium, censeatur approbare actum meticulose factum, vt non procedat, si tempore actus gesti durabat eadem causa metus propter quã contraxit. Abb. in c. 2. quod met. cau. Alex. cons. 98. n. 7. lib. 3. Dec. cons. 219. n. 7. & in l. in oĩbus, n. 14. ff. de reg. iur. Ias. in præcit. l. 2. n. 2. Crot. cons. 106. n. 24. & cons. 172. n. 125 Hõd. d. cons. 23. n. 40. lib. 1. [Osasc. dec. Pedem. 77. nu. 8. cum seq. Ioseph. Ludouic. dec. Lucens. 18. n. 1. Farin. dec. 20. nu. 2. in addit. lib. 1. consil. crimin. Rim. iun. cons. 295. n. 75 Gozadin. cons. 9. nu. 19. Paris. cons. 58. n. 69. lib. 4. Sicard. cons. 7. nu. 2. de testam. Cepoll. cons. 16. n. 38. lib. 2. Morot. cons. 75. n. 9. Marsil. sing. 325. Leonin. cons. 20. Sesse dec. 60. num. 16.] Gayll. in pract. obseru. lib. 2. obser. 93. n. 30. Conan. in tract. de pact. lib. 1. c. 6. num. 47. vbi dicit, quod mulier promittens aliquid metu mariti, excusatur toto tempore vitæ ipsius mariti, si non prouocauit ad iudicium, quasi semper videatur timuisse maritum, quia eadem causa durante, nũquam ex subsequentibus actibus metus dicitur purgatus. Bar. in d. l. 2. num. 7. C. quod met. causa, vbi etiam Bald. nu. 10. [Purpurat. cons. 579 nu. 6. 7. 12. & 15. Alex. cons. 1. n. 3. lib. 3. Paris. cons. 139. n. 25. lib. 4. Morot. cons. 75. n. 9. M. Ant. Genuens. in praxi Archiepisc. cap. 87 n. 21. Farin. dec. 58. n. 7. in fi. cõs. crim. lib. 1.] Alex. cons. 98. n. 7. lib. 3. Ias. cons. 165. num. 5. lib. 2. Crauet. cons. 886. nu. 4. lib. 5. Roland. cons. 2. n. 87. lib. 1. vbi dicit hoc procedere, etiam stante cursu longissimi temporis, cum alijs adductis, & allegatis per eundem Honded. d. num. 40. & per Mascard. in d. tract. de probat. concl. 1054. nu. 36. & per Monal. cõs. 13. n. 8. lib. 1. & ꝑ Ann. sing. 341. & alleg. 114 n. 4. & per Rebuf. cons. 68. nu. 26. Et ideo ex hoc DD. inferunt, † quod si reus metu tormentorum confitetur aliquod delictum, licet postea confessionem ratificet, [Et quando annullet confessionem Battender regul. 49. Cartar. in tract. de interrogandis reis fol. 222 n. 146. Tiraq. de pęn. temper. caus. 30. nu. 1. Silua nuptial. lib. 1. ante n. 64. Ferrett. de inimicitijs occultis n. 28. Brun. à Sole q. 51. nu. 164. Marsil. in l. 1. n. 31. ff. de quæst. & cõs. 22. num. 8. Brun. in tract. de tortur. p. 2. num. 38. Calefat. cons. 93. n. 19. inter consil. crim. diuersor. lib. 1. Brun. à Sol. in proposit. in verb. confessio facta metu Turrett. cons. 51. n. 1. lib. 2. decis. Auenion. 15. n. 2. Sim. de Præt. cons. 191. n. 19.] tamen si talis ratificatio fiat coram ijsdem tormentis, non tenet, quia præsumitur durare adhuc eadem causa tormentorum. Io. And. in c. cum in contemplatione, de reg. iur. August. de Arimino in addition. ad Ang. Aret. in tractatu de malef. in verbo, fama publica, post nu. 117. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 64. vers. debet quoque, Cartar. in pract. de interrogand. reis, lib. 4. cap. 1. n. 146 Polid. Ripa in tractatu de nocturno tempore cap. 85. n. 5. & dicam latius in tractatu de effectibus, in titu. de effect. metus, §. 2. [Addentes ad Clarum in d. q. 64. in lit. Y. & ibi Baiard. n. 142. Ant. Scapp. de iure non script. lib. 5. c. 75. nu. 4. Brunor. à Sole q. 51. n. 184.] Ex quo ratificatio † non dicitur sponte facta quando quis eodem timore inducitur ad ratificandum quo fuit inductus ad contractum vel confessionem faciendam, l. doli, §. diuersum, ff. de doli except. Innoc. in c. sollicitè, de restit. spol. Franc. Aret. cons. 14. n. 18. Brun. à Sole in compend. resolut. proposit. iur. in verbo, actum dici non posse. [Farin. in crim. q. 37. n. 97. cum seq. Menoch. de arbit. cas. 38. n. 2. à Sole vbi sup. & in proposit. in verb. ratificatio non validat.]

Et vt finem imponam materiæ præsentis exceptionis, dico, quod metus † præsumptio excluditur istis præcipuis coniecturis, videlicet, per præsentiam iudicis interuenientis in

O ipso

ipso actu. Bart. in l. fi. §. 1. n. 2. vbi etiam ceteri Scribentes, ff. quod metus causa. Idē Bart. in l. frater à fratre, n. 51. ff. de condict. indebiti. [Io. Aloys. Ricc. dec. 45. n. 2. p. 3. & maxime vbi ius dicitur, vt ibi Ricc. n. 4. & purgatur metus varijs modis relatis à Baldass. Mongoll. in tract. de metu c. 12. per tot. Mandell. Alb. cons 11. nu. 10. de Leonardis in praxi c. 17. nu. 8. & ratio est, quia metus non præsumitur nisi de eo appareat Cæphal. consil. 91. n. 3. Rim. iun. cons. 42. n. 56. Pasct. cons. 147.] Alex. cons. 83. n. 26. lib. 3. Mantu. cons. 11. n. 12. Bero. cons. 40. nu. 27. lib. 1. Eugen. cons. 3. nu. 72. Maluas. cons. 65. n. 23. Fabian. de Mōte, in tract. de emption. & vendit. q. 5. n. 103. Iodoc. Damhuder. in tractatu de subhast. c. 2 n. 29. Paris. cons. 10. n. 55. lib. 1. & cons. 139. n. 24. lib. 4. Gram. cōs. ciuil. 147. n. 27. Osasc. dec. 142. n. 9. Thennin. in prac. caut. 305. n. 9.

89 Secundò † excluditur præsumptio metus, si contractui fuerunt præsentes consanguinei contrahentis, Bart. in l. transanctionem, n. 1. vbi omnes DD. C. de transact. Soc. iun. cons. 144. n. 4. lib. 1. & cōs. 67. nu. 40. lib. 2. Eugen. cod. cons. 3. n. 71. Maluas. d. cōs. 65. n. 23. Barbat. cōs. vlt. in fi. lib. 2. Mascar. in tract. de prob. concl. 1051. n. 23. & concl. 437. n. 1. & seq. Paris. cons. 139. nu. 23. lib. 4. Marsil. sing. 417. & sing. 673. D. Nepita super Consuet. Cathan. titu. 19. num. 84. Borell. super Pragmatica Odia litium, §. 1. gl. 3. n. 97. Gramm. dec. 66. n. 9. D. Intrigl. cons. 6. n. 105. lib. 1. Crot. cōs. 182. num. 7. lib. 2. Alciat. in tractatu de præsumpt. regul. 1. præsump. 21. num. 1. Tiraq. in repet. l. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, nu. 297. C. de reuocan. donat. Boer. dec. 100. num. 7. [Carol. de Grass. Author in suo tractat. de amicitia n. 191. vbi plures allegat Io. Franc. à Ponte cons. 17. nu. 81. lib. 2. Baldass. Mongoll. de metu, c. 2. §. 7. n. 15. à Sola super constit. Sabaud. fol. 74. glos. tua tit. de minoribus, Cott. in verb. presentia Maluas. cons. 65. n. 23. Farinac. dec. 198. n. 9. in fin. lib. 2. cons. crimin. vbi etiam ex præsentia iudicis Paris. cons. 10. nu. 52. lib. 1. Ruin. cons. 122. n. 12. lib. 4. Ant. à Gama dec. 346. nu. 5. Tusch. in lit. M. concl. 223. n. 11. & 12. Tiraq. de legibus connubial. glo. 5. nu. 37. fol. 200. Borell. super pragmat. §. 1. glo. 3. n. 97.] sicut dicimus in simili, quod

90 † præsentia propinquorum pupilli in contractu gesto per tutorē, facit cessare præsumptionē doli, vel culpæ. Bal. in l. Polla, nu. 3. C. de his, quib. vt indig. vbi omnes Scribentes. Boer. super consuetud. Bituricens. tit. 1. §. 7. circa finem. Cepolla, cautela 24. [à Ponte cons. 17. nu. 81. lib. 2. Nepita in consuetud. Catanæ consuet. vnica tit. 19. n. 84. Dec. cons. 232. num. 3.] Brun. à Sole, in compēd. resolut. proposit. iur. in verbo, metus præsumptio, in fine, Bertazz. in tract. claus. claus. 110. glo. 13. num. 1. cum alijs allegatis per Caualc. in tract. de tut. & curat. nu. 111. vbi num. 112. concludit, quod

91 quilibet actus † factus coram consanguineis & propinquis, presumitur factus sine fraude, metu, & dolo, nisi contrarium probetur. Li-

92 mitabis † tamen supradictam conclusionem quando ex contractu facto coram consanguineis, eueniret enormis læsio ipsi contrahenti, Paul. de Cast. cons. 177. vol. 1. Franc. de Aret. d. cons. 14. Rui. cons. 98. & cons. 170. vol. 1. Marsil. sing. 673. Alciat. in tractatu de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 21. nu. 17. Boer. dec. 100. nu. 9. Mascar. d. concl. 1051. nu. 27. lib. 2. Maluas. d. cons. 65. n. 23. Marcell. Calà in tract. de modo articul. & probandi, glo. 5. num. 1058.

93 Secundò † limitabis dictam conclusionem, quando tractatur de excludendo metum reuerentialem, DD. omnes in præcitata l. transactionem, C. de transact. Tiraq. in legibus connubial. glos. 5. num. 37. Tertiò

94 † limitabis, quotiescumque quis contraheret cum tyranno, vel alio cui consanguinei de facto resistere non possunt, quia tali casu metus contrahentium non excluditur per præsentiā ipsorum consanguineorum. Ang. cons. 215. nu. 1. Natta cons. 50. n. 19. lib. 1. Iason in d. l. transactionem, num. 1. C. de transactio. Dec. cons. 219. in fi. Marsil. sing. 528. & sing. 673. Boer. d. dec. 100. n. 8. Mascard. d. concl. 1051. num. 24. Calà, loco citato, nu. 1057. Quartò

95 † limitabis, quando negotium in instrumento deductum spectat, aut reddundat ad commodum consanguineorum, qui celebrationi contractus interfuerunt. Bartol. in l. viduę nu. 3. C. de emption. Calà, d. glos. 5. n. 1059. Bernar. Alfan. in Collect. iuris ciuilis, n. 217

96 Tertiò excluditur præsumptio † metus, si contraheretur coram amicis, & honestis personis. Bar. in princ. & alij omnes, in d. l. transactio-

factionem,la 2.C.de transact. Ias.cōs.3.n.18. vol.1.& cons.158.nu.4.vol.2.Ang. in l. quæro,§.1.de ædilit.edict. Neuiz.consf.46.n.21 Brun.à Sole in compend.resol. proposit. iur. in verbo,metus præsumptio, Paris. cons.96. nu.42.lib.1.Alciat.in tract. de præsumpt. regul.1.præsumpt.21.nu.17. Bertazz. in tract. clauf.clauf.10.gl.13.n.1. Thennin. in pract. caut.305.quæ est vltima, n.5.& 6. Butr. in c. causam matrimonij, nu.15. & ibi Imola n.4. de offic.deleg. Alex. in l.si cum dotem, §.eo autem tempore,n.11.ff.solut. matrim. Ias. & DD. cōmuniter * in d.l.Polla,C.de ijs,quib. vt indig.idem Ias.in l.1.nu.16.C.de transac. Connan. in tract.de pact. lib.1. c.6. nu.151. [Farin.dec.20.n.2.in fi.lib.1. consilior. crimin. Vital.Camb.in tract clausul. tit. de metu vxoris,n.6.fol.289.Intrigl.cons.6. n.105. Rimin.iun.cons.42. nu.56.Ant.à Sola in cōstitutione Subaudiæ tit.de minoribus,ac eorum inuentio.glos.vna,n.4.fol.95.idem Author de Grassis in tract. de amicitia in 59. effectu,vbi plures allegat. Sesse dec.60.n.5.]

97 Quartò † excluditur præsumptio metus,si contractus fuisset celebratus in loco insigni. Ant.de Butr.in c.super hoc,col.7.de renunc. Alber.in l.2. C.quod metus causa. Picus in l.interpositas,col.5.C.de transact. Neuiz. d. n.21. Socin.iunior cons.5.nu.14. lib.3. Passett.cons.147.nu.9. [Nicol.de milis in suo repert.in verb.metus si allegatur Intrigl.cōs. 6.nu. 105. cum seq.]

98 Quintò, † & vltimò excluditur præsumptio metus, quando contrahens,postquam cōtraxit,peruenit ad locum tutum, & nō est protestatus se metu contraxisse in tali loco contractus,Ias.in l.qui in alienū,§.Celsus, n.28. ff.de acquir.hær.& in l.non solum, § morte, num.17.in fine,ff.de noui oper.nuntiat. Menoch.in tract. de præsumpt. lib.3. præsumpt. 126. num. 34. Sed aduertendum est, ꝙ istæ

99 † præsumptiones non tollunt,quin possit probari contrarium,hoc est coacta voluntas contrahentis,Corn.cons.124.nu.5.in fi. & nu. 6. lib.3.Paul.de Castr. cons.174. num.2. lib.1. Curt.sen.cons.27.nu.38.lib.1. Ruin. cōs.98. nu.24.& seq.lib.1.& cons.140. nu.10. lib.4. Cefal.cons.142.n.53.lib.1.Crauet.cons.889 nu.2. lib.5. Gram n.dec.103.nu.65.Boui.in tract.de statutar. Vrb. præscript. gl.5. nu. 13. in fi.Honded.cons.29.num.52.lib.1. [Menoch.de præsumpt.præsumpt.89. n.6. lib.4. Mascard.concl.1220.n.15. & conclus.1221.

100 nu.87.] & ratio est : quia † præsumptiones cedunt veritati. Dec.cons.400.n.8. Crauett. cons.35. num.6.Roland.cons.99.num.10. & seq.lib.1. Caualcan.in tract.de tutor.& curatore,nu.112. [Gratian.discept.c.243.n.82 Aldou.cons.34.nu.20.Surd.cons.7.nu.61.& cons.61.n.48. Menoch.præsumpt.145.nu.4. lib. 3.]

Vnum non omittam, quod est valde vtile ad materiam istius exceptionis, scilicet,

101 † quod hæc exceptio metus, non solum pōt opponi per eum,qui metum contraxit, verū etiam per suos fideiussores, l. exceptiones,ff. de exceptio.l.si cum exceptio,§.Labeo ait,ff. quod metus causa. Natta consil.50. nu. 20. lib.1. [quod exceptio quæ competit principali an competat fideiussori, Gratian.discep. cap.799.n.53.Barz. dec.56.n. 18. Moscatell. de fideiussor.q.8.n.1.]

Aliud etiam non omittam, scilicet, quod

102 † paria sunt,aliquid fieri per metum,vel per probabilem metus suspitionem.Alex.consil. 99.n.7. vol.3. Paris.cons.53. num.57. vol.3. Cotta in memorial. in verbo, conductor. Neuizan.cons.46. nu.3. Surd. dec.194. [idem Surd. cons.337. num. 40.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio simulationis non censetur exclusa à Statuto excludente omnes exceptiones. Amplia vt nu.3.*

2 *Exceptio simulationis quādo admittatur aduersus executionem census Bullaris .*

4 *Instrumentum simulatum, non dicitur instrumentum.*

5 *Statutum loquens de instrumento, non intelligitur de simulato.*

6 *Instrumentum constat non esse instrumentum, eo ipso quod apparet de simulatione contractus.*

7 *In instrumentis, & contractibus simulatis deficit consensus .*

8 *Contractus simulatus est tanquam corpus sine anima,& ipso iure nullus, num.9.& non habet substantiam,& est veluti coloratus , & depictus, n.10. & 12.*

O 2 *Simu-*

EXCEPTIO DVODECIMA.

Simulationis.

1 DVodecima exceptio, † quæ non censetur reiecta à Statuto reijciẽte omnes exceptiones, est exceptio simulationis. Bart. in l. 1. §. & parui, n. 4. ff. quod vi, aut clam. Bal. in l. fin. §. in computatione, nu. 18. vbi adest additio in lit. C. & in l. precibus, in princ. C. de iure delib. & in l. si nõ verum, C. de don. inter vir. & vxo. & cons. 118. vol. 4. Fulgos. cons. 134. circa fi. Abb. cons. 73. vol. 2. Alex. cons. 101. nu. 5. vol. 3. Soc. sen. cons. 27. n. 30. vol. 4. Gabriel cons. 3. n. 9. lib. 2. Barbat. cons. 27. lib. 5. & in c. ad nostram, col. 2. de empt. & vend. Marsil. in tract. de bannitis, in verbo, omnia, nu. 24. Corbol. in tract. ex quibus causis emphyt. iure suo priuet. tit. de causa priuat. ob alienat. limit. 23. num. 2. Ias. in l. cum ea quæ, n. 3. C. de transact. Fely. in c. ex parte, il 2. nu. 13. vbi etiam Dec. n. 62. de offi. deleg. Afin. in pract. §. 31. c. 37. Ant. de Cana. in tract. de exequut. instrumen. q. 13. nu. 31. vbi ponit vtilem distinctionem. Tiraq. in tracta. de retractu Lignagier, §. 1. gloss. 2. n. 13. & 14. Anto. Massa in tract. de oblig. in forma Cameræ, p. 4. q. 2. nu. 5. Benedict. de Barz. in tractatu de instrument. guarentig. p. 3. q. 2. Horatius Carpan. super Stat. Mediol. lib. 1. c. 42. nu. 192. Imola & Felin. in c. cum Ioannes, de fide instrum. Luc. Petus, in pract. Capitolij, lib. 3. c. 2. n. 16 Ludouic. Alfer. in addit. ad cons. And. Alfer. ad cons. 39. n. 1. lit. A. cum alijs adductis, & allegatis per D. Cumiam super ritu istius Regni Siciliæ, cap. 16. nu. 65. Bernard. Pand. in tract. de præsent. instru. par. 5. declar. 19. Et licet Bart. in d. nu. 4. & ibi addition. in lit. D. dicant, quod ad hoc vt possit opponi exceptio simulationis, debeat esse probata præsumptione iuris, & de iure tamen hoc non est verũ, per ea quæ dicunt præcitati DD. [Pereg. dec. 148. n. 2. Scip. Rendin. in promptuar. in tit. de exception. num. 10. Aldou. de Aldou. cõl. 69. n. 21. Alex. 35. var. resolut. resolut. 1. n. 9.

n.9. de simulatio. lib. 1. v. in hac materia. Alex. Picus dec. Lucens.33. & dec.70. etiam in literis cambij Io. Batt. Cauatius de cābijs tit. de exceptionibus vers. quæro extat statutum fol.236. Intrigl. super Bulla q.46.nu.11. & 12. contrarium videtur Tusch. in lit.S. cōcl.266. nu. 42.] & admittitur † ista exceptio etiam contra exequutionem cēsuum bullarium, si reus preueniat in exceptionibus, implorando officium iudicis. Intrigl. in suis quæst. Bull. q.65. n.6. Milanēs. dec.7. n.2. & 3 lib.2. secus si fuisset incœpta executio. Septimus super eadem Bulla, in 4. arg. Milanens. dec.13. n.64. eo. lib.2. [Mastril. dec.157. n.19. Giurb. dec.44. n.3. Iac. Gall. cons.37. n.5. admittitur etiam præsens exceptio aduersus confessionem dotis. Bim. cons.296. nu.13. à à Ponte cons.43. nu. 2. lib.2. etiam aduersus viam exequutiuam obtēta absolutione à iuramento Ceuall. comm. cōtra commu. q.804 n. 14. & an talis exceptio retardare debeat exequutionem liberarum cambij Io. Batt. Cauatius de Cambijs. tit. de exception. vers. quæro an posita exceptiones fol. 236. Bero. cōs.211. nu. 11. lib.3. & an admittitur aduersus instrumentum habētem obligationem iuxta formam Ritus, & obligationem Cameralem, & iuramentum Farin. dec.78. nu.4. in fi. & ibi Addēt. in lit.C. in dec. post cōs. crim. lib.1.] & in tantum est vera conclusio prædicta. vt hæc exceptio admittatur nō obstāte statuto prædicto, quod procedit, † etiam si statutum admitteret aliquas exceptiones tātum, & reliquas excluderet, quia nec isto casu censetur exclusa exceptio simulationis, Bal. in d.l. si nō verum, vers. nota, C. de donat. inter virum & vxor. Ias. in l. nemo potest, nu.43 & Ripa, n.66. & Io. Guttier. nu.375. ff. de leg. primo, vbi dicit, quod hęc opinio, quę est cōtra Bart. est communis, * & allegat Anto. de Meneses, & Auēdan. Hispanos. [& quando est clara retardat exequutionem. Gratia. discept. c.264. n.45.] & ratio cur hæc exceptio non censeatur exclusa potest assignari: qa † instrumētum simulatum nō dicitur instrumentum, Bal. in l.1. C. plus val. quod agit. & in l. fi. §. in computatione, de iure deliber. [Cauatius in suo tractat. fol. 172. col. 1. in princ. Ruin. cōs.142. nu.5. lib.1. Paris. cons. 86. n.23. & 24. lib.3. Gratian. discept. c.317. nu.14. Tusch. in lit.S. concl.265. nu.1. Paris. cons.54. nu.26. & 27. Soc. cons.65. nu.14. lib. 1. Bec. cons.52. nu.35. lib.1. Ioan. Bott. cons. 59. nu. 40. & quid si in parte est simulatum & in parte non an dicatur nullum Tiraq. in tract. de ligna. §.1. glo. 2. nu.14. idem Bott. d. nu.46.] Barbat. cons.79. num.6. inter cons. Calcan. Corbol. d. num.2. Seraph. in tract. de priuil. iurament. priuil.59. nu.13. Barbat. cōsil.22. n.14. & 15. & cons.35. num.4. lib.4. Io. Franc. à Ponte cons.2. n.73. Matt. Colera in tract. de process. exequut. p.1. c.10. num.232. Nec Statutum † loquens de instrumento, intelligitur de instrumento simulato, Bal. Dec. Tiraq. & alij superius allagati, idem Bald. in d.§. in computatione. n.18. Calcan. cons.70. nu.6. Seraph. eod. nu.13. Asin. in tract. de exequut. in princ. c.13. n.1. [& de valido Roman. cons.42. n.3. vers. & hoc fundatur Tusc. in lit.E. concl.381. n.46. Carpan. in stat. Mediolan. in pręlud. n.788.] & eo † ipso quod constat de simulatione cōtractus, constat instrumentum non esse instrumentum, quamuis habeat figuram instrumēti, l. immaginaria, ff. de reg. iur. Matth. Brun. cons.68. nu.4. Roland. cons.47. n.3. & cons.76. nu.5. vol.4. Rim. iun. cons.269. num.19. lib.3. Asinius in tract. de exequut. in princ. c 13. n.2. vbi multos alios allegat. à Ponte, d. cōs.2. nu.73. Ex quo dico, quod cum ista exceptio reducat instrumentum ad non instrumentum, non est dubium quod debet admitti, cum exceptio quod non sit instrumentum, admittatur, per per ea quæ dixi supra, except.2. n. 3. & ratio rationis est; quia in instrumentis, † & contractibus simulatis deficit cōsensus, & deficiente consensu, deficiunt vires ipsorum, l. cōsensus, ff. de actionib. & oblig. l. emptione, vbi Bald. nu.1. C. plus vale. quod agit. & l.1. n.8. C. de oper. libert. & in l. fi. num.2. C. de non num. pecun. Bart. in d.§. & parui, nu.4. Abb. in c. ad nostram, nu.5. de empt. & vend. Ang. in l. fi. ff. qui satisd. cog. Paul. de Castr. in l. si quis pro eo, nu.5. ff. de fideiuss. Ias. in l. 2. col. fi. vers. sextò & vltimo, ff. de iureiur. [Soc. sen. cōs.66. n.14. lib. 1. Cuma. cōs.155. nu.2. Tusch. in lit.S. cōcl.265. n.4. Becc. cons. 52. n.37. Soc. cons.65. n.14. lib.1.] Seraph. d. priuil.59. nu.10. Purpurat. cōs.358. nu.2. Anna alleg.77. num.13. glo. in l. emptione, C. plus

sa metuendi. Natta cons. 627. num. 7. lib. 3. [Surd. cons. 513. n. 32. Mongoll. d. §. 3. num. 12. & n. 8. Bim. cons. 137. n. 59.] & potest 50 † probari præsumptionibus, indicijs, & coniecturis. Alex. cons. 98. nu. 5. lib. 3. Barba. consil. 54. circa medium, lib. 1. Paris. cons. 60. nu. 22. & cons. 52. n. 53. & seq. lib. 4. Pet. de Barbon. cons. 24. n. 7. inter cons. crim. diuers. Mōter. dec. Arag. 45. nu. 15. Cin. in l. carcerem, C. quod metus causa. Bart. in l. si ob turpem, ff. de condict. ex causa. Socin. iun. cons. 97. n. 33. vol. 3. Plot. d. §. 3. num. 13. Osasc. dec. 79. n. 1. [Valenz. cons. 29. n. 40. & 41. Io. Franc. a Ponte cons. 17. n. 72. li. 2. etiam ex solo aspectu terribili probatur Molfes. cons. 4. nu. 13. secus quādo præsumitur illatum in loco vbi adsunt tribunalia suprema, quia tunc requiritur plena probatio Seraph. dec. Rot. Rom. 836. n. 4. Menoc. cons. 1227. n. 12. 13. & 14. Bim. cons. 221. n. 14. & 15. Flamin. de Rubeis cons. 59. n. 7. lib. 2. Cęuall. com. contra com. q. 825. n. 50. Farin. dec. 260. n. 1. in fin. lib. 1. consilior. crimin. & 254. n. 2. Osasc. dec. Pedemont. 179. nu. 1. etiam per testes inhabiles, Honded. cons. 29. n. 24. lib. 1. Anna allegat. 114. nu. 1. etiam ex blanditijs factis per eum cui reuerentia debetur, Marsil. sing. 645.] Surd. dec. 194. n. 23. vbi multos alios cumulat. Repertor. Inquisit. in verbo, metus. Menoc. in tract. de præsum. lib. 3. præsump. 126. & 127. per totas, vbi ponit varias præsump51 tiones, quibus probatur metus. Et magis creditur duobus testibus asserentibus metū fuisse illatum, quam mille deponentibus de libera voluntate contrahentis. Dec. in c. fin. de appell. Paris. cons. 138. num. 8. lib. 4. Couarru. in Epitome de sponsal. p. 2. c. 3. §. 5. nu. 10. Suarez in suis comm. opin. in lit. M. num. 157. Barbat. cons. 54. vol. 1. Siccard. cons. 10. nu. 40. in tit. de matrim. Euerard. cons. 19. nu. 13. Anna d. sing. 341. circa medium. Marant. qui alios allegat, cons. 39. num. 34. Abb. in c. 1. num. 10. de ijs, quæ vi met. cau. fiunt, vbi ponit rationem istius conclusionis. Alb. de Rosat. in Rubr. ff. quod metus causa. Cepol. cōs. crim. 56. nu. 15. vbi dicit, quod probato metu, est impossibile probare contrarium. Boer. dec. 100. nu. 3. Mandell. d. cons. 77. num. 12. Roma. in Rubr. ff. de arbit. nu. 22. [Flam. de Rubeis cons. 59. n. 9. & cons. 67. & nu. 28. lib. 2. & an dicitur probatus metus concludenter per testes suspectos Farinat. dec. 40. nu. 1. in fi. lib. 1. consiliorum criminal. & quomodo testes in metu deponere debent. ponit Farinat. dec. 260. n. 19. in fin. cons. crimin. lib. 2. Ioseph. Sesse dec. 60. n. 15. Marsil. sing. 528.] Alciat. in tract. de præsump. reg. 3. præsump. 7. nu. 4. Loffred. cons. 17. n. 14. Rebuf. consil. 116. num. 8. Alex. cons. 156. n. 3. lib. 5. Corset. sing. 378. in princ. Gabriel in suis conclusionibus, tit. de testib. concl. 4. n. 15. vbi testatur de magis communi opinione. Menoc. in trac. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 126. nu. 31. qui solum addit, quod hoc procedit, quando extant coniecturę illati metus. Honded. d. cons. 52 29. num. 59. lib. 1. Sed † si esset vnicus testis, qui deponeret de metu, tunc considera dicta per Menoch. &. Hond. in locis præcitatis, & per Ias. in l. interpositas, nu. 5. C. de transact. 53 ad quos me remitto, sicut † magis creditur testibus deponentibus de metu, quam notario asserenti de libera voluntate contrahentis. Bald. in l. obseruari, §. proficisci, in 13. q. ff. de offic. procons. Anna alleg. 114. n. 5. lib. 2 54 Et ideo † clausula illa posita a notarijs in instrumentis (non vi, non dolo, sed sponte) nihil operatur & per eam non creditur, ꝙ actus fuerit sponte factus, sed facit quandam iuris præsumptionē, quod fuerit spontaneus. Frāc. Aret. cons. 14. n. 16. Soc. sen. cons. 262. lib. 2. Curt. sen. cons. 56. n. 26. Bal. in l. mater, nu. 5. C. de rei vendic. & ibi Oddo in lit. C. Vulpel. in tract. de dict. in verbo, sponte. Maranta disput. 10. nu. 10. & cons. 39. num. 34. cum talis clausula præsumatur posita ex stylo, & cōsuetudine notariorum: ideo parum operatur. Bart. in l. 1. nu. 21. ff. de iure Codicill. Collegium Bonon. in quarto responso, in causa Finali. Soc. iun. cons. 116. n. 21. lib. 2. Maluasi. cons. 65. nu. 35. Honded. cons. 23. n. 43. lib. 1. [quod dicta clausula dicitur posita de voluntate partium, Mart. in tracta. de clausul. p. 1. claus. 313. n. 2. Farin. de carceribus, & carcerat. quæst. 35. n. 14. Fulgos. cons. 58. nu. 8.] 55 † & dicta clausula operatur in dubio, quando non constat de metu, secus si de eo cōstat. [sicut etiam dicitur quod mulier propter fragilitatem decipitur in fideiubendo per alio eadem etiam imbecillitate reducitur ad renuntiandum Thesaur. dec. 222. n. 2.] Honded.

56 ded.d.n.43.quia † eodem metu,quo quis inducitur ad contrahendum, eodem metu inducitur ad sic affirmandum. Io.de Imola, in cap.sollicitè,circa finem,de restit.spol. Ang. cons.215.in fine,Franc. Aret.d.cons.14.nu. 16.Crauet.cons.461.num.32.lib.3.Soc.iun. cons.77.n.49.lib.1.& cons.62.n.4.lib.2.Hõded.d.cons.23.n.43.cons.29.num.50.& 51. lib.1.vbi dicit, quod † si contractus est metu
57 celebratus, ita clausulæ omnes in illo instrumento adhibitæ, præsumuntur metu adhibitæ. Menoch.de præsumpt.lib.3. præsump. 126.n.30.Fulgos.cons.176.Seraph.de priuileg.iuramenti,priuileg.110.num.6.Crauet. cons.461.nu.32.lib.3. [Gozadin.cons.28. nu. 23. Crauett.cons.299. nu.3.] Immò ex
58 prędicta clausula,& similibus verbis tempore metus prolatis,nedum non tollitur,sed magis augetur præsumptio ipsius metus. Bal.in tract.de Scismate,nu.117.qui tract. est positus post rubr. C. si quis aliq. testari prohib. Alex.cons.156.n.4.vol.5. Soc. iun. cons.77. nu.48.& 50.lib.1.Repert.Inquisit. in verbo, metus,vers.metus non purgatur. sic etiam di
59 cimus in simili,quod per illa † verba, Non p simulationem,neque per fraudem, sed verè, &c. magis præsumitur simulatio,& fraus cõtrahentis.Bal.in l.3.num.1.C.plus valere qđ agitur.Barbat.cons.51.col.3.lib.1. Cepol.in tract. de simulatione contract. in nona præsumpt. nu.48. cum alijs allegatis per Becci. cons.52.nu.38. lib.1. [maxime quando pacta sunt insolita,Berous cons.165.n.10.lib.1. Soc.sen.cons.143.num.17. lib.1. Natt.cons. 34.nu.27. Soc.iun.cons.77.nu.47.lib.1.Neuiz.cons.8.n.63. Viu.dec.182.n.4. Menoch. de præsumptionib.præsumpt.3.n.103.lib.5. & cons.1.n.338.] Ioseph. Ludou. concl.51. vers.124. Bernard. Henric. in Summa magis comm.opin.concl.478.& in tract.cui sit magis credendum.c.52.

60 Quæro iterum, an † metus rescindat contractum ipso iure, an verò ope exceptionis? Et respondeo,quod nõ ipso iure, quo valet, & tenet contractus,sed ope exceptionis,l.mulier,§.si dos, vbi hoc notant omnes Scribentes,ff.quod metus causa.Salic.in l.interpositas,nu.4.vbi alij omnes C.de transact.c. Abbas,de ijs, quæ vi metus ve causa fiunt,l.metum,§.sed & quod prætor,ff.quod metus causa.Bursat.cons.72.n.21.lib.1. vbi testatur de communi * opinione.Grat.cons.87.nu.2.lib. 1. & cons. 38. n.7. lib.2. [Pet. Barbos.in 3. par.Rubric. ff.solut.matrim. nu.29.] Honded. cons.23.n.4.& 45.lib.1. vbi dicit,quod hæc conclusio pluribus modis limitatur. Vital. in tract.clausul. in verbo, non vi, &c. qui hanc conclusionem limitat nouem modis. Surd. cons.37.nu.19.& 20.lib.1. Seraph.de priuil.iuramenti,priuileg.100. qui duo vltimi etiam adducunt varias limitationes, quarum limitationum principalior est,quod † ipso
61 iure rescindit matrimonium,& alios actus spirituales,c.cum locum,vbi glo.& Abb.nu. 2.& cæteri omnes,de sponsal. Alex.cons.156 nu.3.vol.5. Corn.consil.41. lib.2. Grat.cõs. 38.num.8.lib.2. Rimin.iunior cons.115.n.8 vol.2. vbi dicit hanc esse magis communẽ * opinionem.Turret.consil.28.n.1.lib.1.Boer. consil.20.nu.43.& 50.Bursat.consil.72.n.21 lib.1.Monald.consil.13.nu.1.lib.2. Rebuff. consil.115.num.17.Io.Franc.à Ponte consil. 44.nu.10.11.& 14.Neuiz.consil.46.nu.1.& 37. [Soc.iun.cons.62.n.3.lib.2.Flamin.de Rubeis consil.59.n.33.lib.2. immo matrimonium metu contractum est nullum de iure diuino positiuo,& naturali, Ceuall.comm.contra commu.q.825.n.39. Marc.Ant.Genuen. in praxi Archiepiscop. cap. 87. n.2. Baldass. Mongoll. de metu cap.9. num.3. Andr.Gail lib.2.obser.93.n.4.cum seq. vbi sub nu.8.9. & 10. ad sunt fallẽtiæ, & in matrimonio metus debet concludenter probari,Farin.decis. 40.nu.1.& ibi Addentes in fi.lib.1.consil.crimin. & an excludatur per subsequentem cohabitationem,& susceptionem filiorum dict. dec.40. n.1.in fi.& dec.242.n.10.lib.2. consil.crim.& tunc annullat matrimonium quãdo probantur verba talia, & minæ, quæ caderent inconstantem virum, Farin. dec.218. nu.2. in fi. lib.2.consil.crim. Intrig l. de casibus conscientiæ cas.41.n.44.& 45. centur.1. Io.Franc. Leonius in thesaur. fori ecclesiast. p.2.c.26.num.18.] Quod tamen intelligas secundum Bero. quæstio. 84. num. 6. & hęc
62 conclusio procedat,† quando ita contrahens matrimonium tempore contractus protestatur de metu,& violentia, aliàs secus. Ad quod allegat Bald.in rubr. C. si quis aliq.test.prohib. colum.10. vers. sed in contrarium, cum alijs

alijs iuribus, sed de veritate eius opinionis valde dubito, & de ea latius dicam hic inferius, numeris sequen.& in meo trac.de effect. tit.de effect.metus, §.1.nu... [Bero.cons.35. n.2. cum seq. lib.1.]

63 Quæro tertiò, † an iuramentum metu extortum sit obligatorium? Et dico, quod sic, de iure Canonico, sed de facili conceditur absolutio ab eo, c.si verò, & c. verum, de iureiur. Bart. num.9. & cæteri omnes, in l.2. C. quod metus causa, Loffred. cons.12.num.3. Natta cons.450.num.23.lib.2. Archidiac.in c.quamuis de pact.in 6. Io.And.in c.si verò, de iureiur. Innoc.in c. venerabilis, de elect. Michael de Graffis in lib.1. communium opinion.c.7. q.11. vbi alios allegat. Plot. in repet.l.si quando, §.3.nu.18.C.vnde vi. Socy. iun.consil.77.nu.129.lib.1. [Afin. de exequution.§.9.c.328.n.1.] Neuizan. consil. 52.num.51.Roland.cons.1.nu.76.& seq.lib. 1.Rimin.iun.consil.5.nu.135.lib.1.qui alios etiam allegat.Honded.cons.23.num.44.lib. 1.Grammat.cons.95.num.12.in Ciuil. Contrarium

64 † tamen est de iure ciuili, quo iure, iuramentum metu extortum est nullum, vt firmant Cin.Bartol.num.27. Paul.de Castr. in princip. Salycet. Iason. num. 60. & ceteri Scribentes in Authent. Sacramenta puberum. C. si aduersus vendic. Afflict. dec. 263. Socin.iunior cons. prædicto, nu.129. & cons. 3.n.34.lib.2. Surd.cons.37.num.21.lib.1.Paris.consil.99.nu.18.volum.1. Marian.consil. 15. num.31. Maranta cons.39. num.33. vbi dicit, quod hanc opinionem sequitur Sacrũ Consilium Neapol. [Lelius Caput.ad consuetud. Neapol. consuet. moriatur p.3. §.9. n.18.Baldass.Mongol.de metu c.9.n.9.& 12 sic etiam in metu reuerentiali, idem c.4. §.2. n.11.eiusdem tractatus, & non purgatur metus stante iuramento quod interuenit in actu Farin.dec.42. num.11. in fi. consilior. lib.1. in crimin.] Seraph.de Seraph.in tracta. de priuileg.iuramenti, priuileg.110.num.6.vbi dicit, quod tunc non est necessaria absolutio à tali iuramento. Sed in isto Regno Siciliæ in omnibus Curijs seruatur opinio Canonistarum,

65 & † meritò ista opinio seruari debet, ex quo sumus in materia concernente peccatum, quo casu seruandum est ius Canonicum & non Ciuile.Bart.in l.priuilegia, n.2. C. de sacrosanct. Eccles. Abbas in cap.1.num.5.& seq. & ibi addentes in lit.D. de noui. oper. nuntiat.Mãdell.consil.121.num.6. Vincent. Annibal.in addit. ad eũdem Mandel. consil. 769.num.4. lit.A. Surd. consil.25. num.31. lib.1. [maxime quia tractatur de regimine animarum, idem Author de Grasso in tract. de effectib.cleric. in præud.num.100.] Et

66 præcipuè † in materia iuramenti, c.licet mulieres, de iureiur.in 6. [Seraph.de priuileg. iurament. priuileg. 66. Mancinus de iurament.effect.219.n.1. Fontanell. de pact.nuptial.claus.4.glos.14.par.2.nu.59.] Matth. Coler.in tract. de process. exequut. p.1.cap. 10.num.215. Vvesembech.consil.52.num.

67 32. lib. 2. cum † iuramentum spectet ad Ecclesiam, cap.venerabilis, de elect.Surd.cons. præd.n.30. [Peregr.consil.77.num.30.Anchar.consil.382.num.5. Tusch.in lit.I. cõcl.

68 496. num.4.] & ideo debitor † non potest cõtrauenire cõtractui iurato, nisi prius absolutionẽ ab ipso iuramẽto impetrauerit, cap.si verò, de iureiur. cap. ad aures, vbi hoc not. DD.quod met.causa. Maranta d. consil.39. num.10.Mãdell. cons.77. num.17. [Matth. Brun. cõsil.144. num.3.] quod seruatur in isto Reguo, vbi semper antequam debitor agat, petit absolutionem prædictam ad effectum agendi.

69 Quæro quartò, an ista exceptio † respiciat cõtractum, an verò instrumẽtum? Et dico, quod respicit cõtractum, & nõ instrumẽtum. Bald.in l.1.in fine, C.plus vale. quod agitur. Corn.cons.241.n.8.vol.1. Gram.cons.95.n. 11.in ciuil.Maranta cons.39.n.8.

70 Quæro quintò, quibus modis dicatur iustus ad effectum annullandi contractum? Et dico, quod varijs modis, qui videri possunt apud Thom.Minad.cons.28.nu.2.22.& 26. Nattam cons.589.num.12.lib.3. & cons.50. num.11.lib.1. Carol.Tapp.in repet.Authẽt. ingressi, in verbo, ingressi, cap.12.per totum, Sfort. Odd. in tract.de restit.in integ. quæst. 7.num.96. Gramm.dec.5.num.4.8. & 30. & dec.19. n.12. 16. Rebuf. consil.68. num.21. [Bim.cons.221.num. 59.Morot.cõs.75.n.6. Ceuall.comm.contra comm. quæst.825. nu. 41.& debet esse cruciatus corporis. Farinat. dec.260.num.11.in fi. lib.2. consil.crimin.] Honded.cons.29.n.28.lib.1.Soc.iun.cõs.77.

per

per totum,lib.1.Loffred.conſ.17. n.3.17.19 20.& 38.vbi n.15. dicit, quòd hoc relinquitur iudicis arbitrio,qui conſiderare habet factum, & qualitatem contrahentium. Quod etiam dixerunt Oddo d.q.7. num. 72. Pariſ. conſ.5.nu.172.lib.4. Menoch.in tract. de arbit.iudic.caſu 135.per totum. Gramm. conſ. 91.n.13.in ciuil.& deciſ.103.num.19.20. & 56.Surd.dec.94.n.30.

71 Quæro ſextò, † an proteſtatio contrahentis ſit neceſſaria ad probandum metum? Et reſpondeo, quod ſecundum aliquos eſt neceſſaria,ita vt ea ommiſſa non poſſit allegari metus.Bal.in tract.Sciſmatis, poſito poſt Rubr. C. ſi quis aliq. teſtari prohib. Alex.conſ. 146. num.3. lib.5. Soc.ſen. conſ.45.num.1. Crauet.conſ.120. num.31.lib.1.& conſ.461 num.4.lib.3. Tiber.Decian. conſ.41. nume. 122.lib.2. Honded. conſ.29. num.12. lib.1. Seraph.in tract.de priuileg. iuram. priuileg. 110.n.17. [Baldaſſ.Mongol.de metu c.10. §.3.n.16. & quando probat Alex.35. variar. reſolut. lib.1. de his quæ vir metus cauſa reſolutio.1.n.37. cum ſequent.] Contrariam tamen opinionem,quod immò non ſit neceſſaria dicta proteſtatio,tenuerunt Decius cōſil.219.num.13.& in l.in omnibus, nu.11. & 12.ff.de reg. iur.& in cap. fi.de appell. Mandell.conſ.77.nu.15.Conan.in tract.de pactis lib.1.cap.6.num.149. Sed ex quo prima opinio eſt communior,* & tutior, ab ea non recederem tum in iudicando,tum etiam in conſulendo.

72 Sed † ſi talis proteſtatio non poteſt fieri parte præſente,propter metum,& imminens periculum,ſufficit vt fiat parte abſente, Dec.in l.pacta nouiſſima, circa fi.ff. de pact. Mandell.conſ. præd.nu.16.glo.in cap.1. vbi omnes Scribentes, de his quæ vi, metusve cauſa fi.Din.Bal.Paul.de Caſt.& Imola,in l. qui in aliena,§.fi.vbi etiam Iaſ.num.40.ff.de acq. hæred. Natta conſ.451.num. 22. lib.2. vbi alios allegat. Rim.iun.conſ.362.nu.85. lib.4. Crauetta dicto nu. 3. [Flam. de Rubeis conſ.59.nu.52.lib.2. & ſola proteſtatio non probat metum,Pariſ.conſ.10.nu.36.lib. 1.Surd.conſ.513.nu. 14.Farin.dec.242. n.3. cum ſeq.in fin.lib.2.conſil. criminal. Ceuall. comm. contra comm. quæſt.825.num.55.] Honded.eodem conſ.29.num.53.lib.1. Marius Anguiſſ.conſ.181.num.7. qui addit hoc

73 procedere, † niſi pars veriſimiliter timeret, quod illa proteſtatio reuelaretur parti metū inferenti, & ſic non audet proteſtari, & tunc procedit ſecunda opinio,quod non eſt neceſſaria proteſtatio, ita dixit Gloſ.1. & Abb. in cap.1.quod metus cauſa. Bart.Abb. Innoc. Dec. Iaſ. Aret. & alij allegati ab Honded. d. conſ.29.n.56.

74 At vtilius eſſet facere aliquam proteſtationem, † ex quo ipſa proteſtatio iuſtificaret metum, & facilitaret reſciſionem cōtractus.Surd.dec.192.n.26.Maſcar.ī trac. de ꝓbat.cōcl.1051.n.1.Ripa in c.cum M.Ferrarienſis,n.93.de conſt. Io.And.in c.fi.de appell.Ang.in l.metū,la 3.ff.quod metus cauſa. Dec.in d.c.fi. n.6.de appel.Ceſal.cōſ.654.n. 44.& ſeq. lib.5.Hond.d. conſ.29.n.55.lib.1. Crauet.conſ.114.n.6.lib.1.Decian.conſ.30. n.19.lib.4. [Farin.dec.270.n.5.in fi.lib.2. conſil.crim.Maſcard.concl.1242. num.21.]

75 & hoc etiam procedit, † ſi proteſtatio ſequatur poſt contractum, quia adhuc pręſumere facit contractum fuiſſe per metum celebratū.Pariſ.cōſ.60.n.31.& 41.lib.4. Pet.de Barbo.conſ.24.n.7.inter cōſ.crim.diuerſ.Dec.& Cagnol.in l.in omnibus cauſis, ff. de reg.iur. Monter.dec.Aragon.45.n.23. [Grat.diſcep. c.524.n.31.32.& ſeq.]

76 Et aduerte,qđ ex ſola ꝓteſtatione facta per cōtrahentem, non inducitur probatio metus, Maſcard. concluſ. prædict. nu.9. Honded.d.cōſ.29.nu.54.lib.1. Mari.Anguiſ.conſ.48.n.20.Ripa,loco pręd icto,nu.91.& 92.Ceſal.conſ.654.n.46. lib.5. Alba conſ. 198.num.32. lib.1. quicquid tenuerit Surd. conſ. 395. nu.28. lib.3. [Ripa in cap.cum M. Ferrarienſ. num.91. cum ſeq. de conſtit.Alb.conſ.77.n.15. Maſcar. concl. 1242.num.20.]

77 Sed ſi † cum proteſtatione cōcurrerent aliæ veriſimiles cōiecturæ, tūc proteſtatio,quę aliàs per ſe ſola nō probabat plenè, & ſufficiēter metum probaret, eſt doctrina Innoc.in cap.cauſa matrimonij,de offi. deleg. vbi Abb.& Dec.nu.5. Angel.in l.metum autem, ff. quod met. cauſa. Pet.de Barbo.d.conſ.24.nu.14. inter conſ.crim. diuerſ. Monter. in d. dec.45. num.26.] Bero.conſ. 35.n.20.lib.1.]

78 Quæro † ſeptimò, an actus dicatur meticuloſus,ſi metus non inferatur ipſi contrahēti, ſed ſuis conſanguineis,& coniunctis? Et reſpondeo, quod ſic.Bal.in repet.l.1.n.1.C.

vnde

vnde vi,& in l.1.num.2. C. de indic. viduit. tollen.Rolan.conf.2.nu.62. & feq.lib.1. Bar. in l.de pupillo,§.fi quis ipfi prætori, n. 18. ff. de noui oper.nunc.Rota Rom.dec.465.n.1. in nouiff. Fel.in c.Ecclefiæ S.Mariæ, nu.99. de conftit. Mafcard.d. concl. 1051.num.25. Curt.iun.conf.257.num.31.lib.3. Surd.dec. 101. num.12. vbi alios allegat. [Io.Franc. Leoni.Thefaur.fori ecclefiaft.p.3.de excommunic. c.38. n.60.]

79 Quæro octauò, quod † fi contractui non præcefferunt minę, vel verbera, [quia paria funt quod quis compellatur,& timeat cópelli,Parif.conf.139.n.14.lib.4.] fed importunæ preces illius,cui reuerentia debetur, an talis contractus dicatur meticulofus? Et refpondeo,quod fic.Soc.fen.conf.263.nu.2. & 8. lib.2.Iaf.in §.quadrupli,nu.66. Inft. de actio.Paul.de Caft.conf.74. vol.1. Aret.conf. 141.nu.18. [Surd.conf.513.n.10.Farin.decif.112.n.3. in fin. confil. crimin. lib.2. Hieron.de Laurent.dec.Auenion.72.n.4.Intrigl.conf.6.nu. 103.] Ripa in lib. 3.Refponf. tit.de reuoc.donat.c.15.n.8. Ofafc.dec.179. nu.4. Curt. iun.conf.141.nu.17.& 18.lib.2. Mandell. conf.77.n.10.lib.1.Intrigl.in trac. de cafib.confcien.cent.1.cafu 41.n.42.Mandell.conf.77. nu.10.lib.1.Neuiz.conf.22.nu. 22.Honded.d.conf.29.n.34.Th. Triuifan.in tract.de fponfal.priuil.7.nu.28. vbi loquitur in patre vel matre deprecante filiam, vt matrimonium contrahat, Monald.conf.5.num. 48.lib.2. Menoch. in tract. de præfumpt.lib. 4. præfumpt. 11. nu. 10. quæ conclufio tanto clarius procedit, fi is qui precatur, effet Princeps,vel alia perfona potens, qui eorum voluntatem non obfequentes tyrannicè tractare confueuerunt. Io.And.& Abb.in c.fin.qui clerici,vel vouen. Fely.in c.1.de offic.deleg. Summa Angel. in verbo,metus,n.2. Summa Syluest. in eod. verbo,q.2. Dec.in l.in omnibus, nu.4.ff.de reg.iur. Suarez alleg.24. Afflict.dec.69. Crauetta conf.11. nu.17. lib.1. Carol. Tappia, in repet. Authen. ingreffi, in verbo,ingreffi, c.12. num.23. Thom. Triuif. in tract.fponfal.priuil.7.nu.29.Maranta cóf. 39.nu.21. [Muñoz de Efcobar de ratiocinijs c.19. n.63.p.1.]

80 Quæro nono, † an poffit renuntiari huic exceptioni metus? vide dicta per Vinc. de Anna alleg.114.num. 6. lib. 2. vbi examinat iftam conclufionem,& vltimo loco tenet,quòd non; fed eum intelligas, fi renuntiatio fiat vno eodemq; inftrumento cum obligatione, fecus fi fiat in alio inftrumento feparato, & non perfiftat eadem caufa metus.Matth. Colera in tract. de procef. exequut. par.1.c.10. num.222.

81 Quæro decimò, † quanto tempore præfcribatur iuri dicendi de metu? Et dico, quod ad hoc funt videndi, Bald. conf. 189. lib. 5. Dec.conf.272. n.8. Anna fing. 341. qui omnes concurrendo cum Baldo tenent, quod præfcribitur fpatio triginta annorum. [Sarment.in lib.2.felectar.,cap.11.nu.8. Baldaff. Mongollon de metu c.12.n.19.& 20.]

82 Quæro vndecimò, vtrũ † contractus metu celebratus cenfeatur approbatus, fi contrahens poftea recepiffet,vel foluiffet pecuniam in eo promiffam? Refpódeo,quod non. Bar. Bal.& ceteri omnes, in l.2.de ijs, quæ vi metusue caufa fiũt.Fräc.Aret.cóf.14.n.19. Soc. iun.conf.77.nu.65. & 66.lib.1. [Profper à Petra in addit.dec.Gramm.dec.103.n.50.& contractus metu celebratus dicitur contractus, & tenet donec refcindatur actione quòd metus caufa Hieron.Fernand.de Otheio variar. quæftion. p.2. q.40. nu.5. & 6. Intrigl. fing.62.n.1.lib.3.& femel illatus durare præfumitur Menoch.conf.1.nu.287. Surd.conf. 513.n.43.Farin.dec.263. n.1.in fi. conf.crimin.lib.2.& dec.286. nu.4. in fin. dict.lib.2. Alb.conf.78.nu.11.] Viuius dec.105.nu.5. vbi teftatur de comm.* opi.& dicit quod ita fuit iudicatum in audiẽtia Apulię, Boer. dec. 100.nu.15.& 16. vbi alios allegat Alex.in l. fi cum dotem §.eo autem tempore,n.2.ff.fol. matrim.Brun.à Sole,q.51.n.194. [Maftrill. dec.186.nu.14. Surd. conf.513. num.16.44. nec per quemcũque actum neceffarium, Farin.dec.263.in fi. n.3.cóf.crim.lib.2. Sicard. cóf.7. nu. 27. Alex. 35. variar. refol. refol.8. n.1. cum feq.]

83 Quæro duodecimò, † quid fi poft contractum meticulofe celebratum, contrahens ipfe faciat aliquem actum voluntarium, qui téderet ad corrobationem, cófirmationem,vel approbationem contractus ita celebrati, an tali cafu cenfeatur approbaffe prædictum cótractum meticulofum? Et dico,quod fic,per cap.

cap. 1. vbi omnes Scribentes, de ijs quæ vi, metusve causa fiunt. & per l. 2. C. quod metus causa, & per l. pen. vbi Ias. nu. 1. ff. de condict. ob turp. caus. Honded. cons. 23. n. 5. lib. 1. [Surd. cons. 513. nu. 42. qui videtur contrarium tenere ex ratione per eum adducti quod sicut fuit coactus vendere per metum ita & pretium recipere, & metus non purgatur ex lapsu longi temporis, Purpurat. cons. 367. n. 67. addit. ad Nicol. de Milis in vers. metum iustũ Morot. cons. 75. n. 9. & cons. 28. n. 14.] Intrigl. cons. 6. n. 106. & 107. & ratio cur differat decisio istius quæstionis à præcedenti, est, quia in præcedenti contrahens facit actũ necessarium, ad quem tenebatur ex forma dicti contractus, hic verò facit actum omninò voluntarium. Intellige † modo prædictam conclusionem, quod faciens actum voluntarium, censeatur approbare actum meticulose factum, vt non procedat, si tempore actus gesti durabat eadem causa metus propter quã contraxit. Abb. in c. 2. quod met. cau. Alex. cons. 98. n. 7. lib. 3. Dec. cons. 219. n. 7. & in l. in oĩbus, n. 14. ff. de reg. iur. Ias. in præcit. l. 2. n. 2. Crot. cons. 106. n. 24. & cons. 172. n. 125 Hõd. d. cons. 23. n. 40. lib. 1. [Osasc. dec. Pedem. 77. nu. 8. cum seq. Ioseph. Ludouic. dec. Lucens. 18. n. 1. Farin. dec. 20. nu. 2. in addit. lib. 1. consil. crimin. Rim. iun. cons. 295. n. 75 Gozadin. cons. 9. nu. 19. Paris. cons. 58. n. 69. lib. 4. Sicard. cons. 7. nu. 2. de testam. Cepoll. cons. 16. n. 38. lib. 2. Morot. cons. 75. n. 9. Marsil. sing. 325. Leonin. cons. 20. Sesse dec. 60. num. 16.] Gayll. in pract. obseru. lib. 2. obser. 93. n. 30. Conan. in tract. de pact. lib. 1. c. 6. num. 47. vbi dicit, quod mulier promittens aliquid metu mariti, excusatur toto tempore vitæ ipsius mariti, si non prouocauit ad iudicium, quasi semper videatur timuisse maritum, quia eadem causa durante, nũquam ex subsequentibus actibus metus dicitur purgatus. Bar. in d. l. 2. num. 7. C. quod met. causa, vbi etiam Bald. nu. 10. [Purpurat. cons. 579 nu. 6. 7. 12. & 15. Alex. cons. 1. n. 3. lib. 3. Paris. cons. 139. n. 25. lib. 4. Morot. cons. 75. n. 9. M. Ant. Genuens. in praxi Archiepisc. cap. 87 n. 21. Farin. dec. 58. n. 7. in fi. cõs. crim. lib. 1.] Alex. cons. 98. n. 7. lib. 3. Ias. cons. 165. num. 5. lib. 2. Crauet. cons. 886. nu. 4. lib. 5. Roland. cons. 2. n. 87. lib. 1. vbi dicit hoc procedere, etiam stante cursu longissimi temporis, cum alijs adductis, & allegatis per eundem Honded. d. num. 40. & per Mascard. in d. tract. de probat. concl. 1054. nu. 36. & per Monal. cõs. 13. n. 8. lib. 1. & per Ann. sing. 341. & alleg. 114 n. 4. & per Rebuf. cons. 68. nu. 26. Et ideo ex hoc DD. inferunt, † quod si reus metu tormentorum confitetur aliquod delictum, licet postea confessionem ratificet, [Et quando annullet confessionem Battender regul. 49. Cartar. in tract. de interrogandis reis fol. 222 n. 146. Tiraq. de pęn. temper. caus. 30. nu. 1. Silua nuptial. lib. 1. ante n. 64. Ferrett. de inimicitijs occultis n. 28. Brun. à Sole q. 51. nu. 164. Marsil. in l. 1. n. 31. ff. de quæst. & cõs. 22. num. 8. Brun. in tract. de tortur. p. 2. num. 38. Calefat. cons. 93. n. 19. inter consil. crim. diuersor. lib. 1. Brun. à Sol. in proposit. in verb. confessio facta metu Ferrett. cons. 51. n. 1. lib. 2. decis. Auenion. 15. n. 2. Sim. de Præt. cons. 191. n. 19.] tamen si talis ratificatio fiat coram ijsdem tormentis, non tenet, quia præsumitur durare adhuc eadem causa tormentorum. Io. And. in c. cum in contemplatione, de reg. iur. August. de Arimino in addition. ad Ang. Aret. in tractatu de malef. in verbo, fama publica, post nu. 117. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 64. vers. debet quoque, Cartar. in pract. de interrogand. reis, lib. 4. cap. 1. n. 146 Polid. Ripa in tractatu de nocturno tempore cap. 85. n. 5. & dicam latius in tractatu de effectibus, in titu. de effect. metus, §. 2. [Addentes ad Clarum in d. q. 64. in lit. Y. & ibi Baiard. n. 142. Ant. Scapp. de iure non script. lib. 5. c. 75. nu. 4. Brunor. à Sole q. 51. n. 184.] Ex quo ratificatio † non dicitur sponte facta quando quis eodem timore inducitur ad ratificandum quo fuit inductus ad contractum vel confessionem faciendam, l. doli, §. diuersum, ff. de doli except. Innoc. in c. sollicitè, de restit. spol. Franc. Aret. cons. 14. n. 18. Brun. à Sole in compend. resolut. proposit. iur. in verbo, actum dici non posse. [Farin. in crim. q. 37. n. 97. cum seq. Menoch. de arbit. cas. 38. n. 2. à Sole vbi sup. & in proposit. in verb. ratificatio non validat.]

Et vt finem imponam materiæ præsentis exceptionis, dico, quod metus † præsumptio excluditur istis præcipuis coniecturis, videlicet, per præsentiam iudicis interuenientis in

O ipso

ipso actu.Bart.in l.fi. §.1.n.2.vbi etiam ceteri Scribentes, ff.quod metus causa. Idē Bart. in l.frater à fratre,n.51.ff.de condict.indebiti. [Io.Aloys. Ricc.dec.45.n.2.p.3.& maxime vbi ius dicitur, vt ibi Ricc.n.4. & purgatur metus varijs modis relatis à Baldass.Mongoll.in tract.de metu c.12. per tot. Mandell. Alb.cons 11.nu.10.de Leonardis in praxi c. 17. nu.8. & ratio est, quia metus non præsumitur nisi de eo appareat Cæphal. consil.91. n.3.Rim.iun.cons.42.n.56.Paset.cons.147.] Alex.cons.83.n.26.lib.3. Mantu.cons.11. n. 12. Bero.cons.40.nu.27.lib.1.Eugen.cons.3. nu.72. Maluas.cons.65.n.23.Fabian.de Mōte,in tract.de emption. & vendit.q.5. n.103. Iodoc.Damhuder.in tractatu de subhast.c.2 n.29.Paris.cons.10. n.55. lib.1.& cons.139. n.24.lib.4.Gram.cōs. ciuil.147.n.27. Osasc. dec.142.n.9.Thennin.in prac.caut.305.n.9.

89 Secundò † excluditur præsumptio metus, si contractui fuerunt præsentes consanguinei contrahentis, Bart.in l.transanctionem, n. 1. vbi omnes DD. C.de transact.Soc.iun.cons. 144.n.4.lib.1. & cōs.67.nu.40.lib.2. Eugen. eod.cons.3.n.71.Maluas.d.cōs.65.n.23. Barbat.cōs.vlt.in fi.lib.2.Mascar.in tract.de pb. concl.1051.n.23.& concl.437.n.1.& seq.Paris.cons.139.nu.23.lib.4.Marsil. sing.417. & sing.673. D. Nepita super Consuet.Cathan. titu. 19. num. 84. Borell. super Pragmatica Odia litium,§.1.gl.3. n.97. Gramm. dec.66. n.9. D.Intrigl. cons.6.n.105.lib. 1.Crot.cōs. 182. num.7.lib.2.Alciat. in tractatu de præsumpt.regul.1.præsump.21.num.1. Tiraq.in repet. l.si vnquam,in verbo, susceperit liberos,nu.297.C.de reuocan. donat. Boer. dec. 100.num.7. [Carol.de Grass. Author in suo tractat.de amicitia n.191. vbi plures allegat Io.Franc.à Ponte cons.17. nu.81. lib.2. Baldass.Mongoll. de metu, c.2.§.7. n.15. à Sola super constit.Sabaud. fol.74. glos.tua tit. de minoribus, Cott. in verb. presentia Maluas. cons.65. n. 23. Farinac. dec.198. n.9. in fin. lib.2.cons.crimin.vbi etiam ex præsentia iudicis Paris.cons.10.nu.52. lib.1. Ruin. cons. 122.n.12.lib.4. Ant.à Gama dec.346.nu.5. Tusch.in lit.M. concl.223.n.11, & 12.Tiraq. de legibus connubial.glo.5. nu.37. fol.200. Borell.super pragmat.§.1. glo. 3. n.97.] sicut

90 dicimus in simili, quod † præsentia propinquorum pupilli in contractu gesto per tutorē,facit cessare præsumptionē doli, vel culpæ.Bal. in l. Polla,nu.3.C.de his,quib. vt indig. vbi omnes Scribentes. Boer. super consuetud.Bituricens. tit.1.§.7. circa finem. Cepolla,cautela 24. [a Ponte cons.17. nu.81. lib. 2.Nepita in consuetud.Catanæ consuet. vnica tit.19. n.84. Dec. cons.232. num.3.] Brun.à Sole,in compēd.resolut.proposit. iur. in verbo,metus præsumptio,in fine,Bertazz. in tract.claus.claus.110. glo.13. num.1. cum alijs allegatis per Caualc. in tract. de tut. & curat.nu.111.vbi num.112. concludit,quod

91 quilibet actus † factus coram consanguineis & propinquis,presumitur factus sine fraude, metu, & dolo, nisi contrarium probetur. Li-

92 mitabis † tamen supradictam conclusionem quando ex contractu facto coram consanguineis, eueniret enormis læsio ipsi contrahenti, Paul.de Cast. cons.177. vol.1. Franc. de Aret.d.cons.14.Rui.cons.98.& cons.170. vol.1.Marsil.sing.673. Alciat. in tractatu de præsumpt. reg.1. præsumpt.21. nu.17. Boer. dec.100.nu.9. Mascar.d.concl. 1051.nu.27. lib.2.Maluas.d.cons.65.n.23. Marcell. Calà in tract.de modo articul.& probandi, glo.5.

93 num.1058. Secundò † limitabis dictam conclusionem,quando tractatur de excludendo metum reuerentialem, DD. omnes in præcitata l. transactionem, C. de transact. Tiraq. in legibus connubial.glos.5.num.37. Tertiò

94 † limitabis,quotiescumque quis contraheret cum tyranno,vel alio cui consanguinei de facto resistere non possunt,quia tali casu metus contrahentium non excluditur per præsentiā ipsorum consanguineorum. Ang. cons.215. nu.1.Natta cons.50.n.19.lib.1. Iason in d.l. transactionem,num.1.C.de transactio. Dec. cons.219. in fi. Marsil.sing.528.& sing.673. Boer.d.dec.100.n.8.Mascard.d.concl.1051. num.24.Calà,loco citato, nu.1057. Quartò

95 † limitabis,quando negotium in instrumento deductum spectat, aut reddundat ad commodum consanguineorum, qui celebrationi contractus interfuerunt. Bartol.in l.viduę nu.3.C.de emption. Calà, d. glos. 5. n.1059. Bernar. Alfan. in Collect. iuris ciuilis,n.217

96 Tertiò excluditur præsumptio † metus, si contraheretur coram amicis,& honestis personis. Bar.in princ.& alij omnes,in d.l.transactio-

factionem, la 2. C. de transact. Ias. cõs. 3. n. 18. vol. 1. & cons. 158. nu. 4. vol. 2. Ang. in l. quæro, §. 1. de ædilit. edict. Neuiz. cons. 46. n. 21 Brun. à Sole in compend. resol. proposit. iur. in verbo, metus præsumptio, Paris. cons. 96. nu. 42. lib. 1. Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 21. nu. 17. Bertazz. in tract. claus. claus. 10. gl. 13. n. 1. Thennin. in pract. caut. 305. quæ est vltima, n. 5. & 6. Butr. in c. causam matrimonij, nu. 15. & ibi I. nola n. 4. de offic. deleg. Alex. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, n. 11. ff. solut. matrim. Ias. & DD. cõmuniter * in d. l. Polla, C. de ijs, quib. vt indig. idem Ias. in l. 1. nu. 16. C. de transac. Connan. in tract. de pact. lib. 1. c. 6. nu. 151. [Farin. dec. 20. n. 2. in fi. lib. 1. consilior. crimin. Vital. Camb. in tract. clausul. tit. de metu vxoris, n. 6. fol. 289. Intrigl. cons. 6. n. 105. Rimin. iun. cons. 42. nu. 56. Ant. à Sola in cõstitutione Sabaudiæ tit. de minoribus, ac eorum inuentio. glos. vna, n. 4. fol. 95. idem Author de Grassis in tract. de amicitia in 59. effectu, vbi plures allegat. Sesse dec. 60. n. 5.]

97 Quartò † excluditur præsumptio metus, si contractus fuisset celebratus in loco insigni. Ant. de Butr. in c. super hoc, col. 7. de renunci. Alber. in l. 2. C. quod metus causa. Picus in l. interpositas, col. 5. C. de transact. Neuiz. d. n. 21. Socin. iunior cons. 5. nu. 14. lib. 3. Passett. cons. 147. nu. 9. [Nicol. de milis in suo repert. in verb. metus si allegatur Intrigl. cõs. 6. nu. 105. cum seq.]

98 Quintò, † & vltimò excluditur præsumptio metus, quando contrahens, postquam cõtraxit, peruenit ad locum tutum, & nõ est protestatus se metu contraxisse in tali loco contractus, Ias. in l. qui in aliena, §. Celsus, n. 28. ff. de acquir. hær. & in l. non solum, § morte, num. 17. in fine, ff. de noui oper. nuntiat. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 126. num. 34. Sed aduertendum est, quod istæ

99 † præsumptiones non tollunt, quin possit probari contrarium, hoc est coacta voluntas contrahentis, Corn. cons. 124. nu. 5. in fi. & nu. 6. lib. 3. Paul. de Castr. cons. 174. num. 2. lib. 1. Curt. sen. cons. 27. nu. 38. lib. 1. Ruin. cõs. 98. nu. 24. & seq. lib. 1. & cons. 140. nu. 10. lib. 4. Cefal. cons. 142. n. 53. lib. 1. Crauet. cons. 889 nu. 2. lib. 5. Gramm. dec. 103. nu. 65. Boui. in tract. de statutar. Vrb. præscript. gl. 5. nu. 13. in fi. Honded. cons. 29. num. 52. lib. 1. [Menoch. de præsumpt. præsumpt. 89. n. 6. lib. 4. Mascard. concl. 1220. n. 15. & conclus. 1221.

100 nu. 87.] & ratio est: quia † præsumptiones cedunt veritati. Dec. cons. 400. n. 8. Crauett. cons. 35. num. 6. Roland. cons. 99. num. 10. & seq. lib. 1. Caualcan. in tract. de tutor. & curatore, nu. 112. [Gratian. discept. c. 243. n. 82 Aldou. cons. 34. nu. 20. Surd. cons. 7. nu. 61. & cons. 61. n. 48. Menoch. præsumpt. 145. nu. 4. lib. 3.]

Vnum non omittam, quod est valde vtile ad materiam istius exceptionis, scilicet,

101 † quod hæc exceptio metus, non solum põt opponi per eum, qui metum contraxit, verũ etiam per suos fideiussores, l. exceptiones, ff. de exceptio. l. si cum exceptio, §. Labeo ait, ff. quod metus causa. Natta consil. 50. nu. 20. lib. 1. [quod exceptio quæ competit principali an competat fideiussori, Gratian. discep. cap. 799. n. 53. Barz. dec. 56. n. 18. Moscatell. de fideiussor. q. 8. n. 1.]

Aliud etiam non omittam, scilicet, quod

102 † paria sunt, aliquid fieri per metum, vel per probabilem metus suspitionem. Alex. consil. 99. n. 7. vol. 3. Paris. cons. 53. num. 57. vol. 3. Cotta in memorial. in verbo, conductor. Neuizan. cons. 46. nu. 3. Surd. dec. 194. [idem Surd. cons. 337. num. 40.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio simulationis non censetur exclusa à Statuto excludente omnes exceptiones. Amplia vt nu. 3.*

2 *Exceptio simulationis quãdo admittatur aduersus executionem census Bullaris.*

4 *Instrumentum simulatum, non dicitur instrumentum.*

5 *Statutum loquens de instrumento, non intelligitur de simulato.*

6 *Instrumentum constat non esse instrumentum, eo ipso quod apparet de simulatione contractus.*

7 *In instrumentis, & contractibus simulatis deficit consensus.*

8 *Contractus simulatus est tanquam corpus sine anima, & ipso iure nullus, num. 9. & non habet substantiam, & est veluti coloratus, & depictus, n. 10. & 12.*

EXCEPTIO DVODECIMA.

Simulationis.

1 DVodecima exceptio, † quæ non censetur reiecta à Statuto reijciẽte omnes exceptiones, est exceptio simulationis. Bart.in l.1.§. & parui,n.4.ff.quod vi,aut clam.Bal.in l.fin.§. in computatione,nu.18. vbi adest additio in lit.C.& in l.precibus,in princ. C. de iure delib.& in l.si nõ verum,C.de don.inter vir.& vxo.& cons.118.vol.4.Fulgos.cons.134.circa fi. Abb.cons.73.vol.2.Alex.cons.101. nu. 5.vol.3.Soc.sen.cons.27.n.30.vol.4.Gabriel cons.3.n.9.lib.2.Barbat. cons.27. lib.5. & in c.ad nostram,col.2.de empt.& vend.Marsil. in tract.de bannitis, in verbo,omnia,nu.24. Corbol.in tract.ex quibus causis emphyt.iure suo priuet. tit.de causa priuat. ob alienat. limit.23. num.2. Ias.in l.cum ea quæ, n.3.C. de transact.Fely.in c.ex parte,il 2.nu.13.vbi etiam Dec.n.62.de offi.deleg. Afin.in pract. §.31.c.37.Ant.de Cana.in tract.de exequut. instrumen. q.13. nu.31. vbi ponit vtilem distinctionem. Tiraq. in tracta. de retractu Lignagier,§.1.gloss.2.n.13. & 14. Anto.Massa in tract.de oblig.in forma Cameræ, p.4.q.2. nu.5. Benedict.de Barz. in tractatu de instrument.guarentig.p.3.q.2. Horatius Carpan. super Stat.Mediol.lib.1.c.42.nu.192. Imola & Felin. in c. cum Ioannes, de fide instrum. Luc.Petus, in pract. Capitolij, lib.3.c.2.n.16 Ludouic.Alfer.in addit.ad cons. And. Alfer. ad cons.39. n.1. lit.A. cum alijs adductis, & allegatis per D.Cumiam super ritu istius Regni Siciliæ, cap.16.nu.65. Bernard.Pand. in tract.de præsent.instru. par.5. declar. 19. Et licet Bart. in d.nu.4.& ibi addition.in lit.D. dicant, quod ad hoc vt possit opponi exceptio simulationis, debeat esse probata præsumptione iuris, & de iure tamen hoc non est verũ, per ea quæ dicunt præcitati DD. [Pereg. dec.148.n.2. Scip.Rendin.in promptuar. in tit.de exception. num.10. Aldou. de Aldou. cōs.69.n.21. Alex.35.var.resolut.resolut.1. n.9.

n.9. de simulatio. lib. 1. v. in hac materia. Alex. Picus dec. Lucens.33. & dec.70. etiam in literis cambij Io. Batt. Cauatius de cābijs tit.de exceptionibus vers. quæro extat statutum fol.236. Intrigl.super Bulla q.46.nu.11. & 12. contrarium videtur Tusch.in lit.S. cōcl.266. nu. 42.] & admittitur † ista exceptio etiam contra exequutionem cēsuum bullarium, si reus præueniat in exceptionibus, implorando officium iudicis. Intrigl. in suis quæst. Bull.q.65.n.6.Milanēs.dec.7. n.2.& 3 lib.2.secus si fuisset incœpta executio. Septimus super eadem Bulla, in 4. arg. Milanens. dec.13.n.64.eo.lib.2. [Mastril.dec.157.n. 19. Giurb.dec.44.n.3. Iac.Gall.cons.37.n.5. admittitur etiam præsens exceptio aduersus confessionem dotis. Bim. cons.296. nu.13. à à Ponte cons.43. nu. 2. lib.2. etiam aduersus viam exequutiuam obtēta absolutione à iuramento Cęuall.comm.cōtra commu.q.804 n. 14. & an talis exceptio retardare debeat exequutionem liberarum cambij Io. Batt. Cauatius de Cambijs.tit.de exception. vers. quæro an posita exceptiones fol. 236. Bero. cōs.211.nu. 11.lib.3.& an admittitur aduersus instrumentum habētem obligationem iuxta formam Ritus, & obligationem Cameralem,& iuramentum Farin.dec.78.nu.4. in fi.& ibi Addēt.in lit.C.in dec.post cōs. crim. lib.1.] & in tantum est vera conclusio prædicta. vt hæc exceptio admittatur nō obstāte statuto prædicto,quod procedit,† etiam si statutum admitteret aliquas exceptiones tātum,& reliquas excluderet, quia nec isto casu cēsetur exclusa exceptio simulationis, Bal. in d.l.si nō verum,vers.nota,C.de donat. inter virum & vxor. Ias. in l.nemo potest, nu.43 & Ripa,n.66.& Io. Guttier.nu.375. ff.de leg. primo, vbi dicit,quod hęc opinio, quę est cōtra Bart.est communis,* & allegat Anto.de Meneses,& Auēdan.Hispanos, [& quando est clara retardat exequutionem. Gratia. discept.c.264.n.45.] & ratio cur hæc exceptio non censeatur exclusa potest assignari.q a † instrumētum simulatum nō dicitur instrumentum, Bal.in l.1.C.plus val. quod agit,& in l. fi. §. in computatione, de iure deliber. [Cauatius in suo tractat. fol. 172. col. 1. in princ. Ruin.cōs.142.nu.5. lib.1. Paris. cons. 86.n.23.& 24. lib.3.Gratian.discept. c.317. nu.14.Tusch.in lit.S.concl.265.nu.1. Paris. cons.54.nu.26.& 27.Soc.cons.65.nu.14.lib. 1.Bec.cons.52. nu.35. lib.1.Ioan.Bott.cons. 59. nu. 40. & quid si in parte est simulatum & in parte non an dicatur nullum Tiraq. in tract.de ligna.§.1.glo.2. nu.14. idem Bott.d. nu.46.] Barbat.cons.79.num.6.inter cons. Calcan.Corbol.d.num.2.Seraph.in tract.de priuil.iurament.priuil.59.nu.13. Barbat.cōsil.22.n.14.& 15.& cons.35.num.4.lib.4.Io. Franc.à Ponte cons.2.n.73.Matt.Colera in tract.de process.exequut.p.1.c.10.num.232. Nec Statutum † loquens de instrumento, intelligitur de instrumento simulato, Bal.Dec. Tiraq. & alij superius allagati,idem Bald.in d.§. in computatione.n.18.Calcan.cons.70. nu.6.Seraph.eod.nu.13. Asin.in tract.de exequut.in princ. c.13.n.1. [& de valido Roman.cons.42.n.3.vers.& hoc fundatur Tusc. in lit.E.concl.381.n.46.Carpan.in stat.Mediolan.in pręlud. n.788.] & eo † ipso quod constat de simulatione cōtractus, constat instrumentum non esse instrumentum, quamuis habeat figuram instrumēti, l. immaginaria,ff.de reg.iur. Matth.Brun.cons.68. nu.4. Roland.cons.47.n.3. & cons.76.nu.5. vol.4. Rim.iun.cons.160. num.19.lib.3. Asinius in tract.de exequut.in princ.c 13.n.2. vbi multos alios allegat. à Ponte,d.cōs.2.nu.73. Ex quo dico,quod cum ista exceptio reducat instrumentum ad non instrumentum, non est dubium quod debet admitti, cum exceptio quod non sit instrumentum,admittatur, per per ea quæ dixi supra, except.2. n. 3. & ratio rationis est; quia in instrumentis, † & contractibus simulatis deficit cōsensus, & deficiente consensu, deficiunt vires ipsorum, l. cōsensus, ff.de actionib.& oblig.l.emptione, vbi Bald.nu.1. C.plus vale. quod agit.& l.1. n.8.C.de oper.libert.& in l.fi. num.2. C. de non num.pecun. Bart.in d.§. & parui, nu.4. Abb.in c.ad nostram,nu.5.de empt.& vend. Ang.in l.fi. ff.qui satisd.cog. Paul. de Castr. in l.si quis pro eo,nu.5.ff.de fideiuss. Ias.in l. 2. col.fi. vers. sextò & vltimo, ff. de iureiur. [Soc.sen.cōs.66.n.14. lib. 1.Cuma.cōs.155. nu.2.Tusch.in lit.S.cōcl.265.n.4.Becc.cons. 52.n.37.Soc.cons.65.n.14.lib.1.] Seraph. d. priuil.59. nu.10. Purpurat.cōs.358.nu.2. Anna alleg.77. num.13. glo. in l. emptione, C.plus

C.plus val.quod ag.Idẽ Ias.in l.1. in fi. ff.de iureiur.& in l.nemo poteſt,in 1.Lectura,col. 8.ff.de legat.1. Paul. de Caſt. in l.ſi quis pro eo,col.1.ff.de fideiuſſ.Ruin.conſ.130.n.4.lib. 1.Caſſan.conſ.7.n.28.Gramm.dec.76.n.19. Pariſ.conſ.86.n.26.lib.3.Barbat.conſ.28.n. 14.lib.3.Becc.conſ.52.nu.107.& ſeq. Honded.conſ.46.nu.35.lib.1. vbi teſtatur de cõmuni * opinione. Immò † ſimulatus contractus eſt tanquam corpus ſine anima. [Panciról.conſ.149.n.16.Aldouin.conſ.69.n.17. Gratian.diſcept.c.317.num.14.Io.Pet.Bim. conſ.256.n.8.Rimin.iun.conſ.62.n.6. Tuſc. in lit.S.concl.257.nu.2.cum ſeq.& quando vnus contractus celebratur, & alius agitur in veritate Mart.de clauſ.p.2.clauſ.3.nu.10. & ex clauſulis inſolitis idem Mart.par.4.clauſul.18. num.2.Borgnin.decíſ.2. num.12. & dec.13.n.9.p.2.Crot.conſ.12.n.17.Bott.cõſ. 86.nu.38.] Tiraq. in tracta.de retractu lignagier,§.1.glo.2.n.14. Vinc. Annibal in addit.ad conſ.Mandell.conſ.9. num.1.lit.A. Io.Franc.à Ponte,d.conſ.2.n.7. & † ipſo iure eſt nulla,l.emptor,ff.de aqua pluuia arcenda,l.nulla,de contrah.empt.Alex. conſ.142. n.5.vol.5.Seraph.de Seraph.in tract.de priuileg.iuram.priuil.59.nu.11.Bart.& cet. in l. nemo poteſt,q.5.ff.de leg.1. [Hond.conſ. 40.n.9.& 10.lib.1.Gratian.diſcep.c.255.n. 31.& 32.] Pariſ.conſ.55.n.20.vol.1.Rim.iu. conſ.260.n.17.lib.3.Crot.conſ.51.n.5.lib.1

Et † contractus ſimulatus non habet ſubſtantiam,& eſt veluti coloratus depictus extrinſecus apparens, & intrinſecè nihil habens, Bal.in l.ab Anaſtaſio, not.4. C. mandati idẽ Rimin.conſ.260.nu.16.lib.3. [Pariſ. conſ. 54.n.26.lib.1.Soc.ſen.conſ.65. n.14.lib.1.]

19 Secundo exceptio † istius naturæ, est exceptio pretij non soluti, quę etiam nunquam censetur sublata à statuto reijciente omnes exceptiones. [Ant. de Butrio in c. cum Ioannes n. 8. vers. quæro, an emptor de fid. instrument. Alex. in l. filiæ licet, num. 3. C. de collation. & consl. 119. n. 2. lib. 1. Scipion. Rendin. in promptuar. tit. de statut. n. 18. Alex. 35. variar. resolut. tit. de exception. resol. 1. nu. 11. lib. 2. Blancus de compromiss. q. 4. nu. 53. Intrigl. super Bull. q. 46. nu. 9. & talis exceptio potest opponi etiam post sententiam Bertachin. in repert. in verb. exceptio quando opponi possit, nu. 87. Franc. Caldas Pereyra in Analitic. commentario c. 13. n. 27. Ferdinan. Bongior. super Bull. n. 25.] Frecci. in tract. de præsent. instrum. p. 7. q. 1. nu. 2. vbi ponit 20 rationem, quia ista exceptio † dicitur ortum habere ex eodem instrumento, ex quo nascitur actio, quod ante eum dixit Bald. in l. peremptorias, nu. 10. C. sent. rescin. & in l. 1. C. de iur. & facti ignoran. [Io. Aloys. de Septimo in tract. de censibus, n. 76. & in d. tract. Ant. & Blascus Lancea nu. 33.] Immò ista 21 exceptio † dicitur priuilegiata, sicut ipsa actio. Alex. consl. 95. & consl. 119. vol. 1. & cōs. 20. nu. 7. vol. 7. Frecc. d. nu. 2. Et licet ista exceptio pretij non soluti, non fuerit à parte op 22 posita, tamen si iudex † ex processu cognouerit, pretium non fuisse solutum, poterit ex officio supplere pro reo. Bald. in l. si pater, n. 2. C. de act. empt. Petr. Calefat. in repet. l. iurisgentium, nu. 70. ff. de pact. Roma. consl. 42. n. 4. & consl. 76. n. 8. qui mouentur per doctrinā eiusdem Bar. in l. cum qui, §. qui ita, ibi n. 4. ff. de verb. oblig. & hoc adaptatur ad nostrā Pragm. super Bulla, qua licet tollantur omnes exceptiones, attamen ista exceptio potest opponi, & non erit reijcienda, ideo si 23 fuisset facta subiugatio, & venditor † seu subiugās cōfiteatur habuisse pretium per tabulā, vel bancum, dum non cōstat de solutione facta per bancherium, emēs nō potest agere ad census. Mascar. in tract. de probat. concl. 385. [Gratia. discept. c. 325. n. 20. Prosp. à Petr. in addit. ad Grammat. dec. 59. n. 16. Milan. dec. 13. num. 123. lib. 2. Pet. de Gregor. super Bulla q. 9. num. 5.] quod procedit ēt in redemptione redditus iuxta formam prę- 24 dictam, in qua si emptor redditus † reuendat, & cōfiteatur habuisse pretium per bācum, semper currūt fructus, [Feder. Campixan. super Bull. n. 26.] dum pretium non est depositatum, & apodixia nō est facta bona, pro ut in istis terminis voluerūt Pet. de Gregor. in lectura super prędicta Bulla. in 9. q. princ. vers. secūdo infero. n. 5. [Illust. D. Vincētius Spuices, maximus aduocatus M. R. C. & integerrimus Regius Consiliarius in quadam allegatione, quam fecit pro Tho. de Bellissimis V. I. D. contra Carolum etiam V. I. D. & Io. Bernar. de Castillitta, qui mouētur ea ra- 25 tione, quia † relatum dicitur esse in referēte, l. asse toto, ff. de hęred. instituen. & nō constito de re, ad quam referēs se refert, nō dicitur cōstare de facto. Alex. cōsil. 66. in princ. lib. 1 [Crauett. cōs. 45. n. 4. Rimi. iun. cōs. 6. n. 108

Surd.conf.460.n.47.& conf.556.n.15.Hondcd.conf.73.nu.16. & conf.108. num.43.] Cephal.conf.156.nu.42.lib.2. & non soluto

26 pretio, non dicitur facta reuenditio. [Farin.dec.Rot. Roman.341.] DD. in l.à Diuo Pio, §.sed si emptor,ff.de re iudic.& vltra prædictas possunt adduci aliæ rationes,qua-

27 rum prima est, quia cancellatio † reducitur ad causam cancellationis,l.cancellationis, l. cancellauerat, vbi Bart. ff. de his quæ in testamen. delen. nu.2. Cepoll. conf.7. num.9. in Crimin.Surd.conf.16.nu.15.lib.1. & qđ

28 pretium sit † causa principalis, & finalis, ob quam fit cancellatio,Bal.in l.fi. ff.de accept. Franc. Monald.conf.93.nu.5.Becci.conf.45.

29 nu.30. vbi dicit,quod causa † finalis contractus est illa, sine qua quis aliàs contracturus non esset,vel eo modo non erat, nisi causa illa fuisset,Becc.dicto nu.20.Soc.sen.conf.26. nu.6. lib.3. [Fontanell. de pact.nuptial.p. 1.gl.9.n.28.Rim.iun.conf.820.n.23. Ioseph Gonzal. var.quæstionum cap.33. n.6. Muta super Ritu c.101.n.69.] ergo quis dubitat, quod causa, ob quam fuit facta cancellatio fuerit pretium promissum,& quod aliàs quis non contraxisset, ex quo nemo præsumitur velle vendere, seu retrouendere, & non habere pretium, cum nemo præsumatur velle iactare suum l.cum de indebito,ff.de probat. [Marius Giurb.dec.79.nu.11.& 25.& dec. 108.n.22. Iac.Gall. conf.43.nu.15.non valet etiam cancellatio quando non constat de potestate cancellantis, Gratian.discept.cap. 699.nu.1.] Secunda potest adduci ratio, quare cancellatio prædicta nõ debet aliquid

30 operari,quia cessante† causa cancellationis, quod est pretium,vt paulò ante dixi,quis du bitat,quod cessat effectus ipsius, & sic cõtractus remanet prout ante erat, Tiraq. in tracta. cessante causa, in reg. num.58. [Surd. conf.16. n.15.] & per totum, qui licet loquatur in contractu, idem tamen est de distractu, cum valeat argumentum de vno ad aliud. Tertia potest adduci ratio, quia sem-

31 per est inspicienda causa † cancellationis cõtractus,Bal.in l.generalis C.de sent.pass.quę si est nulla, & reducitur ad causam, non est dubium,quod nullum operatur effectum,per ea,quæ dicam infra exceptione 20. num.25. & seq. [Surd.d.conf.16.nu.16. Flamin.de Rubeis conf.30. n.77. lib.1. Cepoll.conf. crim.7.nu.9. Intrigl.conf.27.n.15. Imol.cõs. 139.nu.2.] Mari. Anguiss. conf.167.nu.8. & seq.vbi ponit nonnulla, quæ corroborant istam opinionem. Quartam adduco rationẽ,

32 quia res † non dicitur empta, nisi pretium soluatur. Instit. de rerum diuis.§.venditæ.nec tali casu emptor efficitur dominus, vel lucratur fructus. Bart.in l.fistulas,§.qui fundum.ff.de contrah.empt.in princ. Bal.& Salic. in l.fructus,C.de actio.empt.Franc. Aret. conf.160. vers.circa quintum, Mari. Anguiss.conf.71. n.2.& conf.167.num.7. [Fabian.de Mont. de empt.& vendit. in quinta quæst. princip. n.33.fol.172.Lanar.conf.36. n.9.quia est de substantia venditionis.Surd.cõs.52.n.52.]

33 vbi dicit, quod quotiescunque causa † sperata à contrahentibus nunquam fuit deducta in esse,nihil operatur contractus respectu causæ,quæ nunquam fuit adimpleta.Ex quibus patet, quod instrumentum cancellatum per modum supra positum, habetur pro non cancellato, & potest exequi, ac si nunquam fuisset cancellatum, [Intrig.d.conf.27.nu. 16.] prout e conuerso si fuisset facta subiugatio,& non constaret de solutione pretij facta per bancum, habetur pro nõ facta,& ista exceptio impediret exequutionem. Nec obstat illud, quod fortasse dici posset, scilicet

34 qđ cessant fructus, & quod debet agi ad pretium,de quo nòn apparet, solutionem fuisse factam iuxta terminos l.in ciuile, de rei vendicat. & l.quod vendidi, de actio. empt. vbi disponitur, quod vẽditor, qui habuit fidem de pretio,non cõsequitur fructus, nec ad eos potest agere, sed bene ad consequutionem pretij, [Magon.dec. Lucens.17.n.11.Natt. conf.219.n.5.& conf.171.n.1.] quia respõdeo,quod in casu proposito non videtur habita fides de pretio,tum ex quo sumus in ven

35 ditione rei,quæ communiter† non solet vendi,nisi pecunia de contanti,quo casu non dicitur habita fides de pretio; tum etiam quia isto casu nulla dicitur data dilatio ad soluendum,l.si quasi.ff.de pignorat.action. glos. in l.quod vendidi.ff.de contrah.empt. vbi dicit quod non dicitur habere fidem de pretio,qñ emptor dicebat habere pecuniam præ manibus.Paul.de Cast.in d.l.in ciuile,n.2. vbi Salyc.n.2.& Bal.n.1.C.de rei vẽdic. Bar. in d.l. si quasi.

si quasi.ff.de pignor. action. in prin. [Alex. consi.86.n.6.lib.6.Io.Griuell.dec.Dolan.56. nu.9.Mart.voto43..n. 5.Addent.ad Bart. in l.quod vendidi, ff.de contrahend. emptio.] Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit.in 5.quæst.princ.nu.37.& seq.vbi ad hoc adducit nonnullas rationes;& si aliter dicere tur, esset aperire viam fraudibus ,& cauillationibus, † contra tex. in l.tres fratres. ff. de pactis,l.creditores ,§. Lucius.ff.manda.l.3.& ibi glossa,& l.diem proferre,§.stari, ff. de arbit.DD.in l.si vnus ,§.illud.ff.de pact.Ex quibus omnibus concludo, quod contractus modo prædicto cancellatus, habetur pro non casso,& habet omnia priuilegia, quæ habebat ante dictam cancellationem. [Dec. consi.458.n.5.Roland.a Vall.consi.75.nu. 6. lib.2.Giurb.dec.36.n.6.]

36

Tertia, & vltima exceptio, quæ est istius naturæ, est † exceptio adimplementi non facti ex parte actoris,& in specie, quod ista exceptio non censeatur reiecta à statuto prædicto reijciente omnes exceptiones, tenuerunt Bar.in l.1.§.& parui,ff.quod vi,aut clam.nu. 3.Dec.consil.119.nu.3.Roma.cõsil.144. nu. 5.Crauetta cõsil. 151.nu.10.Marcia. cõsil.47 num.6.Becci.cõsil.45. num.13. Turrett. cõsil.74. num.38.lib.1. vbi dicit, quod ista exceptio potest opponi etiam aduersus obligationem in forma Cameræ,& cõsil.78.nu. 15. eod. lib.Osasc.decis.50.nu.10.Brun.à Sole in cõpẽd. ppos.iur.in verbo, exceptio implemẽti. Cephal.cõsil.312.num.100.& cõsil.407. num.15.& 19.lib.3.Ioseph Ludouic.dec.Lucen.2.num.3.lib.1. Roland. cõsil. 53. num. 32 lib.1. Mascar. in tracta. de probat.cõclus. 1387.num.21.lib.3. vbi latè examinat istam materiam,& eam ampliat varijs modis,quarum ampliationum vtiliores hic referam. Andr. ab Exea in tract.de pactis, num. 435. [Ricc.in collect.decis.1245.p.4.versic.amplia. 5. Siluest. Zach. in addit. obligat.Camer.quæst.17.nu.17.Giurb.dec.100.nu.22. Gratia.discept.cap.307. nu.2.Ludon.cõclu. 14.n.94. Crauett.cõsil.127.nu. 14.Alex.cõs. 119.num.2. lib.1. Marescott. var. resol.cap. 88. nu.3.lib.1.& prædicta exceptio potest opponit etiam post sentẽtiam,& exequutionem ipsius,vt dixit idem Marescot.d.c.nu.13.Crauett.cõs.151.nu.10. Menoch. cõs.1. nu.367. & cõs.65.nu.4. & semper potest opponi, nec consideratur quis prius contrauenerit,sed quis prius agat Alex.consi.49. nu.4. lib.2. Marescott.d.tract.c.89.nu.8. Menoch.consi.1.nu. 366. Nicol.Caluol. in praxi §. exceptiones contra libellum concl.3. n.10. & an tale adimplementum potest fieri cępto iudicio Mascard.concl.1387.nu.60. Ant.de Ball. in suo tract.lib.5. de prohibita venditione, nu. 20. Aldou.consi.19.num.46.& consi.110.nu.69. & talis exceptio excusat à mora Aldou.dicta consi.19. num.66. Menoc.consi.132. n.5. neque per interpellationem constituitur in mora Ceph. consi.407. n.18. Aldou. d. consi.nu. 67. Grat. discept. c.273. n. 19. & talis exceptio impedit litis ingressum, & dicitur litis finitæ Crauett.consi.248. nu.6. versi.non obstat quod opponitur Gratia. discept. c. 307. nu.25.& retardat exequutionem instrumenti in forma Cameræ idem Gratian. cap.273. nu. 19. & 20. & nunquam censetur exclusa, Bim.consi.256.nu.30. & consi. 379. num.45. Gęuall.commu. contra commu. quæst. 757. n.81. Mandos.ad Roman.in consi.244.nu.5. Mancin. de iurament.p.4.effect.216.n.26.] Cumia super ritu istius Regni,cap.16.nu.68 Intrigl.in tract.de casibus conscientiæ,cent. 1.casu 14.nu.115.& 116. vbi more suo alios concordantes allegat; quod procedit etiam † si ex statuto vel pacto fuissent denegatæ exceptiones,& defensiones. Prouinzal. in addit. ad Bertachin. in verbo, exceptio. Intrigl.casu prędicto,nu.117. Et hanc exceptionẽ iudex ex officio etiam parte non opponente potest,& tenetur supplere. Roma. consi.244. nu.5. Cephal. consi.407. nu.20. & consi.148. nu.144. Ioseph.Ludou. conclu.14. illat.94. ampliat.2.Crauetta cõs.151.nu.1.& 10.Magon.dec.Floren.66.num.6. & dec.143. nu.5. [Giurb.vbi supra Tusch.in lit.E. concl.381 num. 34.]

37

38

Quæ conclusio † ampliat, vt vsque ad minimam partem teneatur adimplere agens,ad hoc vt audiatur.Crauet.d.num.10.Bald.in l. pacta conuenta,§.iurisgentium,num.1. ff.de pact.Ias.consi.216.num.1. lib.2. Marcianen. d.consi.47.num.5.Menoch.consi.1. num.168. & cõs.55. num.6.lib.1. Roland.cõs.53.num. 29.lib.1. Honded.consi.86.n.16.lib.1. Becci. cõs.45.n.10.vbi alios allegat. Natta cõs.673

39

num. 19. lib.4. Carol. Grimald. in addit. ad pract. Tartal. cap.1. num.109. Mascar. d.cõclus.1387. nu. 25. Cephal.cons.66. num.28. Surd. cons.52. nu.35. lib.1. [Rubeus cons. 30.nu.4. Neuiz. cõs.50. num.9.& 10. Berous cõs.25.n.14. lib.3. Marescott.dicto cap.n.4. quæ dicitur litis finitæ & impedit ingressum Paul. Staibanus cons.42.n.9. &est efficacissima omnium Io. Griuell.dec. Dolan.111.nu. 28.& est plene probandum de adimplemento maximè quando agitur de adimplendo cõditionem, Seraphin.dec.Rot.Rom.952.n.8. Gozad.cons.31.n.4.]

40 Ampliatur secundò, vt hæc exceptio † adimplementi non facti admittatur, etiam si in contractu interuenisset iuramentũ. Mascard. concl.præd.num.20. Ioseph Ludouic. in suis conclus.concl.14.illat.94. ampl.16. Roland. cõs.53.nu.30.& cons.6.num.19.vol.1.& cõs. 69.nu.11.vol.4. Menoch.d.cons.55. nu.9. & 10. lib.1. Intrigl.in tract.de casib.conscientiæ, cent.1.casu 14.num.118. Marsil.sing.42. Rom.cons.244. num.2. Gozad. cons.94. nu. 45. Socin.iunior cons.77.n.43. Magon. dec. 11.n.4. vbi dicit, hanc comm. * opin. Becti. consil.45.nu.6. & cons. 106. nu. 38. Maurus Burgius in tract.de Laudemijs, par.3. inspec. 40. nu.109. [Muta dec. 73.nu.20. Tusch.in verb.statutum concl.525.n.7. & nu.37. Gratian.discept.c.740.n.43. Farin.dec. Rot.Roma.90.n.4. Barz.dec.36.num. 24. quod talis exceptio adimplementi habeat etiam locum quando ageretur ex contractu vltro citroq; obligatorio Farinat. dec. Rot. Roman.364. num. 1.]

41 Ampliatur tertiò, vt procedat dicta † conclusio non solum, quando constat, agentem non adimpleuisse ex parte sua, verum etiam si est dubium, vtrum adimplemeuerit, Corn. cons.345. col.2. vol.1. Mandell.cons.591. n. 6. lib.3. [talis exceptio adimplementi nõ facti obstat etiam cessionario, Ludouis. dec. Rot. Roma.261.n.4. Dec.cons.421.num.14. Surd.cons.101.nu.2. Mantic.de tacit. & ambig.lib.3.tit.16. nu.18.]

42 Ampliatur quartò, vt dicta conclusio † procedat, etiamsi cessauerit causa, ob quam creditor agens aliquid facere tenebatur. Dec.in l.cum proponas, num. 4. C.de pact. Mascard. d.concl.1387. nu.60. [Manci. dicto effect. 6.nu.11. sic etiam contra eum, qui trãsactionis vincula rupit Farin.dec. Rot. Roma.271. num. 3.]

43 Ampliatur quintò, vt hęc exceptio † adimplementi non facti possit opponi creditori agenti, tam si non adimpleuit circa substantialia, quàm circa accidentalia contractus. Becci.consil.45. nu.6. lib.1. Magon. dec. Lucen. 11.num.8. Osascus dec.50.nu.10. Rolan.cõs. 6.nu.19. vol.1.& cons.69.nu.10. vol.4. Bal. in l.pacta conuenta, C.de pact. Alex.cons.49 num.4.vol.2. Corn. cons.208. num.33. vol. 2. Surd.cons.52.nu.33.lib.1. Intrigl. casu pd. nu.120. Ludou. vbi supra ampl.19. [& talis exceptio potest opponi in exequutione sententiæ Caluol.in praxi, §.exceptiones cõtra libellum concl.1. num.66. Manci.de iurament.p.4.effect.6.nu.9. Mantic.dec.270.nu. 2.cum seq. & talis exceptio an possit suppleri ex officio iudicis, Gratia.discept.c.246.n.13 & tunc habet locum dicta exceptio quando oritur ex eodem contractu de cuius exequutione agitur Farin.dec. Rot. Roma.272. n.2, & quid in capitulis separatis ex eodem contractu Farin.d.dec.n.3. Barz.dec.36. nu.25. Bim. cons.301.n.25.]

44 Ampliatur sextò, etiam si actor † fuisset impeditus adimplere, quia tale impedimentum eum non excusat. Butr.& Abbas in c.sicut, lo vltimo, de iureiur. Dec. in d.l. cum proponas num.3. C.de pact. Natta cõs.50. num.7. lib.1. Rolan.cons.69.num.12. vol.4. Menoc. cons. 1.num.368.& cons.55.nu.5. Surd.cons.186. num.21. lib.2. Mascard. dicta conclus.1387. num.43. Ludouic.dicta concl.14.ampliat.9. [Manci.dicto effect.6.n.10. & talis exceptio obstat agenti Seraph. dec. Rot. Roman.591. num. 12.]

45 Ampliatur septimò, vt hæc exceptio † adimplementi non sequuti possit opponi creditori agenti, etiam si ipse in minimo ex parte sua defecisset, quia oportet, vt totaliter adimpleat. Bal.in l.fi. C.commod. Ias. in Authen. qui rem, num.16. C. de sacrosanct. eccl. Angel. in l.si seruus, §. si plurium, colum.3. ff. si quis caut. Dec. Curt. & Claud. Seisell. in l. cum proponas, C. de pact. Menoch. cons. 1.num.368. & cons.55. num.6. lib.1. Roma. d.cons.244. nu. 4. Ias.cõs.216. vol.2. Bursat. cons.144. num.30. vol.2. Ioseph Ludouic. in suis

suis conclusionibus, concl.14. illat.94. ampl. 3. Roland. cons.53. num.29. vol.1. Bero. cōs. 15. num.14. vol.1. Rube. cons.30. num.4. Mascard. conclus. præd. num.25. Decian. consil. 102. num.9. vol.5. Intrigl. in dicto tracta. de casib. conscient. casu 14. nu.108. Becci. cons. 45. num.10. [Surd. cons. 101. num.2. Gratian. discept. cap.316. nu.24.] & adimplere 46 † non dicitur, qui non adimplet formaliter. Milan. dec.4. num.100. lib.2. [Et aliquando sufficit adimplementum per equipollens, Seraph. d. dec. Rot. Rom. 1243. n.2. & an possit adimpleri per equipollens, Farinat. dec. Rot. Roma. 367. nu.1.]

47 Ampliatur octauò prædicta conclusio, qđ actor, qui non adimpleuit ex parte sua, non possit agere, vt procedat, etiam si in instrumento, cuius vigore agit, adessent verba, qđ ipse actor dedit, transtulit, & assignauit rem in eo contentam, quia istis, & similibus verbis non obstātibus, adhuc potest opponi ista exceptio. Corn. consil. 245. lib.4. Natta cons. 340. num.5. & 6. lib.2. Mascard. concl. prædicta, num.34. Ludouic. vbi sup. ampliat.6. [& an possit opponi per eum, qui contractui acquieuit Ludouis. dec. Rot. Roma. 75. nu.2. & ibi Annot. n.5.]

48 Limitatur modo prædicta cōclusio, vt hęc exceptio non possit opponi, † nisi per eum, cui est implendum. Alex. cons.127. nu.5. lib. 7. Dec. cons.452. nu.10. Ioseph Ludouic. in suis conclusionibus, 14. ampliat. 12. illatio. 94. conclus.1. illat.94. limit. 12. Menoc. cons. 1. num.370. lib.1. Mascar. dicta conclus. 1387 n.63. Intrigl. d. casu 14. n.119. [Surd. dec. 265. nu.39. Gratian. discept. c.302. n.29. sed contrarium videtur tenere in c.301. n.14. & an possit habere aliquod lucrum si impossibile sit adimplementum, Gratia. discept. c.725 num.1. & talis exceptio adimplementi non competit ei, qui non habet, nec resultat damnum aut interesse Ludouis. dec. Rot. Roma. 347. nu.11. & ibi Addent. sub n.20. Farinat. dec. Rot. Rom. 86. n.15.]

Limitatur secundò, quando is, qui vole-49 bat † adimplere, fuit impeditus facto, vel culpa illius, cui erat faciendum adimplementū, arg. eorum, quæ habentur in libris ciuilis, ff. de condit. & demonst. l. qui operas, ff. loca. Ioseph Ludouic. vbi sup. limit.12. Simon de Pret. cons.28. nu.7. Mascar. in tract. de probat. concl. præd. nu.63. [& an detur purgatio moræ ob adimplementum nō factum detecto dolo, Seraph. dec. Rot. Rom. 591. nu.1. Gratia. discept. c.113. n.38. & c.301. n.15.]

50 Limitatur tertiò, vt hæc exceptio † non admittatur quotiescunque opponeretur de nō adimplemento alterius obligationis separatæ ab illa, cuius vigore agitur. Bursat. consil. 191. nu.5. vol.2. Alex. in l. cum proponas, nu. 2. vbi Curt. in addit. in vers. separatum, C. de pact. Cephal. cons.48. nu.42. vol.1. Intrigl. in tract. de casib. cōsciēt. casu 14. n.103 & 123 Ioseph Ludouic. suis concl. tit. de probat. conclus.1. illat.94. limit.1. Paris. cōs.33. n.64. lib. 1. Barnaba Cornazz. in Rota Lucana dec.70 n.6. [quòd hæc exceptio nō cōpetit quando nullū resultat interesse Ludouis. dec. Rot. Roma. 347. n.11. nec ex diuerso cōtractu, idē dec. 541. n.1. etiā ex capite separato d. dec. n.2.]

51 Et opponens hanc † exceptionem, non tenetur aliquid probare ex parte sua, sed actor ipse tenetur ostendere, quod ex parte sua adimpleuit. l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt. Soc. sen. cons.273. nu.2. lib.2. Gozzad. cons. 94. nu.45. Anto. Rube. consil.30. num.4. Menoch. cons.1. nu.369. lib.1. Garger. patrocin. 36. n.6. Rol. cons.69. n.9. lib.4. Rim. iun. cons. 52. nu.11. lib.1. Turret. cons.60. n.14. & cons. 74. n.29. lib.1. Io. Botta cons.90. n.6. Neuiz. cons.50. nu.6. & seq. Paris. cons.33. num.57. lib.1. Corn. cōs.106. n.5. vol.1. Mascar. d. conclus.1387. num.2. Natta cons.226. nu.2. Magon. dec. Lucens.11. num.8. & dec.61. nu.1. Becc. cons.45. nu.18. [Surd. cons.52. n.28. cum seq. Gratian. discept. c.748. num.10. & vnicus testis deponens quod venditor interpellauit emptorem, vt adimpleret trasfert onus probandi in aduersarium, Gratia. discept. c.748. n.18. secus si pars tenebatur adimplere sine alia interpellatione, Crauett. cons.192. num.17. Bim. cons.282. n.76.]

52 Et est tantæ potentiæ hæc exceptio, † vt dicatur opposita ipso iure, nec requiritur oppositio partis. Fulgos. Bal. & Dec. in l. filia licet, C. de collat. Rimin. iunior d. cons.52. nu. 11. & seq. qui ponit multa ad corrobationē huius conclusionis. Turrett. qui testatur de * magis comm. opin. d. cons.74. nu.34. lib.1. licet contrarium, & male tenuerit Magon. d. dec.

d.dec.11.nu.20.& 21.vbi allegat Fel. & Anchar.Regiens.in quæst.famil. [& non opposita tali exceptione an reus absolui debeat, vel condemnari cum clausula adimpletis adimplendis, Cartar.dec.98. num.2. & quid si pars fuerit soluta an obstet talis exceptio. Gratian.discept.c.307.nu.9.& 10.] Immò

53 iudex † ex officio tenetur eam supplere,licet, à parte non fuerit opposita. Rom. cons.244. Rimin.iunior cons.pręd.num.12. Turrett.d. cons.60.num.15.lib.1. Ioan.Bapt. Marcian. cons.47. num.7.Mascar.d.concl.1387.n.23. Maluas.cons.56.num.44. Crauett.cons.151. num.10. Magon. dict.decis.61.nume.2. Ioseph Ludouic.in suis conclusionibus,titu. de probat.conclus.vnica,illat.94.ampliat.2.Cephal.cons.312.n.148.lib.3. Intrigl.dicto casu 14.num.114.Barnaba Cornazzan.dec. Lucana 160.num.10.Pedroch.cons.1.num.239 vbi alios citat. [dict.Gratian.discept.546.

54 num.25.] Et sufficit hanc † exceptionem allegari in allegationibus iuris. Bart. in l.eum qui ita,num.4.il 1. vbi Ias.nu.12.ff.de verb. oblig. Fel.in c.cum ordinem,nu.16.de rescr. Iason in §.omnium,nu.128. Instit.de action. Paris.cons.33.num.57.lib.1.Magon.dec.Lucen.11. num.12. [quod potest opponi talis exceptio etiam in exequutione sententię, Rolan.à Vall.cons.1.n.29.lib.1. Nicol. Caluol. in praxi.§.exceptiones contra libell.concl.1 nu.66. Fontanell.de pact.nuptialib. claus.4. glo.10. par.1. nu.40. & impedit litis ingressum,Aldouin.cons.19.n.41.& 42.etiam si in partem deficit an impediat omnem actionē, Gratian.discept.c.546.n.32.Imo dicitur exceptio,litis finitę,Ric.dec.210.n.1.p.3.sed talis exceptio,& facultas adimplementi an cēseatur remissa per eum,qui perseuerauerit in contractu. Bec.cons.45.nu.4.lib.1. Gratian.

55 discept.c.302. nu.20.] Immò potest † allegari quandocunque,etiam post sententiam. Bal.& ceteri Scribentes in l.1. C.de iuris,& facti ignor.Mari.Anguiss.cons.77.num.4.& consil. 142.num.1.& consil.144. num.8. & consil. 152. num. 2. Mascard. in dicta concl.1387. num.48. [Imò semper & quandocumque opponi potest. Bimius consil. 226. num.13.]

56 Nunc quæro,quid si pendente iudicio, actor,† qui prius non adimpleuerat,vellet adimplere an posset? Et respondeo, quod hic sunt distinguendi duo casus,scilicet,aut vult adimplere ante factum oppositionē per partem,cui adimpleri debebatur,aut postea; primo casu etiam cœpto iudicio potest actor adimplere ex parte sua. Menoch. in tract.de arbit.iudi.quæst.16.num.6.And.ab Exea in tract.de pact.nu.437.& seq. Milanen. dec.4. n.10.Passer.cons.159.num.5. Cephal. consil. 112.nu.17.18.& seq.lib.2. Secundo casu nō potest. Paul.de Cast.cons.70. n.8. vers. nam sufficit,lib.1. Alex.cons.237.n.13.lib.6. Marsil.sing.489.Aret.cons.123.nu.6.Crauet.cōsil.192.nu.16.& cons.248.nu.9.& cons.146. nu.5. Becci. cons.45. num. 50. Bolognin. in addit.ad cons.Ananiæ cons.50.vers.secundo principaliter.Magon. dec.Lucens.61.nu.10. Milanen.dec.pręd.n. 11.& 12.Mascar.in tracta.de probat. concl. 1387.num.60. [Bim. cons.223.n.24.] Ioseph Ludou.in suis conclus.tit.de probat.concl.1.illat.94. ampliat. 18. Bursat.cons.144.nu.32.Intrigl.in tracta. de casibus conscien. casu 14.num.122. Surd. cons.158.nu.30. Pedroch.d.cons.1. nu.272. vbi alios allegat.Ludouic. concl.14. illat.98 ampliat. 18.

57 Secundo quæro,an contractus † rescindatur ob contractum non adimpletum ex parte vnius ex contrahentibus? Et dico,quod hic etiam est distinguendum, aut contractus est nominatus,aut innominatus; si cōtractus est nominatus, tunc non rescinditur, sed debet peti adimplementum,vel interesse.l.sicut, C. de actio.& oblig.l. in commodato. §.sicut,ff. cōmod.l.1.vbi hoc notant omnes DD. & pręcipuè Paul.de Cast. Bal.& Sal. in l.in ciuile, C.de rei vend.Bar.in l.fi.num.13.& alij.ff.de condict.ob caus.& in l.2. C. eod.titu.notant etiam in l.ex placito, & l.cum precibus, C. de rer.permut. Mandell.cons.626. num.4.lib.4. Bec.cons.45.nu.1.Surd.cons.52.nu.36.lib. 1 Secus si contractus esset innominatus, quia talis rescinditur, ob non adimplementum, Natta cons.171.nu.2.lib.1. Ruin. cons.131. num.7. lib.1. Roland.cons.8. num.39. lib.1. Magon.dec.Lucen.61.num.12. [Menoch. cons.26.nu.33.Gratian.discept.c.307. nu.3. Morot. cons.6. nu.23.& 24. & quid in contractibus nominatis Gratian.dec.159. nu.1. Marescott.var.resol. cap.90. num.1.lib.1.]

Sed

58 Sed hoc intelligas, vt procedat, † quando is, qui adimplere tenebatur, non adimpleuit ex dolo, vel culpa, aliàs non rescinditur. Alex. in l. fin. num. 6. ff. qui satisd. cogan. Crauet. cõs. 204. nu. 25. vbi alios adducit. Brun. à Sole in compend. proposit. iur. in verbo, contractus. Ad hoc Ias. cons. 84. vol. 1. Cephal. cons. 24. nu. 14. Alex. cons. 92. col. pen. lib. 1. Alcia. in l. si quis maior. C. de transact. & illud quod dixi, quod contractus nominatus non rescin-
59 ditur ob non adimplemẽtum, intelligas, † qđ non rescinditur agendo, non autem excipiẽdo, quia tunc potest rescindi. Alex. cons. 105 num. 17. in fine, vol. 3. Rolan. cons. 69. nu. 8. & cons. 53. nu. 23. lib. 1. Surd. cons. 52. nu. 36
60 lib. 1. Nominati autem contractus sunt, † qui habent proprium, & speciale nomen, de quibus habetur in l. iurisgentium, ff. de pact. De innominatis habetur in l. naturalis, & per totit. ff. de præscr. verbis. Mozz. in tract. de cõtract. tit. de diuis. cõtract. art. 4. n. 11. 12. carta mihi 5. [Tusc. in ver. cõtract⁹ cõl. 998. ꝑtot.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, qua fundatur in confessione partis aduersæ, non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones.*
2 *Confessio facta in iudicio, inducit notorium.*
3 *Confessio facta in iudicio, habet vim sententiæ.*
4 *Cõfessio quando dicatur facta in iudicio, & nu. sequentibus.*
5 *Iudex debet pro tribunali sedere pro ista causa, ad hoc vt confessio dicatur facta in iudicio.*
6 *Confessio facta coram iudice non sedente pro tribunali, non dicitur facta in iudicio.*
7 *Confessio non dicitur facta in iudicio, si fit coram duobus ex tribus iudicibus.*
8 *Confessio facta coram iudice incompetente, nõ dicitur facta in iudicio.*
9 *Confessio extraiudicialis geminata non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones.*
10 *Confessio geminata probat sicut confessio iudicialis.*
11 *Confessio geminata producit actionem.*
12 *Confessio geminata producit suos effectus, etiã si probetur testibus singularibus.*
13 *Confessio geminata excludit exceptionem non numeratæ pecuniæ.*
14 *Exceptio geminata non potest reuocari prætextu erroris.*
15 *Confessio geminata tantum operatur quantum confessio iurata.*
16 *Alienatio rei dotalis ita validatur per geminatum consensum, sicut per iuramentum.*
17 *Confitens delictum geminatè commissum, punitur, etiam si confessio fiat extra iudicium, quod intellige, & n. 18.*
19 *Audiri quis non debet contra proprium confessionem geminatam.*
20 *Actio & obligatio nascitur ex pacto nudo geminato.*
Pactum nudum geminatum producit actionem & obligationem.
21 *Hæreticus, qui vult se corrigere, non traditur Curiæ seculari, limita, si hæresim geminauerit, & nu. 22.*
23 *Verba enuntiatiua geminata probant, & inducunt dispositionem.*
24 *Verba geminata præsumuntur prolata cum maiori deliberatione, & demonstrant magnam firmitatem animi, n. 25. & maiorem expressionem, num. 26.*
27 *Verba geminata faciunt comprehendi in dispositione ea, quæ aliàs non comprehenderentur.*
28 *Verba geminata semper ampliant effectum, ad cuius finem ponuntur.*
29 *Verba geminata etiam operantur, ut licet lex loquens per verba futuri tẽporis, intelligatur mediante sententia, attamen accipiuntur ipso iure, & n. 30.*
31 *Verba geminata faciunt comprehendi in dispositione ea, quæ specialem prouisionẽ requirũt.*
32 *Legitima renuntiatio includitur in renuntiatione generali geminata.*
33 *Promissio geminata valet, etiã si est sine causa.*
34 *Concessio geminata habet vim clausulæ motus proprij, & nõ obstãte, quod intellige, vt n. 35. & 36. & tollit vitium surreptionis, & habet vim clausulæ, Ex certa scientia, & num. 37. 38. & 39.*
40 *Geminatio consensus, vel verborum positorum in contractu venditionis, tollunt remedium l. 2. C. de rescind. vend.*
41 *Geminatio actuum tollit coniecturam metus.*
42 *Geminata cautio tollit beneficium Velleiani.*
43 *Geminata donatio denotat plenam liberalitatẽ donantis, quæ excludit dolum.*
44 *Geminatio moræ tollit purgationem ipsius.*
45 *Geminatio delicti facit, vt quis puniatur pœna cor-*

EXCEPTIO DECIMA QVARTA.

De confessione partis aduersæ facta in iudicio, & de vi geminationis.

1 DEcima quarta exceptio est quæ non censetur reiecta à Statuto reijciēte omnes exceptiones, est exceptio, quæ fundatur in confessione partis aduersæ, facta in iudicio. Bal. in l. si vnus, §. pactus ne peteret, il 2. circa finem, ff. de pact. Fel. in c. ex parte, il 2. in 14. limit. vbi Decius, nu. 66. de offi. deleg. Menoc. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 19. [Aldouin. de Aldouin. cons. 152. n. 4. & cōs. 77. n. 47.] Asinius §. 31. c. 29. num. 1. Carpan. super statutis Mediol. lib. 1. cap. 42. nu. 194. & rationem adducit Decius loco citato, nu. 63. quia non obstante tali nostro præsumpto statuto, potest opponi exceptio solutionis, vt dicam infrà except. 25. num. 1. ita pariter debet admitti exceptio confessionis factæ in iudicio, vt etiā voluit Bald. in l. si nō sortem, §. indebitum, nu. 5. ff. de condict. indeb. & vltra istam pōtest adduci alia ratio 2 tior, & magis valida, quę est, quod † confessio facta in iudicio inducit notorium, c. olim, de verb. sign. c. vestra, de cohabit. cler. & mulier. cum similibus cōgestis per Gramm. dec. 31. nu. 8. & dec. 36. nu. 38. Mari. Anguiss. cōs. 37. nu. 1. Bec. cons. 70. nu. 10. Bossius in suo tract. Crimin. tit. de confessis, num. 8. Thennini in pract. cautel. 28. n. 1. Eugen. cons. 30. n. 12 Triuis. dec. 46. n. 4. lib. 2. Affl. dec. 372. nu. 8. Surd. cōs. 188. n. 2. lib. 2. [Osasc. dec. Pedem. 134. n. 3. & quid facta coram arbitro an dicatur iudicialis. Marant. p. 6. act. 5. nu. 31. Io. Aloys. de Septimo super Ritu c. 132. col. 3. in lit. A. Aldouin. cons. 77. n. 45. Muta super ritu c. 132. n. 26. Scac. de iudicijs. c. 76. n. 2. quando dicatur legitime facta tradit Mascar. de probatio. cōcl. 345. n. 20. & quę requirantur vt dicaē geminata, Mascar. concl. 347. n. 43.] Et exceptio notoria non censetur sublata p supradictum statutum, vt dixi supra, except. 5. nu. 1. ergo nec ista exceptio confessionis 3 factæ in iudicio, & confessio facta † in iudicio, habet vim sententiæ, & rei iudicatæ, & non expectat aliud, nisi exequutionem, in ciuilibus, l. vnica, C. de confes. Bart. in l. actus sustiū, n. 4. ff. de his qui not. in fam. Affl. dec. 182. n. 8. Rot. Roma. dec. 425. in nouis. Eugen. cons. prædicto, n. 12. [Io. Bapt. Bonius de stat. vi b. glos. 26. n. 8. & an habeat exequutionem paratam, Cumia super Ritu, c. 19. n. 108. Monald. cons. 31. nu. 32. Surd. dec. 309. n. 15. Gratia. dec. 90. n. 13. Mascar. concl. 345. n. 18.] Corn. cons. 224. nu. 14. lib. 4. Ias. in l. filia, n. 39. ff. de verb. oblig. & in l. licet Imperator, n. 10. ff. de leg. 1. Mascar. in tract. de prob. concl. 344. n. 11. Bec. in tract. de statutar. vrb. præscript. gl. 26. n. 8. Thinnin. in pract. cautela 28. n. 1. Maranta in pract. p. 6. actu 5. n. 21. & seq. charta mihi 394. vbi adducit varia media hoc corroborantia. Sed videndum est, quan- 11 do confessio dicatur facta in iudicio, ad hoc vt non dicatur exclusa à nostro statuto. Et di- 4 co, † quod confessio tunc dicitur facta in iudicio, quando fit coram iudice sedente pro tribunali, & magistro notario scribente. Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de deposit. §. 2. Abb. in c. fi. nu. 17. de confessis, & in c. at si clerici, n. 6. de iudi. & ibidem Fel. nu. 2. Glos. & Bart. in l. cum scimus, n. 6. C. de agricol. & censit. lib. 11. Mari. Anguiss. cons. 268. nu. 8. Sriaticus in pract. c. 19. nu. 83. qui testatur de * magis comm. opin. Mascar. d. cōcl. 344. n. 7. Corset. in suis singul. in verbo, confessio, n. 2 21 Maranta d. actu 5. n. 18. [Pancirol. cōs. 19. 5 n. 22. Roman. cons. 257. nu. 2.] qui † iudex debet pro tribunali sedere pro ista causa, & ad bonum iuris, & non aliter. Ant. de Butr. in præcit. c. fi. de confessis; Lanfr. in c. quoniam contra, in verbo, confessiones, de probat. Io. 6 de Amicis cons. 129. n. 9. & seq. ex quo † si fieret confessio coram iudice non sedente pro tribunali, vel coram notario solo, tunc confessio non diceretur facta in iudicio, & per cōsequens non posset opponi contra instrumentum, contra quod est prohibitum aliquid excipere. Glos. & Bald. in l. in omnibus, n. 1. & in l. interrogatam, C. de liberali causa. Calderin. in cons. 2. tit. de offi. ord. Bart. in l. 4. §. hoc autem, n. 10. & 11. ff. de damnum infect. Maranta in pract. p. 6. actu 5. n. 3. Soc. reg. 92 in prin. Io. de Amicis d. cons. 129. n. 10. Boer. qui alios allegat, dec. 90. n. 8. Tiraq. qui etiā more suo alios allegat, in tract. de retractu Lignagier, §. 36. gl. 2. n. 54. [Pet. Gerard. singul. 67. Corset. in verb. confessio. il 2. Farin.

de Reo confess.q.81.n.50. cum seq. sed facit indicium quo ad torturam. Mascar.cocl.351 nu.7.] Stiaticus in pract. c. 19. n.48. & 62. Mascar.d. concl.344.n.8.&cōcl.348.n.52.& non solum isto casu confessio non dicitur iudicialis; † sed nec etiam valet si fiat coram duobus ex tribus iudicibus competentibus in causa. Abb.in c.olim ex litteris, in fine, de rescript. Marsil. cons.80. nu.35. & sing.309. qui † iudex coram quo fit cōfessio, debet esse competens, alias si fieret coram iudice incompetenti, habetur pro non facta, nec generat praeiudicium confitenti. Doctores omnes, & praecipuè Dec.in c.at si clerici, de iud. Stiaticus in pract.c.19.n.27. [Anchar. q.5.nu.1. lib.1.Surd. cons.28.n.51.Albertin.de haeret. q.25.n.68. fol.159.Other.q.28. n.1.lib.1.Farin.de Reo confess.q.81.n.27. & 189. Bolognin.cons.8. n.1.]

Amplia modo praedictam nostram principalem conclusionem, quod scilicet exceptio confessionis factae in iudicio possit opponi nō obstante Statuto omnes exceptiones reijciente; † vt procedat etiam in confessione extraiudiciali, si fuerit geminata, ex eo, quia confessio extraiudicialis geminata producit eundem effectū, & habet eandem vim, quam cōfessio iudicialis. Bar.in praecitata l.cū scimus, n.6. C.de agricol.& censit.lib.11.Rom.cons. 290. n.7.& in l.nuda ratio, post principium, ff.de donat. Ias. in §.in personam n.48. Instit. de actio.& in l.si pacto, n.5. C.de pact.& in l. sed & si possessor, §.fi.n.8.ff.de iureiur. vbi & Rom.Marsil.in l.1. n.40. C.ad l. Cornel. de sicar.& in l.1.§.quaestioni, n.2.& 5.ff.de quaestio.Mynsing.cons.1.n.7. Bertrand. cons.175 nu.6.lib.2. Ruin. cons.72. num.1.& 3. lib.4. Grat.cons.54.n.21.lib. 1. Gram.cons. Ciuil. 79.n.12. Maranta in practica, p.6.actu 5.n.15 carta mihi 392. Eucrard. in Topica iuris, in loco à vi geminationis, num.2. Vital.in tract. clausul.in vers. enuntiatiua verba confessionis, num.10. carta mihi 157. [Borell. cons. 56.n.39. Marsil. in l.frater tuus, n.38. cū seq. C.de sicar. Dec.cons.163.n.2. Decian.cons. 46.n.38.lib.2.Ioseph Ludou. dec.Perus.9.n. 4.& 5. Siluan.cons.44.n.9.] Pancirol.cons. 194.n.6.Affl.dec.337.nu.5.Monald.cons.81 n.37.& cons.154. n.25. lib.2. Brun.à Sole in compēd.resol.proposit. iuris, in verbo, † confessio geminata, vbi dicit, quod probat sicut confessio iudicialis. Bar. in d.l.cum scimus, n. 6.Franc.Veggi.cons.29.num.4.Maranta loco citato. Paul.de Cast.in l. Publia, §.fin. ff. deposit. Corn.cons.123. col.fin. & cons.135. vol.2. Gabriel in suis com.conclu.tit.de confess.concl.1.n.61. vbi alios allegat. Surd.cōs. 188.n.11. Siluan.cons.44.n.9. Eucrard.in d. loco à vi geminationis, n.2. Hieron.de Laurent. in dec.Auenion.11.n.6. Ioseph Ludou. dec.Perus.n.5. Tiber.Decian.consil.46. n.36 lib.2. [Mascar.d.conclus.347. n.22. & 37. Barz.decis.5.num.17.&21. Tusch.in litt. G. concl. 28.num.41. & 43. Mascar.348.n.28. Rom.cons.290.nu.7. Surd.dec.10. num.8.] & † producit actionem. Barto.in d.l.cum scimus, num.7.vbi Alex.in addit. in lit. A. C. de agricol. & censit. lib.11. Abb.in c. si cautio, de fide instr. Cin.l.1.C.de cōfess. Port.concl. 22. quasi per totā, vbi allegat infinitos ferè DD. pro ista opinione. Io.de Anan. cons.55. Rom.in l.sed & si possessor, §.item si iurauero, ff.de iureiu. [Intrigl.cons.14.n.16. Curt. iun.cons.168.n.9.& 21.& plenè probat Mat cabrun.cons.29.n.144.& reddit actum validum, Aldouin.cons.77.n.6.& 3.] Soc. regula 63.in 3.fall. cum alijs allegatis per Gabriel.in d.tit.de confess.concl.3.n.1. quae omnia procedunt, etiam † si dicta geminata confessio probaretur testibus singularibus, vt si vnus deponeret de vna, alius de alia confessione. Paul.de Cast.cons.306. [Mascar. de probat.concl.347. nu. 55.] & dicta confessio geminata producit nonnullos alios iuris effectus, † scilicet, excludit exceptionem non numeratae pecuniae, gl.in l.cōtractibus, §.sed quoniam, in verbo, penitus opponi, C.de nō numerat.pecu.vbi etiam Bald. & Bar.in l.triticum, n.4.ff.de verb.oblig. Alex.in l. pen. § si vir, nu.2.ff.solu.matri. Aret.in l.si ita stipulatus, §.Grisogonus, nu.2. ff. de verb.oblig. Abb.in c.si cautio, n.12.de fide instr. vbi etiā Fel.n.56. Ias.in d.§.in personam, n.50. Instit. de actio. Marsil. in l.1. §. quaestioni, num.8. ff.de quaest. Gabriel in suis commu.conclus.in tit. de confessis, conclus.3.n.4.Grat.cons.118 n.3.lib.2. Affl.dec.110.nu.1. Eucrard.in Topica iuris, in loco à vi geminationis, nu.1.& 15.& Cepol. cautela 69. Mascar. in tract. de probat.concl.1264. n.49. Zuccard. cons.16. nu.

nu.11. Rausner.consf.2.nu.5.lib.2. Cabalin. Milleloq.675. Cephal.consf.192. n.2. lib 2. & consf.40.n.19.lib.1.& consf.700.n.13.lib.5. Rimin.iunior consf 60.n.8.lib.1. & super Instit.in tit.de donatio.in princ.n.501.vbi multos alios allegat,& nu.503. recenset aliquos contrarium tenentes,& n.504. concludit,nõ esse recedendum ab opinione gl.& sequatiũ. [Ruin.consf.75.n.3.lib.4. Mascar.de probat. concl.361.n.37. facit etiam cessare talis cõfessio exceptionem rei non traditæ, Crauett. consf.172.n.28. Mascar.d.tract.& concl.347. n.52. idem Mascar. concl.348. nu.2. Borell. consf.56.n.44. & an excludit simulationem, Ant.Amat.dec.98.n.10. Rom.cõs.356.n.9.] Decian.consf.46.nu.41. vol.2. Botta, consil. 23.nu.24.& 25. Mozzol.consil.16.n.5. Item, 14 † confessio geminata non potest reuocari prætextu erroris, vel falsitatis, l. non fatetur, ff. de confess.l.error, C. de iur. & facti ignor.c. fi.de confess. Rom.consf.346. nu.9. Curt.sen. consf.55.nu.13. Marsf.in d.§. quæstioni,n.11. Grat.consil.12.n.43. & 68.lib.1. Euerard. loco præd.n.11. Gabriel d. concl.3. nu.5. Menoch.consf.178.n.12. lib.2. Pedroch.consf.39 n.40. Brun.à Sole q.51. nu.43. [quod non præiudicat confessio etiam geminata, & iurata obtensa veritate in cõtrarium Curt. iunior consf.92. nu.4. & 8. Marc. Mantua consf. 115.n.27. cum seq. Pancirol. consf.19.n.27. Mascar.de probat.concl.347. nu.49. Baiard. ad Clar.q.55.n.72.] Matth.Brun.consf.20. n.17. Nicol.Rausner. Vltramontanus,consil. 2.nu.5.lib.2. Decian.consf.39.n.93.lib.2. Roland.consf.28.n.43.& seq. lib.4. Item, gemi-15 nata † confessio tantum operatur, quantum confessio iurata, & geminatio & iuramentũ quantum adhoc,à pari procedunt, Abb.in c. cum contingat,n.5.de iureiur. Fel.in c.si cautio,n.39. de fide instrumen. Marsil.in d.l.1.§. quæstioni,n.2. ff.de quæstio.& in l.1.n.3.ff. ad leg.Cornel.de Sicar. [Frider. Pruckm. consf.50.n.429.] Cefal.consf.35.nu.11. Gabrielius in d. titu. de confessis, concl.3. nu.7. Clau. Tuti.in repet.l.pregnantis, n.62.ff.de pœn. Euerard. in d.loco, à vi geminationis, 16 n.3. Ideo sicut † alienatio rei dotalis validatur propter iuramentum, ita etiam validatur propter geminationem cõsensus in ipsa alienatione interpositi. DD.omnes in dicto c.cũ contingat,de iureiu.& in Authent.siue,C.ad Velleia. Euerardus d.n.3. [Pancirol. consf. 17 59. Borell.consf.56.n.44.] Item qui † confitetur delictum extra iudicium punitur ac si confiteretur in iudicio si confessionem geminauerit, Bart.in præcit.l.cum scimus, num.6. C.de agricol.& censit.lib.11.vbi addentes,in litera L, Rom.in l.nuda ratio, ff. de donatio. Fel.in c.de hoc,nu.3.4.& 5. de Simon. Paul. de Cast.in d.l.Publia, §. Titius Sempronio, nu.5.ff.deposit. [Mascar.de probat. concl. 353.n.36.] Parisius consf.194. nu.6. lib.1. Abb.in d.c.si cautio,nu.12. de fide instrum. Gabriel d.concl.3.n.3. cum alijs adductis & allegatis per Diaz Regula 125. in tertia fallent.quod tamẽ intelligas,vt procedat, quan-18 do ipsas confessiones procedunt legitima inditia, Gabr.concl.3.n.10.in tit.de confess. Salic.in l.2. C. de custod.reorum. Alex.consf.5. nu.3.in princ.vol.1. Iasf.in l.qui aliena,§.Celsus,nu.37.ff.de acq.hæred. Fel.in d.c. si cau-19 tio,n.44.de fide instrum. Item,† contra suam confessionem geminatam quis non auditur, Th.Triuisf.dec.5.n.5. lib.1.& insequẽdo ipsã 20 materiam geminationis,dico, quod ex † pacto nudo geminato nascitur actio, & obligatio,licet ex eo simpliciter non nasceretur, l.1. §.debitum,ff.de constit.pecu. Bald.in l.fi. C. ad leg.Falc.& ibi Addentes, in litera C. Iasf. in l.iurisgentium,§.sed nulla, n.19. ff. de pactis,& in §.in personam, nu.47. Instit.de act. Roma.in l.si verò,§.de viro, Fallent.31.ff.soluto matrim. Corn. cõsil.68. vol.3. Alber. in Rubrica ff.de verb.oblig. nu.114. vbi Ripa, n.30. Curt.iun. cõsf.168.n.9. Ang. & Saly. in l.petens, C.de pactis, Soc. iunior in repet. l. Centurio,n.300 ff.de vulg. & pupill. substit. [Cephal.cõsf.40.n.10. Decia. consf.46.n.39. lib.2. Tusc.in lit.G.concl.28.nu.24.] Marsil.in d.l.1.§.quæstioni,nu.6. ff.de quæstion. Foller.in pract.Censuali,in ver.quæ quidem exequutio,nu.45. Parisf.cõsf.82.num.16.lib.1. Affli.dec.13.n.24. Gabriel d. concl.3. nu.6. Alciat.in d. Rubr.de verbor.oblig. n.14. vbi 21 dicit, quod hæc est comm. opin. Item † licet hæreticus qui vult se corrigere non tradatur Curiæ seculari, c.pen.§. qui autem, de hæret. [Farin. quæst.8. num.76. idem Author frater meus de effect.cleric.effect.1.num.837.] 22 tamẽ † si hæresin geminauerit, etiam si vellet se corrigere nõ auditur, sed traditur Curiæ seculari, c.super eo,& c. accusatus, de hæret. in 6.

in 6.& vtrobique Doctores. Euerard.in d.loco à vi geminationis, n.6. [idem Author d. n.837.] Item† verba enunciatiua si sunt geminata, probant & inducunt dispositionem, glos.in c.per inquisitionem, de elect. l.ex hac scriptura, ff.de donat.vbi Paul. de Cast. n.2. & cons.386.n.2.Bart.& Bal. in præcit. l. cum scimus, vbi Iac.Rebuff.n.2. C.de agricol.& censit.lib.11.Iason.in l.ex ijs,nu.2. C. de testam.mil.Laur. Palatiol.cons.83.nu.6. inter consilia Io.Bapt.Marciani. Ludouicus Iunctus,in conc.pro vxore,n.365. Rolan.consil. 60.nu.25.lib.1. [Pancirol.cons.96. nu.57. Crauett.de antiquit.tempor.p.1.in tit.verb. enuntiatiua,n.26.fol.41.Rol.à Vall.cons.60. n.25.lib.2.Ceph.cõs.468. n.47. Sforz. Odd. cons.64.n.5.] Gigas in tract.de pension.ecclesiast.quæst.97.nu.9.Roma.in l.gerit,ff.de acq.hered.Mari.Anguissola cons.13.n.19.& cons.18.n.14. Brun.à Sole in compend.proposit.iuris,in verbo,enuntiatiua probant; q. duo vltimi alios allegant. Item verba † geminata præsumuntur prolata cum maiori deliberatione, c.etsi Christus, de iureiurando, Crauett.cons.105. n.4. vol.1. Rimin. iunior cons.65.nu.28.lib.1.& consil.110.nu.54.lib. 2. Anna allegat.127.nu.8.lib.2. Mars.in l.1.§.quæstionem,nu.9. ff.de quæst.Tho.Triuis. dec.5.n.5.lib.1. [Ceph.cons.40.n.8.Pancirol.cons.89. n.25.lib.3.Tusch.in lit.G. concl.28.n.14. Decian.cons.57.nu.41.lib.1. Fanut.de moment.tempor.c.20.n.7. Ruin.cõs. 150.nu.13.lib.2. Surd.cons.63.n.65.] & demonstrant magnam firmitatem animi & propositi, [Bec.cons.24.nu.24. Menoch.cons. 63.n.13. Surd.cons.179.nu.18. Marc. Mantua cons.102. n.6.lib. 2. Paris.cons.10.n.57. & cons.32.n.52.lib.1.Crauett.cons.105.nu. 4.Scrad.de feud.p.10.sect.1.n.124.] Fel. in d.c.si cautio,n.40.& seq.de fide instr. & Marsil.d. n.9.† & maiorẽ & firmitatẽ expressionẽ denotãt. Rom.in l.si verò,§.de viro,in 31.Fallẽt.ff.solu. matr. Dec.cons.315.n.5. [Corn. cons.59.n.8.lib.2.& cons.140. nu.2. lib.2.] Gigas d.quæst.97.num.5. Item, verba † geminata faciunt comprehendi in dispositione ea,quæ aliàs non comprehenderentur, Alex. in l.si patroni,n.15. ff.ad Trebell. Ruin.cõs. 32.n.2.lib.2. Rim.iun. cons.65.nu.27.lib.1. Cæphal.cons.58.n.18.lib.2.Pancirol.cons.4 nu.12. Berous cons.43. n.44. lib.3. Pedroch. cons.6.nu.16.lib.1. [& reddit actum validum licet alias non esset validum, Aldouin. cons.77.n.6.& 37. Schrad. de feud. p.10. sect.io. 20.n.126. Aldou. cons.63.n.34.& cons. 71.nu.15. Gozad. cons.30.nu.2. Paris.cons. 9.n.20.lib.3. Siluan.cons.95.n.11.] Item † verba geminata semper ampliant effectum ad cuius finem interponuntur, l.Balista, ff.ad Trebellianum, l.fructus, C. de action.empt. c.cum ex te,de rescript.gl.& Sal.in l.cum pater, ff.de pactis dotal. [Io. Franc. à Pont. cons.46.nu.28.lib.2. Aldou. cons.39.n.23.] Ias.in l.nominatim,num.8.ff.de liberis & postum. Ripa in Rubrica de verborum oblig. Soc.iunior in d.l.centurio,n.300. ff.de vulg. & pupill.substit. Paris. cons.6. nu.12. vol.1. Ruin.cons.218.vol.1. Osasc.dec. Pedem.39. n.16. Item † geminatio verborum operatur, vt licet lex sit loquens per verba futuri temporis, intelligatur mediante sententia, iuxta glo.in l.in criminali, in gl.magna, C. de iurisdict. om. iud. Mathes. Singular 116. † attamen si sint geminata, vt puta, si statutum dicit, cassentur,& annulletur, vel annulletur, & irritetur, intelligitur ipso iure, absq; sententia, Bal.in titu.de pace Constãt. §.priuilegia omnia, verbo,& in irritum deducantur,& in verbo, cassentur, Roma.sing.1.2. & 3. Ias. l.non dubium, in 10.not. C.de legibus, & in l. cum postea quam, in tertio notab. C.de pact. Cotta in Memor. in verbo, geminatio, il 3. vbi alios allegat, Mars.in tract. de bannit. in verbo mortui, n.96. Item,† verba geminata specialem expressionem significant, & comprehendunt id, quod specificam mentionem requirit, l.in fideicommissariam, iuncta l. Balistam, ff.ad Trebellian. Achil. Pedrocha cõs. 6.n.9.10.& seq. lib.1.Mantica,in tract.de cõiect.vlt.volunt.lib.7.tit.10. nu.12. vbi testatur de magis communi opinione, & alios allegat, & ex hoc infert ipse Pedroch. loco cit. [Rol.à Vall. cõs.60.n.2.lib.1. Dec.cõs.1.n. 9.vers.ista enim verba & cõs.23.num.4.vers. quinto quia, Soc. cons.65.nu.18. lib.1. idem Bec.cons.66.nu.15.lib.1. Paris.cons.50.n.15. lib.4. Camil.de Laratha cõs.2.n.58.] quod † licet lex requirat specialem expressionem, vt legitima sub renũtiatione includatur, attamẽ si in renũtiatione adsunt verba geminata

nata, tunc in ea comprehenditur ipsa legitima. [Morot.conf.9.nu.20.Mantic.de coniect.lib.6.tit.2.n.109. Peregr.de fideicomm. artic.36.nu.100.Gratian.discept.cap.247.n.37.cum seq. Decian.consf.78.num.28.lib.5. Molfes.in additionibus ad consuet.par.4.de successionibus.q.15.n.1.& conf.14.n.20.Menoch.conf.71.nu.1.& 24.Barz.dec.103.n.8. Apicell.alleg.11. Fontanell.de pact.nuptial. clauf.4.glos.24. num.52. Intrig.sing.99. nu. 101.lib.3. Surd.conf.299.nu.13. Placentin. conf.11.nu.9.lib.2. Milanen.dec.10.nu.30. lib.1.Ripa obser.36.] Item † geminatae promissiones etiam sine causa, valent, & obligāt promittentem, licet simplex promissio sine causa eum non obligaret. Ang.in l. petens, in 3. colum.C.de pact. Ias.in d.§.in personam,nu. 48.Institu.de action. Cauens.super Ritu M. C.V. Ritu 128. num.8. [Martabr.conf.29. n.131. Carpan. in statut. Mediolan. cap.16. nu.74.] Item, † concessio geminata habet vim clausulae Motus proprij, Bald. in l. nec damnosa,num.primo, C. de precibus Imperat. offer.vbi add.in lit.A,Cremens.sing.136 Bertrandus conf.181, num.8.volum.3.Rom. in l.si verò,§.de viro,n.31. ff. soluto matrim. Alex.in l.3.n.4.ff.quod quisque iuris Th. Triuis. dec.65.num.12. lib.1. Fusc. in suis singu. litera G.num.4.Maluas.sing.50.nu.31.Marsil.in l.prima,§.quaestioni, nu.4. ff.de quaest. Felinus in c.si quando, num.14. de rescript. [Paris.conf.9. nu.21.lib.3. Curt.iun.consil. 310. n.131.] Cotta in memor.in ver. geminatio,il primo, Ias. in dicta l.3. vbi † limitat hoc procedere, quando secundum Rescriptū facit mentionem de primo, illud approbando,secus si nullum mentionem de eo faceret, Bald.in l.secunda,col.2.vers.item quid si Imperator, C. de petit. bonorum subla. lib.10. Cotta in d.ver.geminatio,& † operatur tantum, quantum clausula. Non obstante Butrius in c.primo,vers.saluari potest dictū Legistarum, dicto titu.de rescrip.& in c.quae in Ecclesiarum,in penult.colum. vers. quandoque est dubium,de Constitut.Cephal.consil. 190.nu.30.Felinus dicto num.14.Marsilius in dicto §.quaestioni,num.8. Gozadinus d.consil.70.nu.7. [Soc.sen. conf.63. nu.1.lib.3. Ruin.conf.98.num.13.lib.2. Surd.conf.278 nu.17.Bec.conf.56,nu.48.Menoch.de arbit.

33

34

35

36

49 *Debitor obligatus ad factum, non potest cedere bonis.*
50 *Debitor obligatus ad speciem, non potest cedere bonis.*
51 *Officialis non potest cedere bonis ob pecunias ad se peruentas tanquam officiali.*
52 *Debitor qui nolit polliceri de soluendo si peruenerit ad pinguiorem fortunam, non potest cedere bonis & sufficit iuratoria cautio, & num. 53.*
54 *Debitor diues non potest cedere bonis.*
55 *Debitor non potest cedere bonis si creditor promittit eum non carcerare.*
56 *Debitor amittit beneficium cessionis bonorum, si occultauit bona sua, vel eorum partem, & num. 57.*

Debi-

EXCEPTIO DECIMASEPTIMA.

Cessionis bonorum.

1 Decima septima † exceptio, quæ non censetur reiecta à Statuto reijciente omnes exceptiones, est exceptio cessionis bonorum. Carpan. super Statut. Mediol. lib. 1. c. 42. nu. 203. & c. 408. n. 163. qui allegat. Corne. cons. 212. nu. 2. lib. 3. Matth. Brun. in tract. de cessio. bonor. q. 13. princ. in fine, Suarez in l. post rem iudicatam, n. 21. ff. de re iudic. Foller. super constit. Regni, c. si quis, nu. 28. Anna consil. 124. nu. 13. lib. 1. vbi alios allegat. Lucas Pet. in pract. Capitol. lib. 3. c. 2. n. 18. q. loquitur in fortioribus terminis, hoc est, quando statutũ excludit omnes exceptiones, aliquas tantum tamen reseruans, Ang. in l. in computatione, C. de iure deliber. Socin. Reg. 343. Fallent. 11. & ratio istius conclusionis esse potest, quia cum hæc exceptio sit similis, exceptioni liberationis & pacti de non petendo, & exceptio liberationis, & pacti de non petendo, non censetur exclusa ab isto præsumpto statuto, vt dicam inferius, except. 35. n. 1. ita etiam nec exceptio ista exclusa esse censetur, & quod ista exceptio sit similis exceptioni liberationis, & pacti de non petendo, patet, ex quo liberatio & pactum de non petendo fit ex voluntate partis, & hæc liberatio fit ex voluntate iudicis mandãtis debitorem admitti ad illud miserabile refugium, [in tali materia vid. Apicell. de tutamen pauper. tit. 4. & Mauritius Apicell. alleg. 6. n. 12. cum seq. & an valeat statutum per quod tollitur cessio bonorum Alex. 35. var. resolut. titu. de solut. resolut. 27. nu. 39. & talẽ priuilegium conceditur solum pauperibus, Gratian. discept. c. 486. nu. 5. & facta contra duos an excludat alios ibi num. 13. ex quibus concedatur hoc beneficium, Vinc. Viuacito super Ritu c. 190. Ludou. à Peguera dec. 1. n. 1. p. 2.]
2 & † factum iudicis reputatur factum partis, l. si ob causam, C. de euictionib. vbi hoc notant DD. Bar. n. 5. Bald. & alij, in l. eleganter in princ. ff. de pignor. actio. l. si pignora, ff. de euict. cum similibus congestis per Surd. cons. 49. num. 1. lib. 1. [Honded. cons. 111. n. 53. lib. 1. Vrsill. in addit. Afflict. dec. 130. nu. 3. Soc. cons. 37. nu. 3. lib. 4. Neuiz. cons. 45. n. 18 Bellon. cons. 29. nu. 3. & 11. Ceph. cons. 154. n. 13. Decian. cons. 3. n. 36. lib. 4. Alb. consil. 739. n. 25. Ascius dec. Barensis 200. Gratia. dec. 193. n. 20.] Alia potest esse ratio: quia
3 † cessio bonorum perimit actionem. Abb. in c. qui frustra, nu. 6. de vsur. Brun. à Sole, in cõpend. resolut. proposit. iuris, in verbo, exceptio cessi, & exceptio quæ perimit actionẽ, non censetur reiecta à nostro præsumpto Statuto, vt dicam inferius dicta exceptione 35. nu. 1. [& liberat debitorem à carceribus, Io. Aloy. de Septi. super Ritu cap. 190.] Alia etiam
4 potest adduci ratio, † quia cedens bonis, non tenetur amplius suis creditoribus, & est liberatus ab obligatione ope exceptionis, & præcipuè quando cessio est facta ignominiosè, (vt solet fieri in isto Regno in plena Curia tacto lapide nudis natibus, iuxta formã traditam à Rege Ferdinando, in c. 10. ab eo edito, si cedens est vilis & abiecta persona, si est nobilis, per commemorationem per annum in publicis carceribus) Ias. in §. fi. n. 29. vers. cum eo quoque, Instit. de actio. vbi dicit, cõ statutum & consuetudo cedendi bonis modo prędicto, non valet. Guido Papa, dec. 343

Fely. in c. ad liberandum, sub nu. 3. vers. sed declara istam regulam, de iudicijs, Menoch. in tract. de arbit. iudicum, casu 183. nu. 22. & 23. vbi respondet ad Couarr. qui tenet contrarium Brun. à Sole in compēd. resol. præd. in verbo, Debitor cedens, & in q. 3. n. 9. Bill. in tract. de re milit. p. 9. titu. de saluis conductis, nu. 47. Soc. Reg. 65. & Reg. 68. in princ. Carpan. d. c. 408. nu. 110. vbi dicit, quod in tantum est liberatus, vt non possit amplius conueniri. alleg. tex. in l. item si vnus, in prin. ff. de recept. arbitr. Salic. in l. 1. nu. 1. C. qui
* bonis cedere poss. vbi testatur de com. * opi. [Pet. Caball. in resolut. crim. lib. 1. c. 77. n. 31 Philip. Paschal. de virib. patriæ potest. c. 9. n. 53. Alex. 35. in infrascripta resolut. 27. vnica resolut. n. 37. Io. Griuell. dec. Dolani 78. n. 6. Iul. Cęsar Gallup. p. 3. cap. 9. nu. 14. cum seq. & quid si peruenerit cedens ad pinguiorem fortunam, Ludou. à Peguer. dec. 1. n. 24. p. 2. Marchesan. de commission. p. 2. c. 7. nu. 50.]

5 Alia potest adduci ratio, † qua non excluditur ista exceptio per Statutum reijciens oēs exceptiones, quia hæc exceptio respicit actū executionis, & nō substātiā instrumēti, & obligationis. Imola in cap. Odoardus, de solut. Brun. in tract. de cess. bonor. q. 2. n. 11. Carpa. vbi sup. n. 204. & sic ista exceptio non opponitur contra instrumentum, sed contra exequutionem ipsius instrumenti, quod est permissum, vt dicam infra exceptione 23. n. 1. & ideo ista exceptio non potest opponi aduersus exequutionem census Bullaris, vt voluerunt nostrates super eadem Bulla, & præcipuè Intrigl. q. 65. nu. 5. Milanen. dec. 7. nu. 2. lib. 2. quia Bulla nostra siue Pragmatica edita super ipsa Bulla, non dat priuilegium non opponendi instrumento, sed ipsi exequutioni, vt habetur ibi, quæ quidem executio. [Brun. d. tract. q. 12. princ. Soc. cons. 204. lib. 1. Tusc. in lit. C, concl. 219. n. 14.]

6 Quæro modo, an † debitor qui cessit bonis, possit opponere hāc exceptionem si peruenerit ad pinguiorem fortunam? & respondeo, quod si illis ignominiosè cessit, etiam si peruenerit ad meliorem fortunam, non tenetur amplius satisfacere suis creditoribus, & per consequens si conuenitur, poterit opponere talem exceptionem. Roman. sing. 24. n. 2. & 3. [Paschal c. 9. nu. 52. de virib. patriæ potest. sed si postea peruenerit cedens bonis ad pinguiorem fortunam tenetur in foro poli, ita Sotus de iustit. & iure. quæst. 7. art. vlt. Marchesan. de commission. p. 2. c. 7. n. 12. Simon Viuacit. super ritu cap. 190. vers. ibi ad pinguiorem Pet. Rizzar. in eodem c. vers. ibi deducto.] Guid. Pap. d. dec. 343. Menoc. casu 183. n. 22. & 23. Brun. à Sole, in cōpend. resolut. proposit. iur. in verbo cedens bonis. Vrsill. in adnotat. ad Afflict. dec. 39. n. 5. Ias. in §. pœnales, n. 46. Instit. de actio. idem Guido Papa, cons. 124. n. 7. Paris de Put. in tract. de syndicatu, in verbo, pęna, Steph. Aufrer. in addit. ad Capell. Tolos. q. 61. in lit. I, Carpan. super Statutis Mediolan. lib. 1. c. 408. n. 140. Annibal Monter. in Scholijs seu Commentar. Statut. Bononiens. lib. 2. in tit. de pręcept. faciendi confess. vel conuict. in gl. in verbo, non liberetur, vers. sic autem, carta mihi 261. Idem Brun. à Sole, q. 6. n. 8. & q. 7. nu. 9. & q. 9. n. 38. quibus locis recenset varias consuetudines cedendi bonis ignominiosè. [& quomodo & quando super bonis inde quæsitis potest creditor agere, Iulius Cęsar Gallup. in praxi c. 9. nu. 16. p. 3. nec super partum bonorum postea quæsitis vltra alimenta, Barbosa in l. maritum nu. 15. ff. solut. matrim.] Intellige tamen prædictam conclusionem in debitis contractis ante factam cessionem, & non pro debitis superuenientibus post eam, quia pro eis nullo modo potest lętari, est tex. in l. 3. C. de bon. auctor. iud. possid. Ias. in §. ff. num. 4. Instit. de actio. Soc. Reg. 66. Limit. 3. Carpa. d. c. 408. n. 144. Brun. in tract. de cessio. bonor. q. 2. n. 9. Brun. à Sole, d. q. 7. & ex quo dicta cessio ignominiosè facta in tantū liberat debitorem, vt non teneatur amplius suis creditoribus etiam si peruenerit ad pinguiorem fortunam, ideo † debitores nō

7 possunt deuenire ad istiusmodi cessionem nisi volentibus creditoribus, & non aliter. Ias. in d. §. pœnales, n. 46. Instit. de actio. Vrsill. in adnot. ad Afflict. dec. 379. num. 5. [Alex. 35. in d. var. resolut. 27. n. 49. & 50.] Brun. à So

8 le, d. q. 7. n. 12. sed si illis † non ignominiosè cessit, potest debitor à suis creditoribus conueniri super bonis quæ post cessionem acquisiuit, & isto casu non potest conueniri, nisi in quantum facere potest, deducto ne egeat, l. q. autem, §. 1. ff. quæ in fraud. cred. §. fi. vbi Ias.

&

& Ang. Aret. Instit. de action. l.4.6.& 7.& l. sunt qui, ff. de re iudic. l. fin. C. quæ in fraud. credit. l. in condemnatione, in prin. vbi Dec. Petrus, Fab. Cagnol. & alij Doct. ff. de regu. iur. Vvesembech. cons. 17. n. 24. & 48. lib. 1. Carpan. super dictis Statutis Mediol. lib. 1. c. 408. n. 127. Couarru. lib. 2. variarum resolut. c. 1. nu. 6. Menoch. in tract. de arbitr. iudicũ, casu 183. n. 20. & 21. Cumia super Ritu istius Regni, c. 295. n. 43. [Scip. Rendin. in promptuar. tit. de cession. bonorum, nu. 1.]

9 Quæro secundò, an possit † renuntiari huic beneficio cessionis bonorum? & dicas quod non. & hoc non solum tacitè, sed nec expressè. ita Menoc. qui testatur de magis communi* opinione, in dicto casu 183. num. 18. Neuizan. cons. 59. nu. 6. Euerard. Bronchorst in conciliat. cent. 4. assert. 20. Carpan. super d. c. 408. nu. 169. & nu. 170. vbi alios allegat. gl. in Auth. Imò, C. de actio. & oblig. Bart. in l. alia, §. eleganter, n. 15. & 16. ff. sol. matr. vbi etiam Imola, Ang. in repet. l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Alber. de Rosate in Rubr. C. qui bonis cedere poss. nu. 11. 12. & 13. Iacobin. in §. quod autem, Auth. de fideiuss. Ant. de Butr. & Henric. Bohic, nu. 2. in c. Odoardus, de solut. Imol. & Cardinal. in c. lator, de pignor. Couarr. lib. 2. var. resol. c. 1. n. 7. vbi multos alios allegat. Io. Faber & Ias. n. 30. in §. fi. Instit. de actio. vbi etiam Aret. col. fi. Seraph. de Seraph. in tract. de priuil. iuramenti, priuileg. 91. n. 1. Cuman. in præcit. §. eleganter, vbi testatur de communi* opinione, Bart. cons. 116. n. 2. lib. 2. Specul. Loffred. Barbat. Matth. Brun. Ioseph. Ludou. Rot. Roma. Alciat. Gasp. Beat. & alij, in locis allegatis per Tessaur. d. dec. 36. n. 2. vbi nu. 3. ponit rationem istius conclusionis, & duas distinctiones positas à Doctorib. locis per eum citatis, quæ videri possunt penes eundem, & in fine dict. n. 3. testatur ita aliàs fuisse iudicatũ per Senatum Pedemontanum, & vltra allegatos ibi per eum, ita etiam tenuere Cinus, & Salic. in l. 1. C. qui bonis cedere poss. Ripa in l. obligatione, nu. 30. & 33. ff. de pignor. & hypothecis. Soc. reg. 343. Vitalin. in tract. clausular. qui per varias columnas hoc disputat. Monterent. in Scholijs seu Commentarijs Statut. Bononiens. lib. 2. in tit. de præcep. faciend. confess. vel conuictis, in gl. in ver. nõ liberetur, carta mihi 261. Brun. à Sole, q. 8. n. 1. & seq. vbi ad hoc adducit varias rationes & testatur de communi* opinione, Hierony. Magon. dec. Lucensi 68. nu. 9. Illustris. Cardinal. Albanus in lucubrat. ad Bart. in l. qui bonis, ff. de cess. bonor. Brun. in d. tractat. de cess. bon. q. 20. per totam, qui distinguit & concordat hanc cum cõtraria opinione; quæ distinctio mihi non videtur vera, sed tu considera. Cumia super Ritu istius Regni, c. 95. nu. 3. [Io. Aloys. Ricc. in Collect. dec. 121. vers. item num cessioni, Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 10. nu. 12. & quid si interuenerit iuramentum in renuntiatione ibi n. 13. & qñ possit, Marches. de commission. p. 2. c. 7. n. 37. & 38. & non valet pactum de non cedendo bonis, Vinc. Percoll. super Ritu c. 190. Curt. sen. in quæst. forens. q. 22. n. 2. cum seq. Barbos. in l. alia, §. eleganter num. 49. ff. solu. matrimon. Ioan. Castagn. in tracta. deducto ne egeat, quæst. 11. num. 18. & 19.] Mazzol. consil. 22. num. 4. Becc. cons. 10. num. 5. licet contrarium tenuerint nonnulli relati ab ipso Becc. cons. prædicto n. 1. & Carpa. d. c. 408. n. 171. qui alios allegat. & à Tessauro d. nu. 3. quos breuitatis gratia nolui hic referre, quia eorum opinio nunquam mihi placuit. Retenta igitur dicta prima opinione, quæ reuera est communior,* humanior, & magis vera,

10 illam ampliabis, † vt procedat, etiam si tali renuntiationi adesset iuramentum. Bar. n. 2. & 12. & Imola in d. l. alia, §. eleganter, ff. solu. matrim. Cin. & Sal. in l. 1. C. qui bon. cedere poss. Soc. Reg. 279. Menoc. d. casu 183. n. 18. Tessaur. d. dec. 36. n. 4. vbi dicit hanc esse magis commu. opin.* Capell. Tolos. dec. 67. Neuiz. d. cons. 59. n. 6. Carauita super Ritu Regni Neapol. Ritu 179. n. 4. Ioseph. Ludouic. dec. 64. nu. 21. Gasp. Beat. in tract. de inope debito. c. 1. n. 42. Vinc. Maxill. super consuet. Barens. tit. de cessio. bon. in prin. n. 19. Brun. à Sole, q. 8. nu. 13. & 14. [Mancin. de iuram. p. 4. effect. 56. & effect. 223. Amescua in tract. de potest. in seipsum c. 22. num. 10. lib. 2. Paschal. in d. tract. de vir. patriæ potest. c. 9. n. 54. qui de magis com. opi. testatur Apicell. tutamen pauperum tit. 4. n. 74. Gratia. discept. c. 222. n. 46. Iul. Cæsar Gallup. in praxi p. 3. c. 9. n. 2. à Peguer. dec. 1. n. 2. & 7. p. 2. Vinc. Percoll. super ritu c. 190. & ibi Io. Aloys. de Sept.

Becc.conf.10.n.6.]¹ Cumia d.c.95.n.4.vbi dicit, quod tale pactum est contra bonos mores, Mazzol.præcit.conf.22.n.4. Bec.d.conf. 10.num.5. vbi dicit, quod istud iuramentum continet inhumanitatem. Ripa in d.l. obligatione, num.28. ff. de pignor. & hypothec.

11 Quam ampliationem subamplia, † vt etiam procedat, nõ obtenta absolutione à iuramento, Guido Papa dec.211. vbi etiam Apostillat. Bero.q.133. nu.5. Ioseph. Ludouic. dec. prædict. n.20. Tessaur. d.n.4. Gasp. Beat. d.n. 42. Seraph. de Seraph. in tract. de priuil. iuramento, priuil.91. n.3. vbi recenset Doctores qui tenuere contrariam opinionem, & postea concludit, quod hæc est cõmunis opinio. * Alciat. qui etiam testatur de communi * opinio. in c. cum contingat, nu.72. de iureiuran. Suarez in Thesauro recept. sent. litera C, n.42. Menoc. d. casu 183. nu.18. Bossi. in suo tract. crim. tit. de carcerat. fideiuss. relaxand. nu.25. vbi testatur, quod Senatus Mediol. semper fuit sequutus hanc opinionem. Bec. d. conf. 20. n.6. [Alex.35. variar. resol. tit. de solut. resolut.27. n.24. lib.3.]

12 Limitabis † modo conclusionem superius ampliatam, vt non procedat stante consuetudine permittente renuntiationem huius beneficij, ex quo casu isto potest iure optimo illi renuntiari, Aufrer. in addit. ad Cappellam Tolos. dec.61. Brun. à Sole d.q.8.n.10.

13 Declara etiam vt † pactum renuntiationis istius beneficij operetur, vt debitor non obstante cessione, possit in solidum conueniri, etiã, quod deducto ære alieno egere debeat, ita Bald. in l.1. C. qui bon. cedere poss. Brun. à Sole, d.q.8.n.17. Ripa in d.l. obligatione, nu. 33. ff. de pignor. & hypothecis. Et quia non ita passim omnibus conceditur hoc beneficiũ cessionis bonorum, idem videndum est, quibus casibus de iure sit denegandum; &

14 Primò, qui † contraxit sciens se non esse soluendo, non potest gaudere hoc beneficio, l. pen. ff. de cessio. bon. Bar. in d.l. alia, §. eleganter, in fi. ff. sol. matr. Rebuff. conf.184. n.7. Ripa d.n.33. Ang. in l.4. ff. de cessi. bon. Soc. d. Reg.343. in 2. Fallent. Plot. in repet. l. si qñ, §.4. n.62. C. vnde vi, Card. & Imola in c. lator, de pignor. Brun. d. tract. de cessio. bonor. q.3. 4. q. princ. per totam, vbi latè examinat istam materiam. [Scip. Rendin. in prompt. tit. de cessio. bonorum, n.5. Ludou. à Peguer. dec.2. n.16. lib.2. Pet. Barbos. in l. maritum, n.71. ff. sol. matr. Carau. in addit. ad Affl. dec. 5. Io. Castagn. in tract. deducto ne egeat q.12 ampl.3. n.7.] Cumia, super Ritu M.R.C. c.95. nu.18. Ant. Cioff conf.99. nu.2. lib.1. Alc. in c. cum non ab homine, n.78. de iudic. Pau. de Cast. in l. etiam, §. licet, n.3. vers. item quid, vbi etiam ceteri Scribentes, ff. sol. matri. & in l. indubitati, n.3. C. de non nume. pecun. Carbon. in pract. practicar. lib.3. c.8. n. 42. Carauita in addit. nouiss. ad Affli. dec.5. vbi multos alios hoc dicẽtes allegat. Carpan. super Statutis Mediol. c.408. num.59. lib.1.

15 Quam conclusionem † intelligas, si ipse debitor induxerit creditorem ad secum contrahendum, secus, si ipse creditor sponte cõtraxerit cum eo. Pau. de Cast. in l. etiam, §. licet, n.3. ff. sol. matr. Brun. q.3. 4. quest. prin. Carpan. c. præd. num.60.

16 Secundo casu, non potest † debitor gaudere beneficio cessionis bonorum, nec illis cedere, si negaret debitum, vel super eo litigaret: nam si postea esset condemnatus, non potest amplius illis cedere, l. item si vnus, ff. de arbi. Rebuff. d.n.7. Affl. dec.369. nu.1. Soc. d. reg. 343. in 7. Fallent. Ias. in §. fi. nu.16. vbi etiam Aret. n.8. Instit. de actio. Neuiz. conf.59. n.8. Brun. à Sole, q.9. n.27. & seq. Brun. in tract. de cessio. bon. q.2. per totum. Henric. Bohic. in c. Odoardus, n.5. de solut. Carpa. super Statutis Mediol. d.c.408. n.89. lib.1. Boss. in tract. crim. in tit. de carcer. fideiuss. relaxan. nu.26. [Vinc. Maxilla in consuet. Barens. rubric. de cessiõ. bonor. n.27. Paschal. de vir. patriæ potest. c.9. n.58. p.2. Ant. de Ballis in suo tractã. pragm.1. tit.17. de cessio. bonorum lib.5. n.13. Io. Aloys. Ric. Collect. dec.121. in prin. p.1. Alex.35. var. resolut. resolut.27. n.27. & resolut.2. n.14. lib.3. à Peguer. dec.2. nu.17. p.2.] Caroc. in tract. d. excus. p.2. q.69. per totam, vbi dicit, hoc procedere, etiam si debitor nõ negaret expresè, sed tacitè, vt quia nec negat, nec confitetur; Ad quod corroborandum facit, quia † fideiussor qui negat se fideiussisse, amittit beneficium excussionis.

17 Ang. in l. si fideiussor, ff. de fideiuss. Bald. in Auth. contra qui propriam, C. de non num. pecun. Grat. conf.163. nu.44. lib.2. Asin. in pract. exequutiua, §.31. c.2. ampl.1. vigesimæ-

mæ secundæ ampliationis principalis, Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. n. 380. Iaf. in l. quod te, n. 30. ff. si cert. pet. & in l. 1. n. 11. C. de transact. Corbol. in tract. ex quibus causis emphyteuta iure suo priuetur, causa 1. nu. 6. [Io. Aloys. Ric. dec. 115. nu. 5. p. 3. Marsil. de fideiussor. n. 19. Rol. à Vall. cons. 88. nu. 2. lib. 4.]

18 sic etiam † hæres, qui negat rem legatam esse hæreditariam, amittit beneficium legis Falcidiæ in illo legato, l. hęreditatum, §. si quis hęredibus, & ibi hoc notant Bart. in fine, Paul. de Cast. num. 1. Alex. nu. 2. & ceteri Scribentes, ff. ad leg. Falcid. Marsil. in repet. Rubr. præd. n. 381. Iaf. d. nu. 30. & d. n. 11. Corbol. loco cit. n. 5. [nec gaudet hoc beneficio hęres si non confecerit inuentarium, Tho. Triuis. dec. 8. num. 7. Ricc. collect. dec. 121.]

19 sic etiam dicitur, quod † si feudatarius, seu emphyteuta negat rem esse feudalem, vel emphyteuticam, amittit feudum, seu emphyteusim, aut illam partem quam negat esse talem, Specul. in tit. de locato, & conducto §. nunc aliqua, n. 82. Ang. in l. fi. n. 3. C. de rei vendic. Marsil. in d. Rubr. 384. Iaf. in §. omnium, n. 87. Instit. de actio. Ripa in l. priuilegia, n. 25. ff. de priuileg. credit. Grat. cons. 93. num. 30. & cons. 111. etiam n. 30. vol. 1. Rol. cons. 88. num. 4. vol. 4. gloss. Laudens. Iacob. de Bellouis. Andr. de Isern. Iacob. Aluarot. & * cõmuniter Doctores, in c. 1. §. vasallus, tit. si de feudo fuerit controuers. Hostiens. in c. ceterum, n. 1. & ibidem Iaf. n. 21. & Fel. n. 18. de iudic. [Iacobin. in tract. de feud. vers. dictiq; vassalli, il 1. n. 34. Ripa in l. qui cum se, n. ff. de re iudicat. Bald. in c. cęterum, nu. 6. de iudic. Loffred. cons. 45. nu. 17. à Rosental de feud. c. conc l. 32. n. 2. Schrad. de feud. p. 9. c. 6. nu. 19. cum seq. Clar. de feud. q. 59. Surd. de alim. tit. 9. q. 26. nu. 71. d. Clar. in §. feudum quęst. 59. num. 2. Foller. de censibus titu. huiusmodi cens. nu. 13. fol. 160. Surd. consil. 151. num. 45.] Curtius iunior in tract. de feud. in 4. p. n. 41. Corbol. qui latissimè loquitur in d. tract. ex quibus caus. emph. iure suo priuat. dicta causa prima, per totam, vbi etiam nonnullos alios allegat, & hoc limitat aliquibus modis. Quam vltimam

20 † conclusionem intelligas, si vasallus ex certa scientia, & ex dolo malo negauerit rem esse feudalem, c. 1. §. vasallus, il primo, & ibi Doctores, & §. vasallus, il secondo, & ibi etiã Doctores, si de feudis fuerit controu. Iac. de Bellouí. Andr. de Isern. Bal. Alciat. Præposit. & Matth. de Affl. in c. 1. §. fi. de lege Conradina. Iacobin. de Sancto Georgio in trac. de feud, in verb. dictique vasalli, il primo, nu. 34. Zasius in tract. de feud. in 10. p. n. 53. [Berous cons. 82. nu. 14. lib. 1. Roma. cons. 70. num. 5. Alex. cons. 35. n. 1. & 6. lib. 5. Gozadin. cons. 86. circa finem, Gratia. discept. c. 109. n. 34.] Fel. in d. c. ceterum, n. 18. Barbat. n. 105. & ibi etiam Bal. n. 8. Panor. n. 21. & Dec. nu. 19. de iudic. Ripa in l. cum te, n. 2. ff. de re iudic. ideo

21 † si per ignorantiam negauerit rem esse talẽ, ea non priuabitur, nisi talis ignorantia esset crassa & supina, vel affectata, gl. in d. §. vasallus, il primo, in verbo, scientia, vbi etiam ceteri Scribentes supra citati. [Grat. cons. 37. n. 3. lib. 2. Surd. dec. 237. n. 2.] Secundò, dicta conclusio fallit,

22 † quotiescunque libellus in quo feudatarius conuenitur esset ineptus; nam eo casu negando non priuatur iure suo, cum pœna imposita neganti nunquam habeat locum quando negatio est facta super libello inepto, Bal. in l. edita, in 3. col. in repet. Patauina, C. de edendo. Alex. & Iaf. in l. eum qui, in prin. ff. de re iudic. idem Alex. in l. etiam, §. licet, n. 9. vers. quarto limita, ff. solut. matr. & in l. sed hoc, §. quod autem, & ibi Iaf. n. 5. ff. de re iud. idẽ Alex. in l. 1. n. 2. C. de his qui potent. nom. Fel. in c. ex tenore, col. 3. de rescriptis. Iaf. in §. actionum, num. 97. Instit. de action. Cotta in memorial. in verbo, Actus nullus, & in verbo, Mendax. Tertiò fallit,

23 † quotiescunque emphyteuta non negaret in totum rem esse feudalem, sed tantum aliqua eius pacta, vel conditiones, vt quia dominus peteret plus quam sibi debetur, quia tunc feudo non priuatur, etiam si reperiretur mendax, Alex. cons. 35. n. 2. & 3. lib. 5. qui mouetur per text. in l. in testamento, la prima, & ibi Bal. ff. de condit. & demonstr. [Gratian. discept. c. 36. n. 48. & c. 109. n. 43.] Quartò fallit

24 † si emphyteuta vel vasallus postquam fuerit conuentus, & negauerit, pœnitẽtia ductus hanc suam negationem reuocauerit, & confiteretur rem esse talem, prout petebatur. Iacob. de Bellouis. Bal. Aluarot. Præposit. & Affl. in c. 1. §. vasallus, il primo, si de feudo fuerit controuers. & ibi etiam Andr. de Isern. [Lu-

[Ludolph. Schrader de feud. p.11.c.6.n.39.]

25 Quæ pœnitentia † debet esse ante litem contestatam, quia si fiat post litem contestatam, non euitabit pœnam, l. electio, §. neque, ff. de noxalibus actionibus, l. is qui se obtulit, ff. de rei vendicat. gl. in §. item mixta, Instit. de actio. & in l. de ætate, §. fi. ff. de interrog. actio. Bal. in l. quidam æstimauerunt, ff. si cert. pet. Imola in l. sicut, §. quod autem, & ibi Aret. & Alex. ff. de re iudic. Scribentes omnes, in l. si dubitetur, in prin. & in §. 1. ff. de fideiuss. Bal. & Alex. in l. eum qui, & ibi Ias. n. 9. ff. de iureiur. Fel. in c. ceterum, nu. 18. de iudic. [idem Schrader d.c.6.n.45.]

Item ad hoc facit quod dicitur in l. fi. ff. de rei vendic. vbi habetur, 26 † quod possidens aliquod prædium, si est interrogatus an possideat, & neget se possidere, & postea fuerit cõuictus de mendacio, amittit possessionem, & illa transfertur in actorem. Hoc idem notauit glos. in Auth. de triente & semisse, §. illud quoque, in verbo, possessio, & in Auth. Item si possessio, in verbo, transferat, C. qui pot. in pignor. habeant. [Bald. consl. 201. propter mendacium lib. 3. Barbat. cons. 36. n. 1. lib. 3. Roma. cons. 70. n. 6. Grat. cons. 93. n. 29. lib. 1. Surd. cons. 214. n. 3. Brun. à Sol. in proposit. in verb. rei vendicatio. Plautius in l. qđ te, nu. 115. ff. si cert. pet. in 8. Surd. dec. 237. n. 1.] 27 & † negans fit de Reo, Actor, Bal. cõsil. 201. lib. 3. Barbatia consil. 36. nu. 1. lib. 3. Ias. in §. omnium, n. 86. & in §. item si quis, il primo, n. 17. Instit. de actio. Becc. cons. 64. n. 1. vbi ponit, quomodo practicetur dispositio d. l. fi. ff. de rei vendic. Caualc. in repert. lib. 1. suarum Decisionum, in verbo, Reus si negat, Rol. cons. 88. nu. 1. & 10. lib. 4. vbi dicit, quod est optima cautela, [Bartolom. Cepoll. cautel. 161.] quod actor semper in principio litis, interrogare faciat reum, an possideat rē contra quam intendit litem intentare, & si conuentus dixerit se possidere, dicitur liti se obtulisse, l. is qui se obtulit, l. si autem, in prin. ff. de rei vendic. & sic iudicium tenet; si verò Reus negat se possidere, & tunc si dicit verū, non est amplius contra eum procedendum, si verò apparet ipsum mentiri, vt quia possidet Reus, consequitur pęnam mendacij, amittendo possessionem, vt iam dixi, qui Bec. & Rol. latè examinant materiam dictæ legis fin. in locis supra citatis, prout etiam eam exactissimè examinat Vinc. Caroc. in d. tract. de excuss. p. 2. q. 69. vbi adducit multos casus in quibus negans amittit ius suum propter mendacium. Ias. in l. quod te, n. 30. ff. si cert. petat. Gabriel in suis conclus. tit. de acq. poss. conclus. 5. n. 2. quæ omnia 28 † intelligas, si à iudice fuerit interrogatus, vtrū rē petitam possideat & negauerit, secus si à parte, gloss. in d. l. fi. in verbo, non possidere, ff. de rei vendic. [Gratian. d.c.109.n.37.] Et redeundo ad rem nostram, dico, quod dictam conclusionem qđ 29 † debitor negans debitum, non possit cedere bonis, limitare poteris, quando debitor habuit iustam causam negandi, & ante sententiam pęnituit, & confessus fuit debitum. Bal. in l. 1. C. qui bonis cedere possunt. Affl. dec. 379. n. 2. Tho. Doccius cons. 146. nu. 1. [& quid si debitor qui negat debitum cum iuramento, aut aliter incurrit in periurium an gaudere possit beneficio cessionis bonorum, Anell. Amat. cons. 50. nu. 14. & quid si fuit in dolo versatus debitor conuertens fructus in proprios vsus, & non soluit creditori, idem Amat. d. cons. n. 15. Gratian. d. c. 109. nu. 39. Caroc. in tracta. de exequutione p. 2. q. 69. Surd. cons. 214. nu. 16.]

30 Secundò † limita, quando debitum originem sumeret ab ipsamet sentētia, vt quia esset actum actione in factum, ex quo illo casu post sentētiam debitor condemnatus, potest cedere bonis. Salic. in l. 1. vers. iuxta hoc modo, vbi etiam Bald. C. qui bonis cedere poss. Affl. dec. pręd. n. 3.

31 Tertiò limita, † si fuisset appellatum à sententia condemnatoria, quia pendēte appellatione debitor potest cedere bonis, Aret. in §. fi. Instit. de actio. Affl. eod. nu. 3. vbi Vrsill. in adnot. Carpan. super Stat. Mediol. cap. 408. nume. 94.

32 Tertius † casus, in quo debitor non admittitur ad istud miserabile refugium cessionis bonorum, est, si debitor bona sua dissipauit 45 in fraudem creditorum, est textus expressus in l. fi. in fine, ff. quæ in fraudem creditorum, Rebuff. consil. 184. n. 4. Ripa, in l. obligatione, nu. 33. ff. de pignor. & hypot. Soc. d. Reg. 343. in Fallentia prima, Ias. in §. item si quis in fraudem, n. 92. Instit. de actio. Neuiz. d. cõsil. 59. n. 2. Bal. cons. 220. lib. 3. Suarez in thesauro

sauro receptarum sententiarum, lit. C, nu. 42. Brun. à Sole, q. 9. n. 34. Paris. cõs. 94. n. 9. vol. 2. Natta consil. 361. n. 7. lib. 2. Stracha in tracta. de mercat. in tit. de decoctor. §. circa tertiam speciem, nu. 9. 10. 29. & seq. Brun. in d. tract. de cess. bonorum, q. 28. 4. quæst. principalis, per totam, Carbon. in pract. practicar. lib. 3. c. 8. n. 42. Henric. Bohic, in c. Odoardus de solut. Carpan. eod. c. 408. n. 54. & 123. vbi ferè infinitos allegat. [& quid si mercator est decoctus an possit cedere bonis, Boer. dec. 349. n. 10. Maxill. in consuet. Barens. in titu. de cessio. bonor. n. 34. Paschal de vir. patriæ potest. c. 9. n. 61. p. 2. nec quando bona sua in fraudem creditorum alienauit, & venditio facta in fraudem creditorum est nulla, vt est tex. in l. si quis cum haberet, ff. quæ in fraudẽ credit. & ibi Bart. l. 2. in princ. ff. de iur. fisci, Ang. in §. si quis in fraudem nu. 11. instit. de actio. & ibi Ias. nu. 46. Crot. cons. 201. nu. 24. vbi etiam præsumptiue venit rescindenda, Tusc. in lit. A. concl. 268. n. 1. Borell. consil. 58. n. 2. Imo alienationes factæ in fraudem futurorum creditorum possunt reuocari, Pancirol. cons. 99. n. 18. Affl. de iure prothom. §. 4. n. 3. Mart. vot. 76. n. 4. Crauet. cons. 143. n. 9. & 12. Apicell. tutamen pauper. tit. 4. n. 29. vers. nec etiam conceditur Io. Bapt. de S. Seuerin. in tract. de debitor. suspecto, & fugitiuo 1. quæst. principali in fi. Alex. 35. var. resolut. tit. de solution. 27. num. 28. lib. 3. Ludou. dec. 2. n. 20. p. 2. Pet. Barbos. in l. alia, §. eleganter n. 54. ff. solut. matrim. Io. Aloys. de Sept. super Ritu c. 190. in princ. Io. Castagn. in trac. deducto ne egeat q. 12. ampl. 3. n. 11.]

33 Quartus † casus, in quo debitor non admittitur ad cedendum bonis, est, si debitum processit ex delicto, vel quasi, tam contra fiscum, quàm contra partem, Io. Faber, in §. fi. Instit. de actio. Brun. in d. tract. q. 17. quartæ quæstionis principalis, per totam, Rebuf. cõsil. 184. n. 5. Tessaur. dec. 182. nu. 1. & 3. [Io. Aloys. Ricc. in collect. decis. 121. Ioan. Griuell. dec. Dolani 78. num. 5. & quid si debitũ pro quo cedere vult deuenisset ex causa interesse debiti ratione delicti, Iul. Cęsar. Gallup. in praxi p. 3. c. 9. n. 3. Ludou. à Peguera dec. 68. n. 5. p. 1. Ant. Lanza super Ritu c. 190. vbi Pet. Rizzari in d. c. 190. Muta sup Ritu c. 190 n. 7. Afin. in cõclusio. in verb. cessi. col. 2. vers. cessio. bonorum, Io. Castagn. in d. tract. o. 11. n. 5.] Natta cõs. 361. lib. 2. Boer. dec. 148. n. 8. Clarus in pract. §. fi. q. 95. Couarru. in lib. lib. 2. variar. resolut. c. 1. n. 8. Cumia super ritu istius Regni Sicilię, c. 95. n. 9. Carbon. d. n. 42. gl. in c. cum tu, de vsur. Henric. Bohic, in d. c. Odoardus, n. 4. de solut. Capel. Tolos. decis. 61. n. 3. Menoc. in tract. de arbit. iud. casu 447. n. 17. Ioseph Ludou. dec. 32. nu. 3. Seraphi. de Seraph. qui alios hanc opinionem tenentes congerit, in tract. de priuileg. iuramẽti, priuileg. 91. nu. 8. Suarez in Thesauro recep. sentent. lit. C, nu. 45. & 46. Vrsill. in adnot. ad Afflict. dec. 378. n. 2. Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, bona, nu. 5. C. de reuocan. donat. Brun. à Sole, in compend. resol. proposit. iuris, in verbo, condemnato ex delicto. Ias. in l. si quis id quod, n. 28. ff. de iurisd. omn. iud. licet cõtrarium tenuerint aliqui relati à Tessaro, dec. prædicta, n. 4. quando pœna applicatur parti, qui Ant. Tessaur. optimè distinguit in nu. 7. dum dicit, quod aut pœna applicatur parti vti pœna, & isto casu non admittitur debitor ad cedendum bonis; aut applicatur parti vti interesse, & tũc admittitur; à qua distinctione nõ esse recedendũ puto, tã in consulendo, quàm in iudicando, Quæ principalis conclusio † limitatur tribus modis.

34 Primo modo, quando pœna debetur parti ex contractu, quæ licet sit pœna pecuniaria, tamen non descendit ex delicto, vel ex cõtractu: ideo debitor potest pro ea cedere bonis. Alex. in d. l. si quis id quod, n. 5. ff. de iurisdict. om. iudic. & in l. nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. in addit. ad Bartol. cum alijs relatis à Cumia, d. c. 95. nu. 14.

35 Secundo † modo limitatur, quando creditor, cui fuit applicata pęna pecunia, voluerit vt debitor luat in corpore, quia tunc admittitur ad cedendum bonis. Cumia vbi sup. nu. 15. Brunorus d. q. 17. n. 2. 4. quæst. principalis, Carpan. d. c. 408. n. 65. [Ias. in l. si quis id quid. ff. de iurisd. om. iud.]

36 Tertiò limitatur † dicta conclusio, vt procedat in pœna pecuniaria, quæ imponitur ex dispositione iuris communis, vel statutorũ, secus in multa quæ imponitur iudicis arbitrio, quia istam potest remittere iudex propter paupertatem, l. illicitas, §. fi. vbi gl. & Bar. nu. 1. ff. de offic. præsid. cum concordantibus addu-

adductis per Ias. in d. l. si quis ita quod, n. 29. Cumia loco iam citato, num. 16. Carpan. c. pred. nu. 66.

37 Quintus casus, † in quo non admittitur debitor ad cedendum bonis, est, si ipse contraxit sub spe huius beneficij, & refugij. Io. de Platea, & Ias. num. 21. in §. fi. instit. de action. addit. ad Dinum, in reg. peccatum, in vers. veniæ, de reg. iur. in 6. Ang. in l. 4. §. item non gaudet, ff. de cessio. bonor. Brun. in d. tract. q. 30. nu. 14. quæst. princ. Soc. reg. 95. limit. 18 Carpan. super stat. Mediol. lib. 1. c. 408. n. 61. Tho. Zerola in praxi Episcopali, in verbo, literæ quinquennales, vers. 9. Plot. in repet. l. si quando, §. 4. num. 62. C. vnde vi, vbi dicit quod dolose contrahés debita, asserens se habere facultates sufficientes, cum sit fallitus, non admittitur ad cedendũ bonis; quod postea voluit Vinc. Annibal in addit. ad Mandel. cons. 710. [Apicel. in tract. tutamen pauper. tit. 4. nu. 29. vers. similiter negatur Mart. de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 123. nu. 16.] Alciat. in c. cum non ab homine, n. 78. de iudic.

38 sicut etiam dicimus in simili, quod † delinquens sub spe immunitatis Ecclesiasticæ, ea vti non potest, si ad ipsam Ecclesiam confugerit, ne ipsa commoditas det causam delinquendi. Alciat. in tract. de præsumpt. regu. 3. præsumpt. 33. Ant. Gomes. in tertio tomo variar. resol. c. 10. nu. 2. Aufrer. in addit. ad Capell. Tolos. dec. 423. n. 1. Nauar. in manuali, c. 25. n. 20. Iodoc. Damboud. in pract. criminali, c. 106. n. 8. Alfons. Alzeu. in lib. 1. noua. recompil. lib. 3. nu. 24. Ant. Quesada diuers. quæst. c. 1. n. 6. Clarus in §. fi. q. 30. n. 13. Couar. in lib. 2. var. resol. c. 20. n. 15. circa fi. Remig. in trac. de immun. eccles. fallent. 3. Lelius de Zanch. in tract. de priuileg. Eccl. priuileg. 13. n. 11. Didac. Perez super leg. Tauri, lib. 1. tit. 2. l. 6. in glossa mãcando. Lupus in repet. c. per vestras, in prin. nu. 6. Vulpell. cons. 130 nu. 1. & per tot. [Io. Franc. à Ponte dec. 14. n. 2. Mart. de iurisd. fol. 265. c. 51. n. 1. p. 2. Menoc. de præsum. lib. 5. præsum. 10. nu. 5. Graff. cons. 3. n. 5. tit. de vot. Alc. de præsumpt. reg. 3. præsum. 33. in prin. Nauar. in manuale c. 25 n. 20. Siluester in summa in verb. immunitas 3. n. 2. Summa Pacifica c. 13. col. 3. vers. nota qui fol. 194.]

39 & tunc † dicitur delinquere sub spe Ecclesiasticæ immunitatis, quãdo quis delinquit prope Ecclesiam animo deliberato, & non si casualiter in rixa ibi exorta, c. fi. & ibi hoc notat Anch. de immun. Eccles. c. Ecclesiæ, vbi Henric. Bohic, co. tit. Alciat. d. præsumpt. 33. n. 3. Io. Bapt. Baiard. in addit. ad Clar. in §. fi. q. 30. n. 20. & 21. Octau. Vulpell. cons. 130. n. 7. [& in tract. de libertat. ecclesiastica p. 1. n. 28. Muta super Ritu c. 71. n. 36. & quis erit Iudex competens ad cognoscendum si gaudet nec ne ponit. Pet. Bellug. in Specul. Princip. §. sed quia loquitur n. 19. fol. 68. Alciat. dicta præsumpt. 33. n. 2. Farin. de carcer. & carcerat. q. 28. n. 56.] Menoch. in tract. de præsump. lib. 5. præsump. 10. quod

40 secus est in foro poli, † in quo delinquens siue peccans sub spe indulgentiæ consequendæ eam consequitur, licet grauius peccet, vt si quis sub spe cõsequẽdi absolutionẽ ex bulla Cruciatæ, aliquod committat peccatum si in confessione Sacramentali confiteatur peccatum cum hac qualitate, siue circunstantia, plenissimam consequitur remissionem, & absolutionem. Syluester in verbo, Indulgentia, q. 10. vers. 5. Nauar. cons. 10. de priuileg. lib. 5. Iacob. de Graff. in dec. aureis, p. 1. lib. 1. c. 13. n. 59. & c. 20. n. 5. eod. lib. & lib. 4. c. 15. n. 16. ead. p. 1. & circa hanc quæstionem videas dicta per Lupum, in d. repet. c. per vestras, in princ. n. 2. Ant. Corduba in tract. de casib. cõscient. q. 21. [Menoch. de præsumpt. præsumpt. 10. lib. 5. n. 4.] Couar. in lib. 2. var. resol. c. 20. nu. 15. Viuald. in Cand. lib. aur. tit. de confess. nu. 42. Emanuel Rodriguez in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. dubio 6. n. 99.

41 Sexto † casu (vt redeamus ad nostrũ institutum) non potest cedere bonis debitor fiscalis. Soc. reg. 65. Diaz reg. 24. Boer. dec. 349. per totam. Guido Papa dec. 211. n. 13. Gasp. Beat. in tract. de inope debitore, c. 11. Ias. in §. fi. nu. 14. Instit. de actio. Saly. in l. 1. q. 6. C. qui bona cedere poss. Aufr. in addit. ad Capel. Tolos. dec. 28. Brun. in d. tract. de cessione bonorum, q. 9. per totam, 4. quæst. princ. Couar. lib. 2. var. resolut. c. 1. n. 4. Ioseph. Ludouic. dec. 32. nu. 1. & 2. [Alex. 35. var. resolut. tit. de solut. resolut. 27. n. 26. lib. 3. Ludou. à Peguera dec. 68. nu. 1. p. 1. & quando potest nu. 8. Io. Aloys. de Sept. super Ritu c. 190. Castagn. in d. tract. q. 11. n. 6.]

42 Quod procedit † etiam in debitore vniuersitatis, l. ne-

nemo carcerem, C. de exact. tribut. lib. 10. Soc. regula prędicta, limit. 10. Sed istud † limitatur, quando aliquis esset debitor fisci ex causa contractus, glo. in §. pen. in verbo, debita, de societ. Guliel. de Laudo, sing. 44. Cepol. cons. 9. in princ. in ciuil. Ioseph. Ludou. dec. præd. n. 4.

44 Septimo † casu excluditur à beneficio cessionis bonorum ille, qui bona sua, & creditorum pecunias luxuriose viuendo, vel ludēdo consumpsit, [Apicell. tutamen pauper. titu. 4. n. 48. Alex. 35. d. resolut. 27. n. 27. Castag. d. q. 11. n. 17.] Neuiz. cons. 59. nu. 10. Rebuff. cons. 184. n. 3. Tessaur. dec. 36. n. 5. in fi. Ias. in d. §. fi. n. 18. Instit. de action. Marsil. in l. 1. §. cum quis latrones, num. 9. ff. de quæst. Henric. Bohic, & Imola, in c. Odoardus de solut. Bald. in l. 1. nu. 8. in fi. C. qui bon. cedere possunt. Carbon. in pract. practic. lib. 3. c. 8. n. 42. Carpa. d. c. 408. n. 55. lib. 1. Sed Cumia d. c. 95. n. 48. dicit, quod in Regno etiā isto casu admittitur debitor ad cedēdum bonis, sed non aduertit, quod hoc est contra capitulum Regni Regis Ioannis, & Regis Ferdinandi, hoc nu. 10. illud n. 24. quibus cauetur, quod debitor non possit cedere bonis, nisi prius probatis infortunijs, seu casibus fortuitis. ex quo patet, quod ille, qui bona sua cōsumpsit ludendo, vel meretricando, nō potest probare casum fortuitum, & sic ex dispositione iuris Regni non admittitur ad cedendum bonis, & vnum statutū declarat aliud, vt dixi supra, except. 3. n. 4.

45 Octauo † casu excluditur debitor à beneficio cessionis bonorum, quando nolit acceptare dilationem quinquennalem, quam ipsi offert se velle concedere creditor, glos. in l. fi. in verbo, inducias, C. qui bon. ced. poss. Ang. in l. alia, §. eleganter, ff. solut. matr. Soc. d. regula 343. in 3. fallen. Rom. cōs. 439. n. 6. Bru. in tract. de cessione bonor. q. 2. nu. 1. 2. & 4. Contrarium nihilominus tenuit ipsa glos. in d. l. fi. in verbo, detur, vbi dicit, quod stat in electione debitoris, velle cedere bonis, aut acceptare dilationem quinquennalem, & nō creditoris, prout dicit glo. primo loco citata, quas glos. hoc modo concordant Alberic. in d. l. fin. & Vinc. de Franch. dec. 251. quod si debitor nolit dilationem, sed statim cedere bonis, quod potest, & tunc electio est creditoris. quod etiam voluerunt Cyn. & Salyc. in d. l. fi. C. qui bon. cedere poss. Carpa. d. c. 408. nu. 79. [Nicol. Caluol. in praxi lib. 3. c. 8. num. 42. Intrigl. de casibus conscient. c. 35, nu. 98. & 99.]

46 Nono † casu non potest cedere bonis debitor, qui acceptauit dilationem quinquennalem, glo. & Ang. in præcitata l. alia, §. eleganter, ff. solut. matr. glo. Bal. & Sal. Paul. de Cast. & alij, in l. fi. C. qui bon. ced. poss. Matt. Brun. cons. 151. n. 2. Soc. d. reg. 343. fallent. 4. Affl. dec. 378. n. 2. Brun. d. tract. de cessio. bo. q. 27. n. 1. Trois. super ritu M. C. V. ritu 287. n. 4. Brun. à Sole, q. 8. n. 8. vbi dicit, quod acceptans dilationem quinquēnalem, videtur tacitè renuntiasse beneficio cessionis bonorū Vinc. de Franch. d. dec. 251. n. 2. vbi respondet DD. contrarium tenentibus. Tho. Zerola in praxi Episcopali, in verb. literæ quinquennales, vers. tertio, Carbon. d. n. 42. Carpan. q. alios citat, d. c. 408. n. 77. [Ric. collect. 121 in princ. p. 1. Alex. 35. d. resolut. 27. n. 22. lib. 3. Gratian. discept. c. 222. n. 17. Iulius Cęsar Gallup. in praxi p. 3. c. 9. n. 6. Mart. de iurisd. p. 4. cent. 2. cas. 123. nu. 7. Nepit. in consuet. Catanæ consuetud. vnica n. 4. tit. 27.] Ampliabis modo † hanc conclusionem, vt procedat, etiam si debitor qui obtinuit hanc dilationem, non præstitisset cautionem de soluendo finito tpe dilationis, ita Vrsill. in annot. ad Affl. d. dec. 378. nu. 1. Nunc eandem conclusionem † limitabis, quando debitor obtinuisset Rescriptum, vt non obstante oblatione admittatur ad cedendum bonis. Brun. d. q. 27. n. 2. Carpan. c. præd. n. 78.

49 Decimus † casus, in quo debitor est prohibitus cedere bonis, est, quādo esset obligatus ad factum, Cyn. in l. 1. q. 2. C. qui bonis cedere poss. Socy. in d. reg. 343. in 7. fallent. Brun. in d. tractat. de cess. bonor. q. 4. quartæ quæst. principal. vbi distinguit, & ponit multos casus diuersos. Ias. in §. fi. n. 12. & ibi Mōticula, n. 15. Instit. de actio. & nos in isto Regno Siciliæ habemus Statutum expressum, dictans, quod obligatus ad factum, seu operas, non possit cedere bonis. ita dicit c. Ritus 190. [Michell. patrocin. 42. n. 2. Siluester Zachia in addit. obligat. Cameral. q. 19. n. 1. & an possit gaudere beneficio quinquennalis Apicell. tutamen pauper. tit. 1. nu. 184.

Y Alex.

Alex.35.in d.resolut.27.n.47. Vinc.Percoll. super Ritu c.190. & promittens de ratho an possit cedere bonis quod sic tenet Hierony. Fimia in c.Rit. 193.in lit.C, Petr. Rizzari su per Ritu d. c. 190. Apicell. tutamen pauper. tit.4. nu.51. Alex.35. d.resolut.27. nu.46.] vbi Cumia adducit multos DD. hoc dicẽtes. Carbon.in d.num.42.l.si quis curiales,C.de episc. & cler. Henric.Bohic,in c.Odoardus, n.7. de solut.vbi etiam vtitur certa distinctio ne. Saly.in l.1.n.6. C.qui bon.ced.poss.Matt. Colera,in tract.de processi.exequut. p.1. c.9. n.78. DD.in l.stipulatio,§.pen. ff. de nou.oper.nunt. Masuer.in pract.Forensi, tit.de oblig. & renunt. n.6. Carpan.in d.c.408. n.57.

50 & 124. Quæ conclusio † procedit,etiam si debitor esset obligatus ad rẽ in specie. [Matt. Brun.de cessio.bonorũ q.12.4.quæst. princ. super statut.Mediolan.c.408.n.56. quod licet possit cedere bonis contra creditores an possit cedere contra eorum fideiussores, Io. Aloys. de Septi. super Ritu c.138. vers.ibi in cedendo bonis.] Bart. in l.continuus, §.illud,n.4.ff. de verb.oblig.Alex.in l.is qui bona, la 2. ff. de cess. bonor. in prima addit. ad Bart.Brun.in tract.præd.de cess. bonor.q.13. quartæ questionis principalis,vbi distinguit & ponit multos casus.

51 Vndecimo † casu non potest cedere bonis officialis ob pecunias ad se peruentas, tanquam officiali, & administratori officij. Bal. in l.si quis curialis, in fi.C.de episc.& cler. Socin.d.regula 343.in fallentia 8. [Apicel.tutamen pauper.titu.4.nu.51. Alex.35.var.resol.27. nu.46.]

52 Duodecimus † casus, in quo debitor non potest cedere bonis,est,si nolit polliceri, qđ si peruenerit ad pinguiorem fortunam,satisfaciet,in solidum,aliàs in quantum facere potest.Socin.loco iam dicto,in 13.fallent. [Io. Aloys.de Ricc.in collect.decis.121.vers.item cedẽs Alex.35.var.resol. resol.27.n.6.lib.3.] Neuiz.cons.59.nu.9.Carpan.super stat.Mediol.c.408.n.134.vbi alios allegat.Brun. in præcit.tract.q.7. per totum, vbi hoc declarat aliquibus modis. Cumia super ritu M.R.C. c.95.n.26. vbi dicit, qđ ex dispositione eius-

63 dem ritus † sufficit iuratoria cautio, quod est etiam dispositum de iure communi.Salyc.in l.1.n.10. C.qui bon.ced.poss.Henric.Bohic, Io.de Anania,& Abb.in c.Odoardus, de solut.Couar.lib.2.var.resolut.c.1.n.5.vers. in quam, Ioseph Ludou.dec Perus.63.n.8.Carpan.d.n.34. [Menoch.de arbitr.cas.183.n. 20.Ludou.à Peguera dec.1.n.20. p.2. [Th. Triuis. dec.8.n.9. lib.1.vbi n.10.adducit rationes : scilicet, si propter paupertatem admittitur ad istud miserabile refugium, quomodo posset inuenire fideiussores : nam hoc esset impossibile.

54 Decimus † tertius casus, in quo quis non admittitur ad istud miserabile refugium cessionis bonorum,est, si debitor esset diues, & non pauper,l.propter honorem,C. qui bon. ced.poss. Carbon. in pract.practic.lib.3.c.8. n.42. [Apicell.tract.tutamen pauper.tit.1. n.157. Marchesan.de commissionib.p.2.c.7. num. 69.]

55 Decimus quartus casus,& vltimus,in quo debitor non admittitur ad cedendum bonis, est, quando creditor renuntiauit beneficio carcerandi debitorem, cum hoc remedium concedatur, ne debitores in carceribus moriantur; ideo si non carcerãtur, in consequẽtiam non possunt cedere bonis.Bal.in l.1.nu. 17. C.qui bon. cedere poss. Carbon. d.n.42. Sed in multis ex supradictis casibus in isto Regno vigore d. Ritus, admittitur debitor ad cedendum bonis, dummodò probauerit sibi euenisse casus fortuitos post contractũ debitum,vt est dispositum per c.præd.24.Regis Ioannis, & per c.10. Regis Ferdinandi [Io.Aloys. de Septimo super Ritu c.138. in fine,Pet. Rizz. in d.c.Ritus,Alex.35.var.resol.tit.de solut. resol.27.num.30. lib.3. Gratia.discept.c.221.n.11. & 14. à Peguer. dec. 1.n.9. p.2. nec quando ille qui fecit debitorem carcerari facit eum excarcerare, & liberauit Marches.de commission.p.2.c.7.n.18.] Visis nunc casibus, quibus debitor non admittitur ad cedendũ bonis,nunc consequenter videndum est,quibus casibus facta cessione ea vti non possit. &

56 Primò, † ea vti non potest, quando debitor cedens non demonstrauit suis creditoribus omnia eius bona,sed dolosè ea occultat. gl.in l.pen.ff.de cess.bonor. Bal.in l.fi.C.qui bon.ced.poss. Rebuf. cons.184. n.1. Suarez in Thesauro recept.sent.lit.C, n.44. [Ant. de Ballis in suo tract.lib.5.tit.de cession. bonorum

norum,n.6.Alex.35.var.resol.tit. de solutio. resol.27.n.9.lib.3.à Peguer.dec.1. n.15.p.2. Roderic.de ann.reddit.lib.2.q.10.nu.14.& quando fraudolenter lib.3.q.4. nu.44. Ant. Lancea super Ritu c.190.] Brun. in tracta. de cess.bonor.q.5.n.2. Cumia super d. c.95. Ritus, n.18. Brun.à Sole, q.9. nu.31.& non 57 solum† non gaudet isto beneficio,si occultauit omnia bona,verum etiam,si aliquam eorum partem. Ias.in §.fi.n.8.& 12. vers.secundo fallit,Instit.de actio. Rol.cons.7.n.6. vol. 2.Carpa.super stat.Mediol.c.408.nu.102.& 58 165.lib.1.& ratio est; qa oĩa eius bona creditoribus cedere cogitur,ita, † vt nec vnus obolus cedenti remaneat, præter camisiam, atque ceteras quotidianas,& viliores vestes Aret.in d.§.fi.n.6.Instit.de actio. Matth.Colera,in tract.de processl.execut.p.1.c.6. n.111. [Neuiz.cõs.59.n.2.Ballus in d.tit. de cessio. bonorum,n.9. Alex.35.var.resolut.resol.27. n.14. Io.Aloys.pe Septim.super Ritu c.190. vers. sed an cedens bonis.] vbi alios citat. Gomes.in §.item Seruiana,n.37.Instit.de actio.Brun.in tract.de cessio.bono.q.3. princ. n.9.qui testatur de communi * opinione.Aufre.in addit.ad Capell.Tholos.dec.136.n.2. & 3. vbi dicit,quod doctoribus, & Scholaribus relaxantur libri,& militibus arma, si isti 59 tales cederent bonis,& non †solum non gaudet isto beneficio debitor, q̃ occultauit eius bona tempore cessionis bonorum,verum etiã punitur in duplum eius, quod occultauerat. Bal.in l.1.vbi Sal.col.2. vers. reddeo ad quęstionem,C.qui bon.ced.poss.Brun.d.n.2. Aretin.in d.§.fi.n.18.Instit.de actio.Brun.à Sole,d.q.9.num.32. [Luc.Matthei Apicell.in tract.tutamen pauper. tit.4. n.29.]

60 Secundus casus est, quãdo † cedens bonis non citauit suos creditores, quia ea cessione vti non potest contra non citatos, quod intellige, si non citauit eos per publicum ꝓclama, cum creditores non sint citandi citatione particulari, sed isto casu sufficit citatio per edictum,ita Brun. à Sole,q.9.n.25.& 26. [Polid.Rip.obs.273.& quando debitor fuit carceratus ad instantiam vnius creditoris,& cedit bona cęteris præiudicat,vt dixit Ludouic.à Peguer.dec.1.n.19.p.2. vbi plures allegat Io.Bapt.Marchesan.de commissionibus p.2.c.7.n.24.& debent citari creditores, Io. Aloys.de Sept.super Ritu c.128.] & ita sunt intelligendi Brun.& Aret. locis proximè citandis,dum dicunt,quod cessio bonorum nõ obstat creditoribus non citatis. Brun.in pręcit.tract.q.2.n.7.& Aret.in d.§.fi.n.21.& ita etiam sunt intelligendi Doctores paulo inferius allegandi,dum dicũt,etiam quod in cessione facienda non est opus partis citatione: intelliguntur enim de citatione particulari,cum sufficiat citatio per edictum, Pract. Papiens.in forma inquisitionis, sub num.26. vers.& regula est, vbi adest optima additio. Brun.à Sole,quæst.pręd.n.21.in fi.& n.23.& 24.Alberic.de Rosate,in rubr. ff. de cess. bonorum, col. pen. Guido Papa cons.124. col. etiam pen. Saly.in l.1. in princ. C. qui bon. ced.poss.in isto autem Regno practica est, vt soleant citari creditores citatione particulari,& postea incusari eorum contumacia,& in sequenti regimine Curiæ fieri cessio ex c. Ritu 190. vbi Cumia,n.32.& in actu cessionis bonorum,quando fit vituperosè, & tacto lapide, solet cedens dicere hæc formalia verba, Cui haui, di riciuiri, si vegna, & paga, & hoc ter replicat,sicut ter tangit lapidem: si verò non fieret vituperosè,vt quia cedens esset persona nobilis,tunc creditoribus notificatur sententia, qua debitor fuit admissus ad istud miserabile refugium.

61 Tertiò,& vltimò,† non potest vti cessione bonorũ debitor omnibus casibus supra narratis,in quibus nõ potest bonis cedere, quia istis casibus etiam facta cessione ea non iuuabitur, vt latissimè examinat,& concludit Carpan. super statut. Mediolan. cap.408. num. 119. lib.1.

62 Quæro quartò,an † valeat Statutum, quo cauetur, ne debitores admittantur ad cessionem bonorum? Et dico,quod sic. secundum Imolam in l.alia, §.eleganter, ff. solut. matr. Bar.in l.Titio,§.2.n.3.ff.de cond.& demõst. Soc.reg.343.in fallent.5.Sed opinio contraria est verior,& communior,quod scilicet nõ valeat tale statutum. Guido Papa d.cõs.124. n.9. Rol. cons.6.n.9.vol.2. Menoch.in tract. de arbit. iudic. casu 183. n.14. Brun. à Sole, q.7.nu.12.& 13. Ias.in §.fi. n.29. Instit. de action.Carpan.in c.præd.408. nu.182. Quod 63 secus est, †quando statutum dictaret, quod possit illi renuntiari, quia tunc simul iunctis,

pacto,& statuto,valeret renuntiatio, Cumià super d.c.95. Ritus, n.8. & ita procedit opinio Bar. Imolę, & Soc. locis præcit.

64 Quintò quæro, an † valeat Statutum, vt cedens bonis debeat deambulare cum vestibus, seu pileo alicuius coloris, vt puta, viridis,vel albi? Et respondeo,quod sic. Pet.Iacob. in Pract.in tit.de cessione bonor. Guido Papa d.q.7.nu. 13. & 14. secus, si statutum induceret aliquid inhonestum,vel contra bonos mores,aduersus eos,qui cedunt bonis,vt puta,quod possit à suis creditoribus verberari,vel alio modo personaliter offendi,quia tale statutum non valeret. Alberi.de Rosate,in prima parte statuti,q.37.& in rub.C.qui bo. ced. poss.DD.in c.Odoardus,de solut.Ias.in §.fi.in fine,Instit.de actio. Addit. ad Suarez in tit.de cess.bonorum, in prin. litt.D, carta mihi 296.

65 Sextò quærò,an† debitor possit cedere bonis,dum non est molestatus à suis creditoribus, [vel à maiori parte creditorũ, Paschal. c.9.n.6.Scip.Rendin.in prompt.tit.de cessio. bonorum,nu.3.qui de commu. testatur Ant. de Ballis tract.varij lib.5.de cessio.bonorum n.2.à Peguer.dec.1.n.11.p.2.] Et dicas,qđ non. Henric.Bohic,in c.Odoardus, & ibi ceteri Canonistæ,de solut.Alber.de Rosate,in rub.C.qui bon.ced.poss.in 2.col.Cyn. in l.1. q.8.C.eodem tit.Bal.Io.Fab.Ias.n.17.& Sebast. Monticula,n.19.in § fi. Instit.de actio. Brun.in d.tract.de cess.bon.q.7.4.quæst.principal.Brun.à Sole,q.9.nu.21. vbi testatur de * cõmuni * opinione.Boer.dec.349.nu.8.Soc. reg.65. limit.17. Papo.in suis consuet.tit.de cessione bonorum, §.71. vers. his enim foro cedere.Rol.cõs.7.n.9.vol.2. Carpa.super statu.Mediol.c.408. n.105.Ant.Cioff.cons.99. n.4. lib.1.

66 Sed hanc conclusionem † limitabis,quotiescumque debitor esset molestatus ab vno ex pluribus creditoribus, quia tunc potest cedere bonis in præiudicium creditorum eum non molestantium, l.4. vbi omnes Scribentes, ff.de cessione bonorum. Sal.in l. 1.n.4.C.qui bonis cedere possunt.Guido Papa cons.124.n.7.Brun.à Sole d.n.21.Couar. lib.2.var.resolut.c.1.nu.5. Carpan. c.prædicto, num. 106.

67 Quæro septimò, † vtrum fideiussor gaudeat beneficio cessionis bonorum factæ per principalë debitorë? Et respõdeo, minimè ca vti posse,est textus in §.fi.vbi hoc tenent cõmuniter * Scribentes,& præcipuè Aret.n.10.& * Ias.n.25.Instit.de action.l.hæres à debitore, §.quod si stipulator,& ibi Bar.in fin.Paul.de Castr. etiam in fine, & ceteri Doctores, ff.de fideiussorib. Pet.Iac.in Pract.in tit.de cessione bonorum. Guido Papa dec.211. Brun. in pluries citato tract. de cessione bonorum, q. 8.n.1. Matth. Colera in tract.de process. exequut.p.1.c.6.n.13. Paul.Fuscus in singul.lit. C,nu.44.Papo.in suis consuet.tit.de cessionę bonorum,§.72.vers.notandum item est. Siluan.cons.24.nu.1.Carpan.super statut. Mediolan.c.408.nu.118.lib.1. & in isto Regno habemus c.quondam Serenissimi Regis Caroli, n.65. quo hoc in specie cauetur, tam in fideiussoribus,quam in solidum obligatis, & in c.66. eiusdẽ Regis disponitur, quod istud beneficium habeat debitor tam contra fideiussores, quam contra in solidum obligatos, qui fortè soluerunt, & obtinuerunt iurium cessionem à creditoribus. Et in isto Regno sola M.R.C. cognoscit de causis cessionis bonorum,vt dicit Cumia, super ritu,c.95.n.30. [& qđ in dilatione moratoria,& quinquennalis an gaudeat fideiussor tali dilationę sicut principalis pendente termino dilationis, & videtur quod non si aliter non fuisset concessa per Principem, Salyc. in l.quoties n.4. vers. quæro C. de precib. Imperat. offerend. Carauit.super Ritu 287.nu.16. Apicell.tutamen pauper.tit.2.n.23. Alex.35. d.resol.27. n.38.Guid.Pap.dec.211.nu.3. Sim.Viuacit. super Ritu c.190. in fi.]

68 Octauò quæro,an debitor,qui † semel cessit bonis,possit iterum admitti ad cedendum pro alijs debitis? De qua quæstione vide dicta per Alex.in l.alia,§.eleganter,n.14.ff.soluto matri. & per Albam cons.710.nu.2. vbi videntur tenere,quod non, propter præsumptionem fraudis. [Ceph. cons.193. per totum, Philip. Paschal. de viribus patr.potest. c.9.n.68. p.2.Alex.35.d.resol.27.n.35.]

69 Nonò, & vltimò quæro, an † debitor sub conditione, vel in diem, possit cedere bonis pro talibus debitis, ante purificatam conditionem,vel euentum diei? Circa quam quæstionem vide dicta per Brun.in tracta.prædicto, de cessione bonorum,q.12.princ.ad quã

se

se refert Carpan.d.c.408.n.145. [Apicell. de turamen pauper.tit.4.n.73. & quid cedēs possit bonis re integra talem cessionem reuocare non dum bonis occupatis per creditores quod sic ita Ceph.cons.193.n.3.cum seq. Paschal. de vir. patriæ potestat. d.c.9.nu.55. & an possit exercere actione contra suos debitores si bona non sunt occupata per creditores, Paschal.d.c.9.n.57. Scip.Rendin. vt ibi, & quid si bona fuerunt acceptata per creditores, Alex.35.d.resol.27.n.4.Iul.Cæsar Gallup.in praxi p.1.c.6.n.79. & quando est formandus processus in cessione bonorum vid. eiusdem Alex.35.in fi. d.resol.27.debet etiā debitor ante cessionem requirere creditoribus si velint concedere dilationē quinquennalem ad soluēdum, & si creditores recusant dare prædictam dilationem tunc admittitur ad cessionem bonorum,& si infra dilationem non soluerit detruditur in carcere, Iac. Machel.patroc.56.in fi. Gratia.in 2.lib.discept. c.222.nu.3.& ad capiendum bona debitoris debet dari curator ipsi debitori à Peguer.decis.1.n.32.p.2.& in tali electione concedendi dilationem, aut cessionis bonorum sit ad voluntatem creditorum, Philip. Paschal. de vir.patriæ potest.c.9.nu.64.& 65.p.2.& tale remedium impedit exequutionem sententię d. Iul.Cæsar Gallup.in praxi p.3.c.9. num.1. & hæres ob non confectionem inuentarij nō potest cedere bonis, q̄a præsumitur in dolo, Ias.in §.fi. num.8.instit.de action.Maurit.de inuentar. 6. princip. requisit. Ant.de Ball.in suo tract. lib.5. in pragmat. de cessione bon. n.3. Et quid quando creditor est ęque pauper sicut debitor Ball.in d.pragmat.de cessio. bon. num.10. & an creditor consentiens expresse cessioni bonorum debitoris videatur liberare fideiussores, Ball. ibid. nu.11. & an cedens bonis possit postea agere contra suos debitores pro debitis ante cessionem bonorum quod non tenet Cornaz.dec.175.n.7.& 20. Riccius in collect. dec. 121. in fin.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio incompetentiæ iudicis non censetur reiecta à statuto excludente omnes exceptiones.*
2 *Iudicis incompetentia non est propriè exceptio, sed defensio.*
3 *Iudicis incompetentia potest opponi etiam si statutum excluderet exceptiones, & defensiones.*
4 *Obligatus in forma Cameræ, non potest excipere de iudicis incompetentia.*
5 *Iudex competens, vel incompetēs, quis dicatur.*
6 *Exceptio incompetentiæ iudicis quæ obstat cedenti, an obstet cessionario.*
7 *Exceptionem incompetentiæ iudicis, an possit opponere reus, qui se obligauit posse conueniri vbique locorum, & coram quocunque iudice.*
8 *Exceptio incompetentiæ iudicis, an possit opponi simul cum exceptione recusationis ipsius.*
9 *Iudex, cui opponitur incompetentia, an ipse decidat talem articulum, an verò sint dandi arbitri.*
10 *Exceptio incompetentiæ iudicis competens reo principali, non competit suis fideiussoribus.*
11 *Debitor, qui promisit soluere certo loco, si ibi conuenitur, non potest opponere exceptionem incompetentiæ iudicis.*
12 *Reus si habet plures iudices competentes, tunc electio est actoris, coram quo velit agere.*
13 *Exceptio incompetentiæ debet opponi in principio litis, & quid si à principio ignorabatur.*
14 *Processus factus coram iudice incompetenti, est nullus circa probationes.*
15 *Iudex procedendo ad vlteriora, non videtur reijcere exceptionem incompetentiæ iudicis.*

EXCEPTIO DECIMAOCTAVA.

Incompetentia iudicis.

1 DEcima octaua † exceptio, quæ non censetur exclusa à Statuto excludente omnes exceptiones aduersus instrumentum, est exceptio incompetentiæ iudicis.gl.fi.in Clem.1.de sequest.posses.& fruct.Bal.in l.exceptionem,n. 27.C.de probat. Dec.in c.ex parte, il 2.n.73 de offi.delegati,& cons.38.nu.7.idem Bal. in l.generaliter,C.de episc.& cler.& in l.1.n.7. C.si à non competen.iudice. Marsil. in repet. l.fi.n.155. ff.de iurisd.om. iudic. & sing. 10. Abb.in d.c. ex parte,n.6.& ibi etiam Fel.nu. 16.Bolognet.cons.8. n.3. Ancha.in Clem.1. de re iudic.Maranta in pract. p.4. in 16. dist. nu.7.

nu.7. Parif.cõf. 109.n.3.& feq.lib.4. Fulgof. conf.150.n.1. Cuman.conf.44. Geminian.cõ fil.24. num.12. Bertrand.conf.127. num.42. lib.3. Corne.conf.144.in fi.vol.1.& cõf.203 n.8.vol.2. Alex.conf.77.nu.8.vol.2. Paul.de Caft.conf.99.n.2.lib.2. Soc.iunior conf.78. vol.1. Guido Papa conf.121. Ant. Gabriel. in fuis commu.concl.in tit. de Statutis, cõcl. 3.n.1.& feq.vbi alios congerit. Et hanc conclufionem pluribus modis ampliat, & limitat Cumia fuper ritu iftius Regni, c.16.n.58. Natta conf.413.n.3.lib.2. Ant.de Padilla, in l.quamuis, n.31.C.de iur.& facti ignor. Epifcop.Ciuitatenf.in fua pract.c.25.n.4. Curt. in l.2.n.34.ff.de iurifd.om.iud.& in l.2.n.3. C.fi quis in ius vocatus, Aret.in Rubr.Inftit. de except.n.11. Becci.conf.31.n.5. Carauita fuper Ritu Regni Neapolitani, ritu 166.n.74 Couar.in regula, poffeffor, in prima parte relectionis, n.5. verf.quinto hic apparet, de regul.iur.in 6. [Aldoui.conf.20.n.43.& n.160 &162. Laderch.conf.79.n.3.& põt opponi ẽt in caufa capitali, vt tradit idẽ Author in tracta.de effect.cler.effect.1.n.492. & defectus iurifdictionis iudicis poteft opponi in quacunque parte iudicij etiam poft fententiam, Menoc.de adipifc.poff.remed.4.n.823. Man dell. Alba conf.62. n.5. & conf.690. num.2. Rip.in l.ait prætor §. condemnatam, nu.24. verf.amplia fecundo, ff. de re iudic. Ludou. Bologn.conf.8.nu.3. Nicol.Caluol. in praxi §.exceptione contra libellum concl.3. n.1.] vbi ponit rationem: quia iudicis † incompetẽtia non eft propriè exceptio, fed magis defenfio. Intrigl.fing.112.nu.4.lib.1.& in fuis quæft. fuper Bulla, q. 18. vbi ad hoc allegat alias authoritates, Baldi, in l.1.n.4.& 6. C.de iur. & facti ignor. Mufcatell.in Pract.p.2. in gl.in verbo, competens, n.21. quod procedit, fi iudex effet penitus incompetens. [Sigifm. Scac.de iudic.cauf.ciuil.c.101.n.29.] Intrigli.d.q. 18. quod etiam ante eum voluit Cumia fuper ritu iftius Regni, tum loco citato, tum etiam in c.40.n.123. dicens, hoc procedere, † etiam fi ftatutum excluderet exceptiones, & defenfiones (vt eft Pragmatica fuper Bulla) nihilominus poteft opponi exceptio ifta. ad quod allegat apoftillam ad Bal. in l.1.n.8.C.fi à non competen.iudice. Foller. fuper eadem Bulla, feu in Pract. Cenfuali, in verbo, quæ quidem exequutio, n.10. [Ruin. conf.14.n.17.lib.2.] Pet.de Greg. fuper eadem Bulla, q.8.n.7. vbi Maftrill.in addition. in litt. A, alios allegat, & refert ita pluries fuiffe iudicatũ per M. R. C. & per Confiftorium Sacræ confcientiæ, & ipfe tanquam iudex huius vrbis Panormi, ita etiã alias iudicaffe Milanenf.dec.5.n.7.8.23.37.38.& 39. lib.2. licet n.42.& 44. dicat, quod cõtrarium eft vfu receptum in M. R. C. in caufis Bullaribus, fed ego femper vidi admitti iftam exceptionem etiam qñ eft caufata exequutio vigore contractus bullaris; & de ifto articulo modo nõ dubitatur amplius tàm in M. R. C. tum etiam in ceteris Curijs Regni. [Ant. de Ball. fuper bull.q.24. Marfil. fingul.10.]

Sed aduertendum eft, quod iftam exceptionem non poteft opponere ille, qui fe † obligauit in forma Cameræ, ex quo ifte talis poteft conueniri vbique locorum, Doctores in l. fi conuenerit, ff.de iurifd.om.iud. Gallef.in tracta.de oblig.in forma Cameræ, p.2.q.1. Surdus conf.280.n.13.lib.2. Marc.Ant.de Amatis, dec.81. n.2. [& an talis obligatio in forma cameræ contineat renuntiationem omni legum auxilio etiam beneficio diuifionis, Silueft.Zacch.in addit.oblig.camer.q.17.n.8.]

Quis autem dicatur iudex competens, † vel incompetens, ponunt Doctores in Rubr.extra, de foro competenti. Ferrar. in Pract. Papienfi, in forma libelli in actione reali, in tit. de declinator.iurifdicton.in gl.in verbo, nec fuiffe, per totã, & præcipuè n.6. car.mihi 147 [Milan.dec.11.n.38.lib.1. Aret. conf.75.n. 10. Magon.dec.Florent.60.n.1. Io. Drezeler in tract.nihil Baldum ignoraffe, §.5. incipiẽs nunc arguamus, n.57. & 60.] Boffi. in tract. crim.in tit.de foro competenti.n.1. vbi ponit quinque requifita, quibus cognofcitur, quando iudex fit cõpetens, vel incompetens. Aret. in §.item fi in iudicio, nu.8. Inftit. de action. Pelf.in proceffu iudiciar.tit.16. n.5. vbi allegat DD.& præcipuè Bero.in c.at fi clerici, de foro compet. Anch. Regienf.q.14. nu. 1. & 2. lib.2. [Viui.dec.470.n.1. cum feq. Io. Pelf. in proceffu iudiciario tit.16.n.5. cum feq. Mago.dec.Flor.60.nu.1.& quid fi iurifdictio eft in fufpẽfo an dicatur competens, Aret. conf. 75.nu.90. Carta.dec.1.n.6.]

Quæro nunc, an ifta † exceptio obftet cef-fio-

ſionario,ſicut obſtat cedenti? Et dicas,quod non. Afflict. dec.74.nu.1.vbi Vrſil.in adnot. etiam num.1. Hieronym.Marelian. dec.12. nume. 2.

7 Quæro ſecundò, an † exceptionem incompetentiæ iudicis poſſit opponere reus, quando ſe obligauit, vt poſſit conueniri vbique locorum,& coram quocunque iudice. Hanc quæſtionem ponit Sigiſm. Scacc. in tract. de iudic.p.1.c.22.n.27.& c.101. n.3.quibus locis hoc modo diſtinguit: aut debitor promiſit ſoluere vbicunque fuerit cōuentus,aut ſolum ſe poſſe conueniri vbique locorum, primo caſu ſubmiſſio tenet ratione deſtinatæ ſolutionis,l. Lucius,ff.depoſit.l.Titius, §.tutores,ff.de admin.tutor. Emanuel à Coſta in l. ſi conuenerit,ff.de iuriſd.om. iud. Anch.cōſ. 138. Thom.Triuiſ.dec.48.nu.2.& ſeq.lib.1. Brun.à Sole,in compend.reſol. propoſit. iur. in verbo, obligatus de perſona, vbi adducit alias authoritates,& rationes Bronchorſt in ſuis conciliat.cent.1.aſſert.17.in fine. Thennin.in pract.cautela 93.nu.11.vbi alios allegat. Secundo caſu iterum diſtinguit: aut loquimur de iure communi, aut loquimur de conſuetudine; ſi de conſuetudine, ipſe Scaccia dicit,ꝙ in Curia Romana ſeruatur,vt debitor ex ipſa promiſſione obligetur, & conueniatur coram quocunque placuerit creditore,allegat Pau.de Caſt.in l.ſi quis in conſcribendo,n.6.in fi. C.de pact.quæ lex eſt penul. ſi de iure communi, item ego diſtinguo: aut promiſſio eſt ſimplex, aut iurata, ſi ſimplex, non obligat promittentem, ſed pęnitere poteſt ante litem conteſtatam. Scac.loco citato,vbi allegat Bar.& alios,in l.ſi conuenerit, ff.de iuriſd.om.iud. Ferrar.in pract.Papienſ. in gl.in verbo,nec fuiſſe,n.2.car.mihi 14. & ibid. Manſuer.in addit.Iaſ.in l.ſi quis in conſcribendo.nu.12. C.de pact. Euerard.Bronchorſt in Conciliat. cent.1. aſſert.17. per totam, ſecus poſt litem conteſtatam, quia tunc non poteſt pęnitere. DD. communiter in dictis ll.ſi quis in conſcribēdo,& ſi conuenerit, Bronchorſt loco citato; ſi iurata,tunc obligat debitorē,taliter vt poſſit cōueniri corā quocunque iudice. Seraph.de Seraph.in tract.de priuil.iuramenti,priuil.74. n.165. Couar. in c.quamuis,in 1.p.§.4. nu.7.de pact.in 6. Fachin. lib.1.controu. c.61. in fine,Matth. Golera in tract.de proceſſ.exequut. p.1.c. 16. n. 184. & ſeq. vbi ponit multas ex ſuprapoſitis diſtinctionibus, & pro eis allegat nonnulla iura,& authoritates. Rauſner. conſil.6.num. 20. lib. 2.

8 Quæro tertiò, an † exceptio incompetentiæ iudicis poſſit ſimul opponi cūm exceptione recuſationis ipſius? Et dico,quod ſic.l.cū qui,& l.contra maiores, C.de inoffic.teſtam. not.Dyn.in c.nullus pluribus, de reg. iur. in 6.Pract. Papienſ.in tit. de declinator. iuriſd. in gl.in verbo,& in quantum appareat, n.2. carta mihi 157. Io.Pelſ. in proceſſu iudiciar. tit.16. num.34.

9 Quæro quartò, † quando opponitur hæc exceptio incompetentiæ iudicis, an iudex, cui opponitur, cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio? Et dico, quod in hoc articulo multi fuerunt huius opinionis, vt ipſe iudex iſtud cognoſcat,& terminet.not.DD.in c. ſuper literis, de reſcript.& in l.2. ff.ſi quis in ius vocatus non ierit,& in l.præſcriptione ff.ſi con tra ius,vel vtil.public. Io. Pleſ.in d.proceſſu iudiciar.tit.16. n.22. vbi hanc opinionem ponit pro regula, & eam nonnullis modis limitat, prout eam etiam limitat Fel. in d.c.ſuper litteris.ſed contrarium,& melius tenuerunt Afflict.dec.354.n.16.& 17. Innoc. in d.c. ſuper litteris,& in c.prudentiam,de offi.deleg.Bar. in l.quidam conſulebat,de iudic. [Maurus Burg.de modo procedend. ex abrupto q.98. n.2.] Muſcatell.Pract.p.2.in glo.in verbo, competentes, nu.57. Abb. in eodem c. ſuper litteris, qui dicunt,quod iſto caſu ſunt eligēdi arbitri ad terminandum iſtum articulum.

10 Quęro quintò,an † exceptio incompetentiæ iudicij competens reo principali,competat etiam ſuis fideiuſſoribus? Et dico, quod non,l.ſi reus, ff.iudic. ſoluen. l.ſed ſi reſtituatur,§.1.ff.de iudic. Rom.ſingul.627.Arnon. problem.79.Caball.in tract.de euict.§.3.nu. 132. vbi alios allegat. Et ratio eſt: quia hęc exceptio reſpicit perſonam ipſius principalis, & non rem obligatam. [ꝙ ſecus eſt quādo cohæret rei Moſcatell.de fideiuſſ.p.2.q.8. n.1. & in exceptione declinatoria,Moſcatel. in d.p.2.q.9. nu.34. Valent.Francus de fideiuſſoribus c.3.n.28.]

11 Quæro † ſextò, & vltimò, quod ſi debitor promiſit ſoluere certo loco,ſi ibi cōueniatur, an

an possit opponere exceptionem incompetẽtiæ iudicis? Et dico, quod non: si conuenitur coram iudice illius loco, in quo debebat fieri solutio. Abb. in c. dilecti filij, in princ. de foro compen. M. Ant. de Amatis, decis. 81. n. 8. [Io. Plesi. pcessu iudiciar. tit. 9. n. 20. cũ seq.]

12 Et quando † reus habet plures iudices cõpetentes, tunc electio est actoris, coram quo velit agere. Bertach. in Repert. in verbo, electio à quibus fiat, n. 11. [Borg. dec. 2. n. 2. p. 1. Caluol. in §. actor concl. 1. n. 4. Marant. cõs. 26. n. 2.] Affl. super constit. Regni, rubr. 37. nu. 18. Intrigl. cons. 19. n. 4. lib. 1. & sic in isto casu reus non potest opponere de incompetentia iudicis, sicut non potest de ea opponere debitor fugitiuus. Anch. cõs. 192. Rom. cons. 242. Alex. in l. de pupillo, §. si quis riuos ff. de noui oper. nunc. Rom. Ias. & alij, in l. 2. ff. de iudic. Alciat. in c. cum non ab homine, n. 72. de iud.

13 Et si reus † scit sibi competere hanc exceptionem, tunc tenetur à principio eam opponere; si verò ignorat, potest illam quandocunque obijcere, l. præscriptiones fori, C. de except. l. fi. C. si a nõ comp. iud. Albert. Galeot. in Margar. c. 21. nu. 3. Io. de Arno, differ. 76. Muscatel. in pract. p. 2. in gl. in verbo, competentes, n. 55. & 56.

14 Et processus † circa probationes factus coram iudice incompetenti, est nullus, c. at si clerici, vbi omnes Doctores, de iudicijs. Matth. Colera, in tract. de process. exequut. p. 2. cap. 1. n. 11. [Matth. Brun. cons. 64. n. 14. Ruin. cons. 7. n. 6. lib. 5. Tutius allegat. 17. n. 7. idem Author de effectib. cleric. effect. 1. n. 228. Angel. cons. 200, in Ciuitate Lucana n. 3.]

15 Postremo † pro complemento istius exceptionis dico, quod licet eo ipso, quod iudex procedit ad vlteriora intelligatur exceptiones à partibus oppositas reijcere, c. ex parte, il 2. & ibi Abb. Bal. Pet. de Anch. Card. Imola, Philip. Franc. Dec. & alij de appell. Ant. Gabriel. in suis conclusion. lib. in tit. de excep. concl. 1. attamen hoc non procedit in exceptionibus respicientibus personam iudicis, qd̃ videlicet ipse careat iurisdictione; ipso iure namque talis exceptio per processum ad vlteriora reiecta non censetur. [Iac. Gall. cõs. 107. n. 21. & 24. Anchar. q. 29. n. 2. lib. 2. Roman. cons. 411. n. 2. Turret. cons. 45. num. 8. & cons. 75. n. 2. lib. 1. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 77. n. 56. Brun. à Sole in propositio. in verb. Iudex ad vlteriora. Botta cons. 4. n. 14.] Ant. de Butrio, in c. super litteris, col. 13. & ibi Imola, col. 6. de rescrip. Paul. de Cast. & Ias. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Marsil. in l. si quis ne quæstio, nu. 82. & 83. ff. de quæstion. Ant. Gabriel. dicta concl. 1. n. 3. Fel. in c. suborta, col. 5. vers. limita quarto, de sent. & re iudi. Vant. in tracta. nullit. tit. quibus modis sent. nulla repar. nu. 8. Scrader. in tract. de feud. p. 10. in præamb. nu. 39. [Ant. de Amatis dec. 76. n. 2. vbi dicit quod quando iudex tacite se declarat competentem per processum ad vlteriora quo casu potest pars appellare, vt ibi n. 3. Honded. cons. 27. n. 20. lib. 1. Grammat. dec. 36. n. 76.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quæ patet ex inspiratione ipsius inspectione, non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones.*

2 *Exceptio, quod instrumentum sit aliquo modo defectuosum, non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones.*

3 *Scriptura defectuosa non potest dici publicum instrumentum, & nullam fidem facit.*

4 *Instrumentum quãdo dicatur defectuosum, & quæ sint eius requisita.*

5 *Inuocatio Diuini nominis est de essentialibus instrumenti, & ea deficiente, est nullum, & nullam fidem facit, & n. 6.*

7 *Inuocatio Diuini nominis facta in præcedentibus instrumentis, censetur repetita in sequentibus.*

8 *Signum Sanctæ Crucis an sit requisitum essentiale instrumenti.*

9 *Anni Incarnationi Domini requiruntur de necessitate pro validitate instrumenti.*

10 *Annus appositus in præcedenti instrumento, vel in principio libri, censetur repetitus in sequentibus.*

11 *Notarius potest apponere in instrumento tempus, quod iam omiserat, sed quid si non fuit omissum, sed erratum, & n. 12. & 14.*

13 *Error potius quàm dolus præsumitur in notario.*

15 *Indictio requiritur de necessite pro validitate instrumenti.*

16 *Instrumentum non vitiatur si indictio in ea apposi-*

cit instrumento, non facit illud vacillare. secus si sunt duo, quando agitur ciuiliter, & n. 83. & 84. & quid si pro instrumento deponit vnicus testis, nu. 85.

86 *Testis qui se subscripsit instrumento, potest dicere quod aliud fuit dictum quam scriptũ.*

87 *Testes ad hoc vt reprobent instrumentum, debet probari esse ipsosmet, qui in instrumẽto sunt subscripti.*

88 *Testes non instrumentarij ad hoc vt reprobent instrumentum, debent esse omni exceptione maiores.*

89 *Testes reprobantes alios testes, debent esse omni exceptione maiores.*

90 *Testes quãdo dicãtur omni exceptione maiores.*

91 *Qualitas hæc, quod testes sint omni exceptione maiores, debet articulari, & probari.*

92 *Statutum si requirit vt probatio fiat per testes bonæ conditionis, vel famæ, talis qualitas debet articulari, & probari, quod intellige, vt nume. 93.*

94 *Bonus, integer, & legalis quilibet præsumitur.*

95 *Testes instrumentarij qui contradicunt instrumento non est opus, vt sint omni exceptione maiores, quod amplia vt n. 96.*

96 *Testes instrumentarij censentur à partibus approbati. quod limita vt n. 97. 98. & 101.*

99 *Notarius an censeatur à partibus approbatus prout testes.*

100 *Notarius nunquam censetur approbasse testes instrumentarios.*

102 *Testes instrumentarij si deponunt pro instrumento, non repelluntur ex superueniente inhabilitate.*

103 *Testes qui deponunt contrà instrumentum debent optimè concludere, & non interrogati debent assignare causam sui dicti. n. 104.*

105 *Testes descripti in præcedentibus instrumentis, censetur repetiti in sequentibus.*

106 *Notarius quando possit in continẽti, & quando ex interuallo addere id quod omisit in instrumento.*

107 *Statutum vel consuetudo minuens sollemnitatem instrumenti, an valeat.*

108 *Sollemnitas introducta à statuto vel consuetudine an vitiet instrumentum si omittatur.*

109 *Instrumentum defectuosum an faciat aliquam probationem.*

EXCEPTIO DECIMANONA.

Quæ patet ex inspectione ipsius instrumenti.

1 DEcima nona † exceptio quæ non censetur exclusa à Statuto excludẽte omnes exceptiones, est exceptio quæ patet ex inspectione ipsius instrumenti. Ant. de Butrio, in c. cum Bertold. col. 6. vers. quintus casus, de re iud. Calder. cons. 8. in tit. de re iudic. Bald. in l. si non sortem, §. 1. num. 6. ff. de condict. indebit. Angel. Aret. in l. fi. ff. à quibus appell. nõ licet, Dec. in c. ex parte, il secondo, nu. 74. de offic. deleg. vbi etiam Felin. num. 7. Turrett. cons. 78. n. 10. lib. 1. Caualcan. dec. 19. num. 15. lib. 3. Caroc. in tract. de excussion. par. 2. quęst. 14. nu. 15. Matth. Brun. consil. 68. nu. 1. & 2. vbi dicit, quod ista exceptio dicitur notoria, Milanens. decis. 2. nu. 151. lib. 2. Bonifac. Roger. cons. 23. num. 52. Io. Sicard. cõsil. 11. num. 30. in criminal. qui ponit exemplum, quãdo deficit annus vel dies. Carpan. super Statutis Mediol. cap. 42. nu. 183. lib. 1. Grammat. consil. 1. num. 49. post suas decisio. Mascard. in tract. de probat. quæst. 8. nu. 18. vbi alios allegat. Marsil. cons. 64. num. 24. & cons. 81. n. 69. & in tract. de bannit. in verbo, omnia, nu. 22. [etiam quando exceptio est legitima, & rationabilis, Corsett. in singul. in verb. exceptio 1.] Ex quo infert, quod po-
2 test † opponi, quod instrumentum sit defectuosum ex quo caret aliquo requisito necessario, prout in specie tenuerunt DD. omnes in l. generali, C. de tabular. lib. 10. & in l. in nomine Domini, C. de offic. Pręfec. Prætor. Afflict. decisio. 22. num. 14. & in constitut. Regni Rub. 79. de fide instrument. num. 32. Bartol. in l. 1. §. & parui, num. 3. ff. quod vi aut clam, & in l. Diuus Traian. in princ. ff. de testam. milit. Pand. in tract. de præsentat. instrument. parte prima, declarat. tertia, nume. 10. Luc. Pet. in practic. Capitolina, lib. tertio, cap. secundo, num. 14. Maluas. consil. 86. num. 18. Freccia in tracta. de præsentat. instrument. par. 5. num. 4. Roland. consil. 49. nume. 30. libro quarto, Anton. Gomes. in comment. variarum resolutio. tomo 2. cap. 6. num. 3. vers. secundo quia, [Paris. cons. 27. n. 5. lib. 2. Gratia. discept. cap. 551. n. 5.]

& ra-

3 & ratio istius dicti ea esse potest, † quia talis scriptura non potest dici instrumentum, immò nullam fidem facit, ita Scribentes omnes in l. contractus, C. de fide instrum. & in c. cũ P. tabellio, extra eo. tit. Ripa in l. admonendi, n. 158. ff. de iureiur. Franc. Monald. cons. 81. n. 4. lib. 1. instrumentum autem † dicitur
4 defectuosum quotiescunq; in eo deficit vnũ ex illis decem à iure requisitis, de quibus particulariter loquitur Dec. in c. 1. n. 15. & seq. de fide instrumen. quæ decem requisita hic inferius ponam. [Menoc. cons. 48. n. 1. Carpan. in statut. Mediol. c. 318. n. 7.]

5 Et deueniendo ad primum, dico, quod in instrumentis requiritur inuocatio Diuini nominis, hoc est, In nomine Domini nostri Iesu Christi; ideo, si in instrumento deficit talis inuocatio, dicitur defectuosum, c. non licet, 26. q. 5. l. 1. C. de offic. Præfect. Prætor. Bald. in proœm. C. Alex. & Bologn. in rubr. ff. de noui oper. nuntia. Freccia in tract. de præsentat. instrum. p. 1. n. 1. Paul. d. declar. 3. n. 11. Dec. in d. c. 1. n. 16. Boui. in tract. de statutar. Vrbis gl. 1. n. 5. vbi dicit, quod attenta consuetudine quæ viget vbique locorum, inter Christianos instrumentum sine inuocatione Diuini nominis est nullum; & allegat Apostolum ad Colossenses c. 3. ibi, Omnia quæcunque facitis in verbo, vel in opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, quæ verba sũt præceptiua; allegat etiam aliam rationem, scilicet, quia si omissio nominis Papæ, vel Imperatoris vitiat instrumentum, vt dicam inferius n... quanto magis debet vitiare omissio nominis Domini nostri Iesu Christi, qui est Rex Regum & Dominus Dominantium. DD. omnes, in prædicta Rubrica de operis noui nuntiat. Soc. cons. 2. n. 4. vol. 3. [Io. de Imola cons. 8. n. 2. Tusch. in lit. I, concl. 244. n. 51. Io. Ples. in processu iudiciar. tit. 38. nu. 17.] Neuiz. cons. 79. n. 15. vbi dicit, quod
6 † instrumentum carens inuocatione Diuini nominis, nullam fidem facit. Suarez in Thesauro recept. sententiarum lit. I, nu. 114. Couar. in lib. pract. quæst. c. 20. nu. 1. Marelian. dec. 53. nu. 10. & 11. Cumia super Ritu istius Regni, c. 6. n. 45. vbi dicit, quod ratione consuetudinis hæc sollemnitas est facta de substantialibus instrumenti, Affl. super const. Regni, lib. 1. Rubr. 73. de fer. & salar. n. 17. licet contrarium, & malè tenuerit Crass. in suis cõ. opin. c. 18. q. 2. Nepita super consuetudinib. Clarissimæ Ciuitatis Cathan. titu. 72. nu. 6. [Pet. Nic. Mozz. de contractib. ... 7. de accidentalibus contract. n. 28. fol. 9. Bertaz. in tract. claus. in proœmio, n. 3. cum seq. Io. Ples in d. tit. n. 15.] dum dicunt, quod si omittatur inuocatio Diuini nominis, non per hoc instrumentum redditur nullum. Aduertendum tamen est, quod si † inuocatio Diuini
7 nominis fuisset facta in principio libri, vel in instrumento præcedenti, præsumitur repetita in subsequentibus, Bartol. in l. si quis ex argentarijs, §. si initium, n. 6. ff. de edendo. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 82. num. 3.

Secundum requisitum † pro essentia & va-
8 liditate instrumenti, est signum Sanctæ Crucis, cuius omissio vitiat instrumentum, l. fi. §. igitur, C. de iure deliberan. vbi Alber. n. 14. qui refert ita tenuisse Oldradum & Mart. ibidem quos etiam ibi sequitur Rainerius, Ang. Aret. & Saly. Ang. de Perus. in l. 1. §. hæc stipulatio, n. 22. ff. si cui plus quam per leg. Falcid. qui affirmat hanc opinionem seruari de consuetudine. & quod hæc opinio sit commu-
* nis, * refert Grego. Lopez super ll. Tauri, l. 5. titu. 6. in verbo, la sennal. p. 5. Menoc. hac. in tract. de successionum creati. §. 9. nu. 12. contrariam tamen opinionem tenuerunt in d. §. cum igitur, Odofr. & Vbert. de Bobio, Cin. in 2. q. Bar. ante n. 4. Bal. Ang. & Alex. n. 10. & Ias. n. 4. idem Bart. in l. 2. §. prius, nu. 5. vbi etiam Alex. n. 7. & Ias. nu. 13. qui testatur de
* com.* opin. de vulg. & pup. Nicon. in repet. Rub. de noui operis nunt. nu. 112. Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina, n. 1. de causa possess. & propriet. Padilla in l. si qua beneficia, nu. 16. ff. de diuers. rescript. Affl. qui testatur de ma-
* gis communi ** opin. in const. Regni, Rubr. 73. n. 17. de fer. & salar. [Bertaz. in d. tract. claus. 1. Glos. 1. n. 2.]

9 Tertium requisitũ instrumenti est † vt apponantur anni Domini nostri Iesu Christi. Specu. in tit. de instrumenti editione, in prin. Affl. super iam dicta constit. n. 18. Padilla in d. l. si qua beneficia, nu. 7. de diuers. rescript. Andr. Barbat. in repet. Rubr. de fide instru. n. 42. Fel. in c. 1. n. 2. vbi etiam Dec. nu. 18. d. Rubr. de fide instru. Rim. iun. cons. 384. n. 23.

lib.3. Nepita, super consuet. clariss. Ciuitatis Cathan. tit. 72. nu. 7. Scribentes omnes in d. Rub. de oper. noui nunt. Crauet. cons. 197. in fine, Boccat. super constit. Aegidiana, gl. 7. n. 21. Gigas cons. 58. n. 1. glo. in c. cum inter dilectos, de fide instrum. Frecc. in tract. de præsentat. instrum. p. 1. [Bertaz. in d. tract. & procemio, nu. 6. Mascard. de probat. concl. 6. n. 82. Franc. de Caldas, & Pereyra in analitico commentario c. 5. n. 1.] Marcian. consil. 71. n. 22. Cumia super Ritu istius Regni, c. 6. n. 46. Honded. cons. 66. n. 26. lib. 1. vbi alios allegat. Couar. in lib. Practic. quæst. c. 20. n. 2 Pand. in tract. de præsent. instrum. p. 1. declar. 3. nu. 13. & annus † positus in præcedenti instrumento, vel in principio libri, censetur positus & repetitus in sequētibus, Bar. in l. si q̃s ex argentarijs, §. si initium, n. 10. ff. de edend. Bald. in l. patris & filij, vbi etiam Alex. nu. 8. & Ias. n. 7. ff. de vulg. & pup. Lanfran. in prac. tit. de instrum. producti. nu. 46. Boccat. super constit. Aegidiana, d. n. 21. Menoch. in tract. de præsump. lib. 2. præsump. 82. n. 4. [Alex. cons. 59. n. 5. & 6. versic. non obstat secundū, cum lib. 2. Tusch. in lit. I, concl. 244. n. 20. & nu. 22.] Modo circa prædicta quæro, quid † si notarius omisit apponere tempus in instrumento, in quo illud celebrauit, an ex interuallo possit illud apponere, & an ad hoc requiratur consensus vtriusque partis? & dico quod potest illud apponere, etiam vna ex partibus reluctante. Dec. in l. si librarius, ff. de reg. iur. Cuman. cons. 23. nu. 1. [Fontanell. de pact. nuptial. claus. 1. n. 23. & 24. vbi adsūt plures conclusiones, Bertaz. in tract. clausul. claus. 1. gl. 2. n. 5.] Mandell. cons. 10. nu. 17. quod † intellige, si hæc omissio prouenerit ex errore, secus si per malitiam, vt dicit ibi Mandell. in † dubio autem præsumitur potius error, quam malitia in notario. Alex. cons. 65. n. 9. & cons. 74. n. 4. & consil. 45. nu. 9. lib. 1. Roman. consil. 142. nu. 12. Cassian. cons. 309. n. 8. Bertaz. in tract. claus. claus. 2. gl. 2. n. 36. Menoc. in tract. de arbit. iud. cas. 187. per tot. Anchar. Regiens. in quæst. familiar. lib. 3. q. 12. per tot. Mascar. in tract. de probat. concl. 638. n. 26. vbi alios congerit, [Soc. cons. 94. n. 5. vers. & si dicatur lib. 1. Farin. in tract. de falsit. q. 156. n. 77.] & quando non fuit omissum sed † erratum in appositione anni Domini, tunc sunt videndi Bart. in l. si liberarius n. 6. ff. de reg. iur. & in l. Imperator, nu. 3. vbi alios Scribentes, ff. de statu hominum, Dyn. cons. 13. Dec. in c. 1. n. 19. de fide instru. Affl. d. nu. 18. vbi etiam dicit, quod istud tempus debet poni per extensum, & nō per abacum.

Quartum requisitum ad validitatem instrumenti † est indictio. Bar. in d. l. si librarius, n. 6. & seq. ff. de reg. iur. Ripa in l. admonendi n. 158. ff. de iureiur. Maluas. cons. 45. nu. 39. Nepita super d. consuet. nu. 11. Cumia d. c. 6. n. 53. Frecc. in tract. de prę sentat. instru. p. 1. n. 5. Pād. in eod. tract. p. 1. declar. 3. n. 16. Piag. in tract. de consuet. q. 6. n. 43. Dec. in d. c. 1. n. 30. de fide instru. Couar. in lib. Pract. quæst. c. 20. nu. 1. vers. de indictione. Marcian. dec. 53. n. 13. Fel. in c. inter dilectos, n. 23. de fide instrum. Marsil. sing. 431. Menoc. cons. 37. n. 1. lib. 1. Honded. cons. 66. nu. 61. [Bertrand. cons. 1. n. 119. & cons. 2. n. 11. lib. 2. Soc. cons. 98. n. 15. lib. 3. Bertaz. in tract. claus. in procemio n. 7. & in claus. 1. gl. 4. n. 2. 10. Ples in processu iudiciario tit. 38. n. 21.]. sed quid si † indictio non fuit in totum omissa, sed erronea, vt si pro prima fuisset posita secunda, vel tertia, an isto casu instrumentum vitietur? & dico quod nō. Lanfr. in pract. tit. instrum. producti. nu. 2 & Nepita, & Maluas. locis paulo ante citatis. Natta cons. 47. n. 3. lib. 1. Bart. in d. l. si liberarius, n. 7. de reg. iur. Hond. d. cōs. 66. n. 41. lib. 1. quidquid dixerint. Mars. sing. 431. Calcan. cons. 118. nu. 3. Seraph. in tract. de priuil. iuram. priuil. 31. n. 5. secus, si † fuisset in totum omissa, vt quia esset dictum anno 1599. die decimo Septembris, Indict. &c. (quo tempore scribo præsentem tractatum), quia isto casu instrumentum esset nullū. Bal. in c. cum in iure peritus, n. 16. de offic. deleg. Ias. in l. argentarius, n. 12. ff. de edēdo, Corn. cons. 93. n. 4. lib. 4. Ruin. cons. 23. per tot. lib. 4. Natta d. cons. 47. n. 4. vbi dicit, quod actus non vitiatur ex errore alicuius requisiti expressione, sicut ex omissione. Bero. cons. 90. n. 17. lib. 3. Honded. d. cons. 66. nu. 42. [& quid si instrumentum reperitur absq; die, & anno, & notarius est mortuus an probet Fontanell. de pact. nuptial. clausul. 1. n. 32. Farin. in tract. de falsit. q. 156. n. 10. 46. & 47. & indictio est de substantia instrumenti, & eius ommissio vitiat ita Tusc. in lit. I, concl. 90. n. 1. Bero. consil.

consil.203.n.9.lib.1.& consi.90.nu.10.lib.3. 18 & consi.66.in fi.lib.1.] Sed quid † si in loco vbi fuit celebratum instrumentum non solet apponi indictio, an tali casu eius omissio vitiet? & dico quod non. Fel. in d.c. inter dilectos, n.23. de fide instrument. Barbat. in repet.rub. extra de fide instrum.nu.49. [Bertaz. in tract. clausi. in d. proœmio, nu.9.] Marelian. d. dec.53.n.13. vbi dicit quod hæc con 19 suetudo † probatur per multa instrumenta in loco celebrata in quibus non adsit Indictio, quæ consuetudo valet, vt tenuerunt Iac. de S. Georgio in l.1.§. editiones, n.5. ff. de edendo. Piagg. in tract. de consuet. q.6.n.38. Se 20 raph. de Seraph. d. priuil.31.n.51. & hæc instrumenta debent esse multa, & facta diuersis temporibus, adeo, quod verisimiliter ex eorum numero appareat tacitum cõsensum populi interuenisse, Bar. in repet. l. de quibus, n. 21. in fine, vers. quandoque ad probationem ff. de legibus. Alba cons.253.n.15.lib.2. quæ instrumenta debent esse omnino conformia, 21 aliàs si sunt varia non † attenditur talis consuetudo, sed standum erit dispositioni iuris communis. Alex. cons.5.col.2.vol.5. Decius cons.8.col.2. in fi. & cons.129.col.2. in princ. & cons.215. etiam col.2. Alba cons. præd. nu. 16. [Soc. cons.92.n.12. vers. sed ad hoc fundamentum lib.3. Menoc. cons.8. nu.17. Gratian. discept. c.561.n.26. Aldou. cons.9.n.6.] & licet talis consuetudo probetur per ostensionem multorum instrumẽtorum ita factorum, vt dixi, attamen, probandum est etiam 22 quod semper talibus † instrumentis ita defectuosis fuit fides præstita. Natta cons.574. n.14. & cons.575.n.34.lib.3. Surd. cons.431. 23 n.4. lib.3. Indictio † autem quæ est posita in principio libri, vel in præcedenti instrumento, præsumitur repetita in sequentibus. Soc. iun. cons.127.n.3.lib.3. Ruin. cons.159.n.10. lib.4. Menoch. in tract. de præsumptio. lib.2. præsumpt.82.n.5. [Bertaz. in tract. clausul. claus.1. glo.4.n.9. & quid si sit apposita in medio libri tunc habet locum in sequentibus tantum, Bart. in l. si quis §. si initium n.14. de edendo, & ibi Bertaz.] 24 Quintum requisitum † instrumentorũ est, vt in eis apponatur dies eius celebrationis, [illegible] de apochis public. lib.10. l. contractus, C. de fide instru. l. optimam, C. de contrah. &

commit. stipulat. Lanfr. in pract. tit. de instrumentor. product. n.16. Nepita super consuet. clariss. Ciuitatis Catha. tit.72. num.10. Dec. in c.1.n.26. de fide instrum. Io. de Amic. cõs. 78.n.3. Padill. in l. si qua beneficia, n.6. C. de diuers. rescript. Sal. in l. diuersa, eod. tit. Frec. in tract. de præsent. instrum. p.1. n.7. Pand. in eod. tract. declar.3.n.14. Seraph. de Seraph. in tract. de priuil. iuram. priuil.77.n.74. [Mascard. de probat. concl.6. n.33. Fontanell. de pact. nuptial. claus.1.n.32. & quid si notarius ommisit apponere diẽ in instrumẽto an possit deinde apponere, Vital. in tract. de claus. in verbo de errore notarij, n.19. Scacc. de iudicij causar. ciuil. lib.2. cap.11. nu.1210. vbi tenet quod sic. Tusch. in lit. I, concl.244.n.12 & 14. Maceratẽs. var. resol. resol.106. nu.34. 35.] Alex. cõs.86.n.6.lib.2. Cumia super Ritu istius Regni, c.6.n.50. Bero. q.36.n.1. Couar. in lib. pract. quæst. c.20.n.2. vers. quarto 25 eadem ratione. Dies † autem apposita in vno instrumẽto, cẽsetur repetita in sequentibus, Rom. sing.238. & ibi addentes, Ias. in l. Prætor ait, §. si initium, nu.5. & seq. ff. de edendo, Boccat. super constit. Marchiæ gl.7. num. 21. [Alex. cõs.147.nu.11. lib.2. Bertaz. in tract. clausul. claus.1. gl.5.n.14.] Menoch. in trac. de præsump. lib.2. præsump.82. n.6. & in tracta. de arbit. iudic. casu 64. per tot. vbi ponit quid si fuerit posita in medio, quid in fine libri, & quid si in quinternis diuersis. Lãbert. 26 in tract. de contract. glo.8.n.10. Hora † verò non est de substantialibus instrumenti, sicut dies, Fel. in c.1.n.12. de fide instrum. Padilla in d.l. si qua beneficia, n.8. C. de diuer. rescr. 27 Mars. sing.319. Cumia d.c.6.nu.52. & † licet hora non sit de essentialibus & necessarijs requisitis in instrumẽto, attamen si apponatur, operaretur hunc effectum, vt si eodem die reperitur celebratum aliud instrumentum, illud in quo adest hora expressa, præsumitur prius factum, glo. in l. si ex pluribus, §. Lucius in verbo, die obligauit, ff. de solut. & alia gl. in c. ex duobus, in verb. si non appareat, de rescript. in 6. Ias. in l.1. §. editiones, n.4. ff. de edend. Tiraq. in tract. de primoge. q.2. nu.2. Purpur. in l.2. §. creditum, n.46. ff. si cert. pet. Cotta in Memorialibus in verbo, Actus, in princ. Cagnol. in l. in ambiguis, ff. de reg. iur. Mars. sing.319. & in tract. de bannit. in ver-

tem-

tempus, n.24. Menoch. in tract. de præsumpt. lib.4. præsumpt.13. n.5. vbi dicit, quod est fauorabilius, Gigas cōs.12. n.2. [Io. Faber in §. item verborum nu. 3. instit. de inutil. stipulat. Bertaz. de clausl. claus.1. gl.5. nu.41.] Osasc. dec.1. n.22. Brun. à Sole q.44. n.7. & in compend. resol. iuris, in verbo, hora, vbi latè istam conclusionem examinat, & in verbo, 28 instrumentum priuati, dicit, quod † licet instrumentum dotale factum eodem die cū instrumento priuati, præsumatur prius factum, attamen, si in instrumento priuati adest horę expressio, præsumitur prius celebratum. allegat Cinum, Bald. & Saly. in l. de rebus, C. de donat. ante nupt. idem Sal. in l. qui debitor, C. de priuil. fisci, Io. de Platea, in l.1. C. de iure fisci, lib.10. Soc. & Ripa, in l.1. ff. sol. matr. cum alijs ibi relatis.

29 Aduerte tamen, quod supradicta non intelliguntur† de nomine proprio diei, vt scilicet Lunæ, vel Martis, sed de die Mensis, idest 18.19. vel 20. Alber. in 1. p. Statut. q.155. Cumia d. c.6. n.5. Couar. in lib. pract. quęst. c.20 30 n.2. vers. quarto. & † si extaret consuetudo, vt dies apponeretur in nomine proprio, vt Martis, vel Iouis, tunc si isto modo non apponeretur, instrumentum esset defectuosum, & non probaret. Piagg. in tract. de consuet. q.6 31 n.41. sed si † instrumentum fiat de nocte, tunc si fiat ante mediam noctē, ponitur in eo dies præcedens si post mediam noctem, ponitur dies sequens. Host. Bal. Abb. Fel. & alij omnes, in c.1. de fide instrum. Innoc. & Ant. de Butr. in c.1. de offi. deleg. Bar. in l. non minorem, n.1. C. de transa. Ang. in l. mora, ff. de ferijs, & in l. in vsucapionibus, ff. de vsucapion. Imola in l. de qua ætate, ff. de testam. & in c.1 vt de eccles. benefic. Cepoll. in l.1. §. fi. ff. de verb. sign. Bal. & Alex. in l. more Romano, n.1. ff. de ferijs, Cumia super Ritu istius Regni, c.6. n.56. circa medium. [Ægid. Bellamer. cons.1. n.3. & 4. Tusch. in lit. I, concl.244. nu.17. Bertaz. d. gl.5. nu.7.] Viuius dec.452. 32 n.6. vbi dicit, quod † si notarius nescit horam noctis, tūc debet in instrumento dicere, actū de nocte, inter talem diem & talem, hoc est inter primum & secundum diem mensis No-33 uembris; & † quando fiunt talia instrumenta de nocte, debent adesse tria luminaria accensa in eius celebratione, ad hoc vt instrumentum valeat, & hoc vt cognoscātur cōtrahentes, l.1. §. tria luminaria, ff. de vētre inspic. [Cagnol. in l. si librarius, n.72. ff. de reg. iur. Bertaz. in d. gl.5. nu.6. Durād. de arte testādi, tit.2. cautela 8. n.3] Menoch. in tractat. de præsumpt. lib.4. pręsump.9. n.1. Vinc. Hond. cōs.47. n.6. & 9. lib.2. & aduerte etiam, quod 34 † notarius qui errauit in appositione diei in instrumēto, potest errorem suum corrigere. Spec. in tit. de instrum. edit. §. postremo, vers. sed nunc quid. Alba cōs.776. n.28. lib.4. [Io. Pet. Bim. cons.232. n.7. Alex. cons.190. n.5. lib.6. Paris. cons.28. nu.41. cum seq. lib.2. Bertaz. d. glo.5. nu.23. Farin. in tract. de falsit. q.35 156. nu.51.] Sed an † valeat cōsuetudo, qđ in instrumentis non apponatur dies? & dico quod non. Roma. in l. de pupillo, §. qui nunciat, ff. de noui oper. nunt. & ibi addent. ad Alex. Barbat. in addit. ad Bal. in l. optimam, col.1. vers. per veram scripturām, C. de contrah. stipulat. Fel. in c.1. n.6. de fide instr. Corneus cons.60. n.4. lib.4. Natt. cons.575. n.31 lib.3. Paris. cons.68. n.3. & 25. lib.3. Soc. iun. cons.4. n.15. lib.4. Grauet. cons.116. n.2. lib.1. Rol. cons.38. n.8. lib.1. Roma. in tit. de cōsuetud. dec.6. in antiquis. Piag. in tract. de consuet. q.6. n.34. Couar. in lib. practicar. quæst. c.20. n.3. Dec. in c.1. n.24. de fide instrum.

36 Sextum requisitum † in instrumentis validandis est apponere nomen Papę in terris Ecclesiæ, Imperatoris in terris imperij, & Regis, vel Principis in terris subiectis Regibus, vel Principibus non recognoscentibus superiorem in temporalibus. Felyn. in cap.1. nu.2. de fide instru. vbi etiam Dec. nu.22. Pand. in tract. de præsent. instru. p.1. declar.3. n.12. Frec. in eod. tract. p.1. n.6. Menoch. in tract. de præsumpt. lib.2. præsumpt.82. nu.2. Affl. super const. Regni, lib.2. Rub.73. de fer. & salar. n.19. Hartman. lib.1. pract. forens. obser. tit.14. obser.1. nu.1. & seq. Nepita super consuet. clariss. Ciuitatis Cathan. tit.72. n.8. Cumia in d. c.6. Ritus Regni istius, n.47. Th. Docc. alleg.5. n.11. post cons.154. Suarez in thesaur. recept. sent. lit. I, n.116. [Ang. cōs.291. incipiens visis omnibus Alex. cons.148 n.4. lib.7. Sigism. Scac. de iudic. causarum ciuilium lib.2. c.11. n.1175. Tusc. in lit. I, cōcl.244. n.26. & 27. Rom. cōs.294. nu.1. Couar. pract. quæst. c.20. n.1. Io. Ples, & in processu iudi-

iudiciar.tit.38.n.23.] Couar. in lib. pract. quæst.c.20.n.1.vers.secundo,vbi dicit,quod hæc sollemnitas est antiquata, & forensi vsu sublata, quod puto verum in Hispania, & locis in quibus ipse versatus fuit; cum Doctor 37 † qui testatur de aliqua consuetudine, intelligatur quod talis consuetudo adsit in loco in quo ipse versatus fuit. Paris de Puteo in tractatu de Syndicatu in verbo Doctor, c.2. incipit an Doctor seu aduocatus, vers. consuetudo enim cōtra ius. Ant.Gabriel. in suis conclusionib.tit.de consuet.concl.4.n.3.tracta.de comm.opi.incerti auctoris,lib.1.tit.7. num.5.& 6.secus in alijs locis, [Honded. cons.101.n.39.& cons.110.n.19.& 20.lib.1. Mascard.de probat.concl.528.n.6.Rim.iun. cons.648.n.18.Bursat.cons.201.n.47. lib.2. Iac.Berrett.cons.89.n.51.Franc.Becc.cons. 67.nu.32.Torniola cons.84. nu.45.Farin.in tract.1.crim. q.14.nu.32.] prout est in isto Regno Siciliæ, vbi in extractione instrumentorum in forma publica, solet apponi hodie nomen Inuictissimi ac potētissimi Regis Philippi Tertij Hispaniarum & vtriusque Siciliæ, qui quidem Rex Siciliæ 38 † non recognoscit alium in superiorem in temporalibus, vt dixi latè supra exceptione prima, nu...& voluerunt Gulielm.de Perno,in tracta.de Rege & Regina,n.14. inter eius cons.feudalia Afflict.in prælud.constit.Regni,q.1.n.6.& dec. 120.n.6.Isern.in c.1.nu.11.de his qui feuda dare possunt,Frecc.in tract.de subfeud. lib.1 tit.de origine Baronum,n.35.carta mihi 10. Pet.de Greg.in tract.de concess. feud. p.1.q. 2.n.4.& q.4.n.10. Marāt.in pract. p.6.n.238 Cumia in proęmio Ritus n.6. & in repet.c.si quis aliquem,in prælud.n.159.Nepita super consuet.clariss.Ciuitatis Cathan.in prælud. n.82.& seq. Borellus super Pragm. Odia litium,§.3.gl.1.n.47.Io.de Amic. cons.22.nu. 20. Intrigl.cons.5.n.16. [Io.Franc. Leon. in causa de labr.aur. p.1.c.1.n.54. Ias.in l.1. n.11.C.de summa Trinit.& fide Cath.] qui omnes firmant, etiam quod est 39 † solutus Imperio;de qua re etiā dixi supra except. præd. n.20.& voluit Affl. super constit.Regni, lib. 1.rub.79.de fide instrum.n.21.& vt reddeamus vnde digressi sumus,dico,quod 40 † nomen Papæ,Imperatoris,Regis,vel Principis positum in pręcedenti instrumento, præsumitur repetitum in sequentibus. Lamberteng. in tract.de contract. glos.8.n.9. Menoc.in trac. de præsumpt.lib.2.præsumpt.82. n.7. Nepita super consuet.pręd.tit.72.n.9. & 41 † consuetudo vt non apponatur nomen Papæ,vel Imperatoris,vel Regis,aut alterius Principis dominantis,in instrumentis,valet,& tenet.Purpur.cons.6.n.15.lib.1. Piagg.in tract.de consuet.q.6.n.39. [Bertazz.in tract.clausul.in proęmio nu.9.]

42 Septimum requisitum † quod est necessarium apponi in instrumentis,est locus in quo illud celebratur. Io.de Amic. cons.78. nu.3. Affl.super const.Regni,lib.1. Rub.73.de ferijs & salarijs,nu.19.vers.quarto requiritur, Bar.in l.si quis ex argentarijs,§.si initium,n. 8.ff.de edendo,Couar. in lib. pract. quæst.c. 20.n.3.vers.quintum est necessarium, Dec.in d.c.1. n.23.de fide instrum. Orosius in repet. d.§.si initium, nu.51. Ant. de Padill. in d. l.si qua beneficia,n.11.C.de diuers.rescript.Nepita d.tit.72.n.10.Cumia d.c.6.n.48.Brun.à Sole,in compēd.resolutor.proposit.iur.ī verbo,instrumentum nō valet,Frecc.in tract. de præsent.instrum.p.1.n.8.Berret. cons.88.nu. 19.Maranta in pract.p.6.actu 8.n.33. car.mihi 442. [Tusc.in lit.I,concl.244.n.11.Barzius dec.39.n.25. Io.de Amic.cons.78. nu.3. & cons.154. n.20. Io. Peles in processu iudicia. tit.38.n.25.Bertaz.vbi supra in proęmio n.10. Io.Faber in §.item verborum nu.3. instit.de in vtili.stipul.Bertrand.cons.2.nu.55. lib.5.] Natta cons.329.n.1. lib.2. vbi etiā dicit,quod 43 † requiritur locus loci. quod voluit etiam Lanfran. de Oriano,in pract.ti.de instrum.product.n.16.in fine,Fel.in c.1. n.11. de fide instrum.vbi etiam Dec.nu.9. Afin. in tract.de exequut.§.1.c.9.n.2. vbi dicit,quod * hæc est magis comm.** opin. & ponit quomodo dicatur appositus locus loci.Paris.cōs. 29.nu. 10. lib.2. Brun. à Sole loco prædicto * vbi testatur de cōmuni* opi.Ferrar.in pract. Papiensi, in forma libelli in actione reali, in glo.in verbo, exhibens, & producens, nu.9. Bald.in l. cōtractus,C.de fide instrum. Ang. cons.218.circa finem,Cumia d.n.48.Suarez in thesaur.recept.sent.lit.I,n.117. Ruin.cōs. 154.n.4.vol.3.quod tamen 44 † de cōsuetudine nūquam vidi obseruari in isto Regno, quæ consuetudo isto casu valet,& tenet, Cardin.

Spur.

Spur.dec.336.quem allegat Piag.in tract.de consuet.q.6.n.37. Sed an † valeat consuetudo qua remittitur apponi locus, vel dies in instrumento? & dicas quod nō. Couar. loco ante citato. Rota Rom.dec.440. in antiquis, aliàs dec.6.in tit.de cōsuet. Dec.in c.1.n.24. de fide instrum.Bertrād.cōs.275.col.4.lib.3. Curt.in tract.de cōsuet.n.103. Roma.in l.de pupillo,§.qui nūtiat. ff. de noui operis nunt. Fely.in d.c.1. nu.6. de fide instrum.Iac.de S. Georg.in l.de quibus,n.53.ff.de legib.Natt. cōs.575.n.31.lib.3.Paris.cōs.68.nu.3.&25. lib.3. [Couar.pract.quæstio. cap.20.nu.3. Bertaz.in tract.clausf.clausf.2.gl.1.n.4. Ruin. cōs.134.nu.13.lib.5.] Soc. iun.cōs.4.n.15. lib.4.Crauet.cōs.116.n.2.lib.1. Rol.cōs.38. n.8.lib.1.Piag. in tract.de cōsuet.q.6. nu.36.

46 Item quæro,an † notarius possit ex interuallo addere locum omissum in instrumento? & dico quod sic. Alba cōs.10.n.17. lib.1. [Farin.in tract.de falsit.q.156.Bertaz.d.numero vers. an Iesus.]

1 Vigesima † exceptio, quæ non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones, est exceptio nullitatis. Angel. in l. non erit, §. data, ff. de re iudic. Bald. in l. scire oportet, §. hæc de his, num. 1. ff. de excus. tutor. Dec. in pluries citato cap. ex parte, num. 75. de offic. delegati, Franc. in c. dilecti, nume. 134. de appellat. Socyn. senior cons. 83. num. 3. & consil. 97. num. 52. lib. 4. Roman. cons. 42. nu. 3. in fine, Rimin. iunior cons. 48. nu. 58. & seq. lib. 1. & cons. 399. nu. 10. & 84. lib. 4. Caualc. dec. 21. num. 82. lib. 1 Curt. iun. cons. 129. num. 13. Suarez in thesaur. recept. sentent. lit. E, nu. 166. Bolognet. cons. 30. num. 25. Mascard. in tract. de probationib. conclus. 159. num. 73. Vanti. in tract. de nullit. tit. quid sit nullitas, num. 7. in fine, Afflict. super Constit. Regni, lib. 3. rubr. 18. num. 20. Vrsill. in adnot. ad eundem Afflict. decis. 283. nu. 3. vbi dicit, quod prius, & ante omnia est inspiciēdum de validitate, & postea de exequutione instrumenti. Socyn. regula 14. in fine, Menoch. in tractatu de præsumptionib. lib. 2. præsumpt. 48. nu. 24. Brunor. à Sole, in Compēd. resolut. proposit. iur. in verbo, statutum licet, vbi nonnullos hanc opinionem sectantes adducit, & loquitur in nullitate, quæ prouenit ex natura, & inspectione ipsius instrumenti, Franc. Viuius, dec. 220. num 1. [Peregr. decis. 148. nu. 6. Maurit. Apicell. allegat. 2. nu. 11. cum seq. Nicol. Caluol. in praxi, §. exceptiones contra libellum concl. 3. nu. 9. Aldouin. cons. 1. num. 95. & cons. 20. nu. 162. Alex. 35. var. resolut. titu. de exception. nu. 6. lib. 2. Franc. Merlin. dec. Lucensis 8. num. 3. & quando nullitas est exclusa excluditur etiam restitutio in integrum Cęuall. commun. contra commu. quæst. 808. nu. 62. Io. Aloys. de Septimo super Ritu cap. 211. in lit. E, Tusch. in lit. E, conclus. 381. nu. 43.] Intrigl. cons. 6. num. 72. lib. 1. Anton. de Canar. in tractatu de exequut. instrum. 2 quæst. 11. vbi distinguit hoc modo: aut nullitas est euidens, vt quia instrumētum sit defectuosum, carens sollemnitatibus, de quibus dixi exceptione proximè præcedenti, per totam: vel quia non sit publicum, de quo loquutus sum supra exceptione secūda, & isto casu admittitur exceptio nullitatis. Aut nullitas requirit altiorem indaginem, & tunc non admittitur: sed quia alij supra notati, sunt loquuti indistinctè, ideo prædictam distinctionē puto non esse veram, & tāto magis, attenta ratione Decij loco prædicto, nu. 76. dum dicit, quod ideo exceptio nullitatis non censetur exclusa à prædicto statuto, quia est potius defensio, quàm exceptio; & sic ratio ipsa cōuenit omnibus nullitatibus. Et qđ 3 † nullitas sit potius defensio, quàm exceptio, tenuerunt etiam Bald. Ang. Roma. & Franc. allegati per ipsum Dec. Calcan. cons. 16. nu. 48. Bero. in cap. item cum quis, nu. 3. de resti. spol. Lancel. in tractatu de attentat. tit. de attentatis nullitate pendente. Bossi. in suo tractatu Crimin. tit. de nullitate, num. 9. Menochius, dicta prę sumpt. 48. n. 25. Asin. in practica, §. 31. c. 31. Intrig. loco iam citato, vbi dicit quod nullitas est vera defensio. Mauri. Burg. Cathan. in tractatu de Laudem. p. 3. inspect. 40. num. 81. vbi alios allegat. Petr. Anton. à Petra, in tractatu de potestate Principum, c. 26. num. 17. vbi dicit, quod est propriè defensio. [Seraph. de priuileg. iurament. priuil. 77. num. 65. Cels. Vgo. cons. 48. num. 8. Curt. iun. cons. 119. num. 4. Cumia super Ritu cap. 40. nu. 218. Muta super Ritu c. 135. n. 4 15.] Et supradicta conclusio procedit, ēt † si nullitas esset ipsius contractus in instrumento contenti, licet instrumētum esset validum: nam exceptio talis nullitatis potest opponi, non obstante statuto reijciente omnes exceptiones, dummodò ipsa nullitas contractus appareat ex inspectione, & lectura ipsius instrumenti. Marant. qui alios allegat, cons. 39. num. 32. & disput. 6. nu. 33. [& potest opponi semper, & quandocūq; Caluol. in praxi §. except. contra libellum concl. 1. n. 50. Aldou. cons. 20. num. 137. vers. & hęc.] Amplia modo principalem conclusionem, vt procedat, etiam si statutum aliquas tantum re-5 seruasset; verbi gratia, Si statutum † excluderet omnes exceptiones aduersus instrumentum, præter exceptionem falsitatis, nam eo non obstante, poterit opponi hæc exceptio nullitatis. Cornazzan. decisione

Lucensi 48. num. quarto, qui allegat Bartol. in l. Diuus Traianus, ff. de testam. milit. Alexand. consil.3. num.6. lib.secundo,& cons.101.num.3.lib.4. Dec.cons.499.num.4. Gabriel cons.142.n.21.lib.2.vbi dicit,quod 6 ista exceptio† admittitur etiam aduersus exequutionem instrumenti in forma Cameræ. [etiam ad impediendum exequutionem sententiæ,Gabriel.cõsil.43. n.38. lib.1. Caluol. d.cõcl. n.51. quod secus esset quando opponeretur talis exceptio contra tres sententias conformes etiam si excipiens haberet probationes in promptu,Aret.cons.75.nu.12. Caluol.d.concl.n.52.& quid aduersus citationẽ, Thor.in compend.dec.in verb.exceptio nullitatis.] Sed tota difficultas consistit,quan-7 do† in specie per statutum est exclusa ista exceptio nullitatis, prout loquitur Pragmatica super Bulla; quia tunc censetur exclusa et defensio.Bal.post glo.in l.1.nu.6.C.de iur.& facti ignor.Aret.in l.1.§.si quis ita,ff.de verb. oblig. Cumia super ritu M. R. C. istius Regni c.17.num.47.& 54. & dico, quod pluribus casibus, non obstante tali speciali prohibitione,potest excipi de nullitate; [maximè quando nullitas oritur ex ventre instrumenti,& si tali casu requireretur altior indago,Cassador.dec.10.de rescript.Roman.cõs. 42.n.3.Dec.consil.8.n.7. Marescott. var.resol.c. 121.n.36.lib.2. secus quando ex dicto contractu oritur nullitas,& defensio,ita Bar. in l.1. §.& pauci, nu.3. ff. quod vi,aut clam, Alex.cons.20.n.2.lib.6. Marescot.dicto cap. 121.n.33.& talis exceptio tunc impedit exequutionem quando proponitur incidenter, vt dicit idem Marescot. ibi n.42. secus quãdo proponitur principaliter, quia tunc non impedit exequutionem, Roman. in l.si feriatis in fine de ferijs, Alex.cõs.83.n.9. lib. 5. Grat. cons.163.n.41.lib.2. Lancellot. de attentatis p.2.c.17. n.60.& 90.vbi de commu.testatur & quid quando nullitas prouenit ex minori etate, & in bulla in prima instantia, Ant. de Ballis in suo tract.super Bulla lib.5.q.30.nu. 56. cum seq.etiam in exequutione sententię, Io. Aloys.Ricc.in collect.dec.245. in princ. Alex.35.var.resolut. tit.de exceptio. resolut. 1.n.6. Iul. Cęsar Gallupp. in praxi par.3. c.7. n.1. & qualis esse debet ibidem,n.6. & quando non operatur suspensionem exequutionis sententiæ,ibidem Gallupp.nu.21. à Peguer. dec.38.n.1.par.2. & talis exceptio nullitatis opposita post ceptum iudicium acquirit ius opponenti, Crauett.consil. 192. n.16. & cõsil.245. col.fi.vers.3.mora,Mart.de iurisdict. p.4.cent.1.cas.78.n.9.& exequutionem sententię,Io.Maria Nouar.q.101.n.1.cum pluribus seq. Vinc.Percoll. super Ritu cap. 117. & c.127. & non potest opponi post prefixum terminum dicendi de nullitate, Farin.decis. 102.n.6. in fi. consil.crimin.lib.2. Crot.cõs. 12. n. 2. Imo potest opponi in exequutione, Tusc.in lit.E, concl.381.n.3.7. nec contrahitur mora, Gratia.discept.cap.400.n.14.] &

8 Primò,si nullitas † esset notoria,& euidẽs, Abb.cons.54.lib.2.Alex.in addit.ad Bart.in l.1.§.& parui,n.7.lit. A, circa finem,vers.ad-de quod stante, ff. quod vi, aut clam, Ruin. cons.74.num.12.lib.4. & cons. 37. num.13. vol.5. Rom.cõs.42.n.4. Vant.in tract.de nullit.tit.quis possit dicere de nullit. nu.54. Rebuff.in tit.de liter.obligat.artic.1.glos.9.nu. 4. Dec.cons.49.nu.3. Menoc.in tract.de adi. pscen.poss.remed.4.n.893. & in tract.de arbit.iudic.casu 9.nu.2. Roland.cons.29.n.43. lib.1. Viuius dec.220.n.2.Anchar.cons.107. Gramm.consil.1.n.43. post dec. & cons.43. n.3.in ciuil.Alba cons.609.nu.2. lib.4. Turrett.consil.91.nu.24.& consil.78.nu.4.& consil.35.nu.11.& 12.lib.1.& cons.49. nu.25. & 27.lib.2.Scacc.in tract.de iudic.p.1.cap.97. nu.192. Natta cons.120.n.14.& cons.172.n. 5. Alex.consil.225.nu.2.lib.6. Aret.cons.75. in fine,Barbat.cons.38.n.2.& 8.lib.2.Cellus Vgo cons.87.nu.3.&4.Bertrand.cons.5.nu. 11.vol.1.Cabal.in addit. ad Ant. de Butrio, cons.18. lit. B, vbi recenset varios Doctores hoc firmantes, Anchar.in quæst.famil. lib.1. q.43. Io. Bapt. de S.Seuer. in repet. l. omnes populi,n.210. ff.de iust.& iure, Fely.in c. ex parte,il 2.n.7.de officio delegati, Afin.in practica,§.31. cap.53. Becci.consil.12. num.55. Modern. Cathan.in tract.de Laudem. parte 3. inspect.40.num.81.vbi alios congerit. Mascard. in tract.de probationib.quæst.8.n.17. [Caluol.d.concl.1.num.53. Vinc.de Franc. dec.688.n.3.Gratian.discept.cap.339.n.15. Farin.cons.85.n. 103.in crimin. lib.1.& consil.111. nu.12. lib.2. Cumia super Ritu c.17. num.67.Seraphin.de priuileg. iurament.priuil.

uil.4.n.60.d. Gratian.discept. c.118.nu.47. Bim. conf.174. n.20. idem Gratian. discept. c.581.n.13. Carpa in statut. Mediol.cap.116 n.166. cum seq. Aretin.cons.75.in fi.& admittitur etiam replicando in iudicio exequutiuo, Soc.cons.3.n.12.lib.1. Intrigl.sing.4.lib. 3. Affl. in constit. fratribus, n.19.& 20. Couar. pract. quæst.c.25.n.2. Peregr.cons.73.nu.15. lib.1. Boccat.de pactis p.3. nu.124. Anchar. cons.43.n.8.lib.1. Borgnin.dec.10. nu.18.p. 1. Franc. Caldas Pereyra in Analitico comment.c.35.num.40.] Mari. Anguiss.consil. 272.num.4. Milanens. decis.2. nu.134. 136. & 147.lib.2. vbi num.m135.dicit, quod licet ex forma Statuti non possit opponi exceptio nullitatis, attamen † si actus est euidenter nullus, iudex tenetur supplere: quia actor potest se fundare ex actu nullo, allegat Alex. consil. præd. & alios Doctores, & voluit etiã Afin. in tract. de exequut. §.3. cap.259. qui & alios allegat. [Ludou. à Peguer. dec. 154. num.3. Bero.consil.177.n.1. lib.1. Camill.de Laratha consil.67.n.4. Fulgos. cons.150. nu. 3. vers.4. roborantur Tusch. in lit. I, concl. 395.n.8.] Maranta cons.39.nu.32. & 137. 139.140.& 145. dicit, quod talis nullitas admittitur aduersus exequutionem census Bullaris; quod voluit etiam Follerius in Pract. Censuali, in verbo, quæ quidem exequutio, nu.6.& 12. Rom. in l. si verò, §. de viro, n.61. ff. sol. matrim. vbi dicit, quod dum creditor præsentat acta, ex quibus exceptio, & nullitas colligitur, ex eius visione, & inspectione se ipsum excludit. immò plus dicit idem D. Milan. præd. n.137. quod etiam † non obstante pacto de non opponendo, & pœna apposita in instrumento, ac iuramento, iudex debet agentem ita nulliter, & sine actione repellere, non obstante pœna, vel iuraměto, si de nullitate constat ex actis. Rom. cons.42. per tot. vbi Mandos. in addit.& in d. §. de viro, n.62. Foller. d. vers. quæ quidem exequutio, n.5.6. & 7. Becci. consil.40.n.8. [idẽ Tusc. in lit. I, cõcl.195.n.9.] Intrig. in suis quæst. super Bulla, quæst.19. Nullitas † autem dicitur notoria, & euidens, quæ legi potest oculis corporeis. Franc. in c. dilecti, num.153. de appell. Ripa in l.4. §. condemnatum, n.17. ff. de re iudi. Gabriel in suis cõib. conclus. tit. de re iud. conclus.1.nu.1.8.& seq. Contard. in tract. de moment. possess. limit.7.nu.19. Cephal. cons. 201. in fine, lib.1. Bursat. consil.74.nu.21.lib. 1. Turrett. cons.76.n.19.lib. [Farin.consil. 85.n.146. in criminalibus, lib.1. Carpan. in statut. Mediolanensis cap. 158. num.198.] Sed istam conclusionem, quod exceptio nullitatis notoriæ non censeatur exclusa à statuto excludente in specie nullitatem. Limita † quoties verba statuti prohibentis opponi de nullitate essent geminata. Soc. senior cõs. 242.n.2.lib.2. Cephal. cons.772. lib.5. Turret. cons.35.nu.14.lib.1. Secundò limitabis, † quoties nullitas esset geminata. Bart. cons. 38.num.5. Corset. in tract. de verb. geminat. col.3. vers. decimoseptimo, Milanens. d. dec. 2.nu.142. lib.2. Tertiò † limitabis, quando nullitas notoria reciperet aliquam disputationem. Corn. cons.10.nu.3.lib.4. Alex. consil.126.num.2.lib.6. Cont. in d. tract. de moment. poss. limit.9.nu.9. Rim. iun. cons.53.n. 30.lib.1. Caualc. dec.10.n.10.lib.1. Io. Botta cons.101.nu.22. Turrett. cons. præd. nu.15. [Cephal. cons.201.nu.10. & cons.202.n.16 Bursat. cons.73.nu.3. Rim. iun. subscriptus in consilio Bursat.74.nu.93. Roman. cons.265. in fi. Gabriel cons.28.nu.2.lib.2. & cons.49. in fi. lib.1. Carpan. d. c.116. n.142. Honded. cõs.28.n.49.lib.1. Intrigl. dec.10.n.9. Giurb. dec.69.n.24. Sforz. Oddo cons.20.nu.52.& 53.] quia si aliquid in contrarium allegat, tunc nullitas non dicitur † notoria, & euidẽs, & sic non admittitur. Rimin. iun. cons.421.n. 13.lib.4. Lancell. in tract. de attentatis, tit. de attent. lite pendente, lim.9. num.5. Turrett. consil. prædicto, nu.16. vbi etiam ponit, quãdo nullitas dicatur notoria. Anchar. in suis quæstionib. famil. lib.1. quæst.43. num.8. Caualc. dec.1.n.18. Quartò fallit, † quando statutum præfigeret terminum ad dicendum de nullitate, quia tunc si terminus esset elapsus, non posset opponi de nullitate quantumuis euidente, & notoria, Alex. consil.105.nu.4.& seq. lib.5. Natta cons.120. nu.15. lib.1. Rol. cons.83.nu.16.vol.1. Osasc. decisio.22.num. 14. Cephal. cons.263.nu.36. Becci. dicto cõs. 40. nu. 5. Surdus consil. 60. num. 20. lib. 1. [Dyn. cons.2. visis, & diligenter in fi. vers.& posito etiam, Paul. de Castr. cons.189.nu.2. vers. circa secundum, lib.1.]

Secundò, non obstante † statuto prohibẽte

te opponi de nullitate; potest opponi nullitas, quæ prouenit à iure naturali, Angel.cōsil. 172. Bald. consil.110. lib.4. Alexand. in addition.ad Bart.in l.1.§.& parui, lit.A, vers. adde quod stante statuto, ff.quod vi, aut clā. vt si esset nullitas proueniens ex defectu citationis, Calder. consil.8.de re iudic. Anchar. consil.212. Angel. cons.177. in fine, Decius cons.410.num.25.Passer.cons.128.num.21. [Barbat.cons.18.nu.4.& 5.lib.1.Carpan.in statut.Mediolan.cap.116.n.176.]

18 Tertiò, non obstante † statuto prohibente dici de nullitate, potest opponi nullitas dolosa, Alexād.loco citato, Socy.iun.consil.48. nu.52. lib. 1. [d.Carpan. in statut. Mediolanens.cap.116.n.186.Anchar.cons.218. n.2. Soc.sen.cons.283.n.12. lib.2. Vant.de nullitat.tit.qualiter sententiæ, & processus dicuntur nulle, n.31.& 32.]

19 Quartò, non obstante † statuto quantumuis generali reijciente omnem nullitatem, nō censetur reiecta nullitas, quę prouenit ex defectu iurisdictionis, Ripa in l.4. §.condemnatum, n.24. ff.de re iudic.Fely.in rubr.de foro comp.nu.2.Paris.cons.45, nu.28, vol.1. Alex. de Neuo cons.56.nu.7.Calcan.cons.16.n.94 [Polid. Ripa obseru.74.n.2.& sollemnitatū requisitorum à statuto, Cartar. dec.46.nu.4. Marescott.var.resol.cap.121.n.40.lib.2. Aldouin.cons.20.n.43.Bertaz.cons. crim.51.n.3.Ceuall.comm.contra commun.quæst.808. n.60.Menoch.cons.2.n.151.& 152.Gramm. cons.124.nu.1.in ciuil.Pet.Afflict,q.28.Carpan.in statut.Mediolan.cap.116. nu.172. & 173. Dec.cons.8. n.7. Berous cons.30. n.21. lib.3. Soc.sen.cons.124.n.11.lib.1. Vantius de nullit.tit.quod, & q bus modis, n.33. Bec. cons.40.n.7. Tusch.in lit.E, concl.381. n.6. Port.Imolens. lib.4. conclus. seu reg.24. per totam.] Ant. Gabriel. qui propè infinitos allegat in suis Conclusionib.tit.de statut.cōclus.3.num.1.Intrigl.in tract.de feudis, cent. 2. art.96.num.3. vbi testatur de magis cōmuni ** opi. Guido Papa cons.221.nu.4.Gigas consil.77.nu.3. Ruin. cons.16. nu.25. lib.2. Soc.iun.cons.18.nu.2.& cons.78. nu.15. lib. 1.Port.conclus.4.per totam, lib.4. Cumiā su per ritu istius Regni, cap.17. nu.72. Caualc. dec.19.num.5, lib.3. Milanens.dec.5. nu.18.

20 lib.2. quod † ampliat duobus modis. Primò, etiam si cum iuramento esset promissum non allegare nullitatem, quia etiam non obstante potest allegari nullitas, quę prouenit ex defectu iurisdictionis. vt ipse dicit nu.29. Angel.cōs. 187. in fine, & cons. 198.etiam in fine. Curt. sen. cons.68.circa finem, Ripa in eod.nu.24. Fely.d.nu.2.Paris.d.consil.45.n.29. Gozad. cons.62. Afflict. super Constit. Diuæ Memoriæ, n.57. Philip.Franc. in cap.dilecto, in 3. limit. de appell. Ruin. cons.14. circa finem, vol.2. Gabriel dicta conclus.3.n.7. Secundò

21 amplia, † etiam si lex diceret esse fauendum exequutioni, non obstante exceptione nullitatis. glos. in Clemen.1. de sequest. possess. & fruct. Bal. in l.scire oportet, §. fin. ff. de excusat. tutor. Ripa, & Milanens. locis præcit. iste, nu.3. ille verò, num. 23. alias ampliationes, & limitationes illius conclusionis ponit Gabriel.loco prædicto, & ideo eas hic non refero, quia parum, aut nihil faciunt ad rem nostram. Et ratio cur prædicta nullitas possit semper & omni casu opponi, potest esse, quia nul

22 litas incompetentiæ iudicis ex defectu iurisdictionis est maior, quæ in mundo inueniri potest, Guliel.de Benedict.in repet.cap.Raynutius, in verbo, mortuo itaque testatore, n. 17. de testa. Bal. in l.2.n.10.ff.si quis in ius vocatus nō ierit. Muscatel.in Pract.p.2.in gl. in verbo, cōpetentes, n.19. Marcabr.cons.46.n. 65. [Doctores allegati sup.n.19. Fulgos.cōs. 180.n.1.Cuma.cōs.60. n.3. Alb.cōs.70.n.14.]

Et licet ex supra narratis videatur quodāmodo statutum istud seruire de vento; nihi-

23 lominus dico, quod statutum † prohibens opponi de nullitate, intelligitur tollere nullitatem, quæ non est notoria, neque euidens, sed posset habere aliquam dubitationem, & disputationem. Roma.cons.45. n.3. & 5. Cephalus cons.207.num.10. lib.2. Neuiz.cons. 70.nu.37. Barsat. cons.73. nu.3. & consil.74. nu.21.22.& 23. lib.1. Ripa in dicta l.4. §.condemnatum, num.17.ff.de re iudic. Milanens. dec.7.n.12. li.2. Cacher.cons.67.n.23.lib.1. [Tusc. in lit.E, cōcl.381.n.52. Cōstit. Ægid. li.6.c.1.vers.nullitate n.1.fol.364. q nō cēset prohibita nullitas, quæ prouenit ex alio statuto, Farin.cōs.86.n.76.in crim.lib.1. nec q̄n est ex defectu citationis Marcabr.cōs.72.n.39.]

24 Quæro modò, quid † si statutum tolleret exceptiones, & defensiones simul, an isto ca-

quod

su possit opponi exceptio nullitatis? Dicas, quod sic. ita voluit Sigism. Scac. in tractatu de iudic. par. prima, c. 97. nu. 191. ꝙ Sacca cons. 43. nu. 15. Anania cons. 83. col. 2. versic. circa verò secundum Tusch. in lit. S, conclus. 525. num. 8. Anchar. cons. 207. nu. 10.] Sed 25 † si tolleret exceptionem, defensionem, & nullitatem, tunc exceptio nullitatis non admittitur, etiam si proueniat ex defectu iurisdictionis. Bal. in l. reos, in 7. col. vers. venio ad quartum, C. qui accus. non poss. Gabriel. in suis communib. conclus. titu. de Statut. concl. 3. n. 22.

26 Quæro secundò, † vtrum exceptio nullitatis contractus possit à quocunque allegari? Respondeo, quod non, nisi ab eo, in cuius fauorem fuit introducta nullitas, glossa in l. eleganter, in princ. vbi etiam Bar. num. 4. ff. de dolo malo, glossa in l. iurisgentium, §. prætor ait, in verbo, dolo malo, vbi Bal. Ang. & alij, ff. de pactis, Crot. consil. 119. num. 7. lib. primo, Bero. cons. 30. num. 26. lib. secundo, Ruinus consil. 48. num. 12. lib. quarto, Crauetta cons. 179. num. 5. Caualcan. in tractatu de tutore, & curatore, num. 170. [& non competit quando statutum requirit ꝙ venditio debet fieri requisito vicino etiam si adesset clausula nullitatis, nisi ad instantiam vicini cui competit retractus, & non alteri, Fulgos. in l. 2. num. 4. versic. ex qua authoritate, C. de iur. emphyt. Ruin. cons. 35. nu. 31. lib. 1. Gratian. discept. cap. 752. nu. 45. Io. Criuell. dec. Dolani 105. n. 5. & quando non potest allegari per agẽtem principaliter potest per eum excipere, Seraph. dec. Rot. Roman. 356. nu. 14. Tiraq. de legib. connubial. glo. 8. nu. 95. Millan. dec. 8. num. 332. & 335. lib. 1. & an possit dici de nullitate à tertio quando reus non potest, Bald. cons. 122. n. 5. lib. 3. Surd. dec. 108. n. 2. Barzius dec. 50. nu. 38. & quid si tertius non habet interesse, Gratian. discept. c. 153. nu...], Surd. dec. 108. num. secundo, & in tractatu de alimẽtis, tit. 8. priuil. 56. n. 81. vbi 27 nu. 80. dicit, † quod licet minores & Ecclesia non possint se obligare, & contractus cũ eis factus sit nullus, possunt tamen compellere illum, qui secum contraxit, ad obseruantiam contractus, licet ipse ad eam non possint compelli, & ille, qui conuenitur, non potest dicere, quod contractus est nullus, l. Iulianus, §. si à pupillo, ff. de actio. emptio. glossa, Hostiensis Butr. Io. Andr. Card. & Abb. in c. 1. de ijs quæ fiunt à prælat. sine cõsensu Capit. Tiraq. qui more suo multos alios citat, in legibus connub. glo. 8. nu. 91. & seq. Surd. cons. 9. nu. 10. Boccat. supra constit. Marchiæ gl. 10. nu. 18. Soc. iun. cons. 28. nu. 11. vol. 2. Matth. Brun. cons. 75. n. 23. Ancha. Regiens. in suis quæst. famil. lib. 3. q. 49. n. 13. Brun. à Sole, in compend. resol. proposit. iur. in verbo, nullitas actus, Surd. cons. 1. n. 85. lib. 1. & cons. 284. n. 7 28 lib. 2. Sim. de Præt. cons. 116. nu. 24. & † licet hoc sit verum, tamen isti contrahentes cum minoribus, vel Ecclesijs sine debitis sollemnitatibus si dubitant ne aliquando illi velint recedere à contractu, possunt petere, vt contractus ipse ratificetur, vel ab eo recedatur, Bart. in l. Iulianus, §. si quis, ff. de actio. empt. Pinel. in l. 1. p. 3. n. 32. C. de bonis maternis, Ruin. cons. 40. n. 7. & 8. lib. 5. Bursat. cons. 82 nu. 11. lib. 1. Menoch. cons. 655. nu. 13. lib. 7. [Capyc. dec. 110. n. 1. Surd. dec. 179. n. 19.]

29 Quæro tertiò, † quid si Statutum non repellit in totum exceptionem nullitatis, sed illam differt post aliquot tempus prout est nostra Pragmatica super Bulla, an isto casu possit opponi exceptio nullitatis notoriæ, vel defectus iurisdictionis? Milanens. dec. 8. n. 86 lib. 2. videtur tenere, quod non possit opponi, ad quod allegat Præpos. Imol. Barb. & alios, [quod contrarium videntur tenere Gozadi. cons. 72. n. 6. Syluan. cons. 69. n. 13. Vant. de nullitate in tit. quis possit dicere de nullitate, n. 37. & 38. Soc. iun. cons. 78. n. 14. lib. 1. Bertazz. cons. 222. nu. 18. lib. 1. in crim. Caual. dec. 19. n. 5. p. 3. Hieronym. de Laurent. dec. 142. n. 4. Personal. q. 12. n. 2.]

30 Quæro quartò, † quid si instrumentum sit nullum aliquo defectu, an contractus in eo contẽtus sit etiam nullus? [Pau. de Castr. cõs. 66. notandum est primo col. 1. lib. 2. Bertaz. in tract. claus. claul. 29. glo. 11. n. 17. & 18. Tiraq. de retract. lign. §. 2. glo. 1. nu. 2.] distingue, aut est cõtractus de illis qui ex eius natura requirũt scripturam, vt est cõtractus emphyteuticus, & in isto Regno cõtractus iuxta formam Bullæ; aut nõ requirit scripturam, primo casu est ita nullus contractus, vt non possit probari testibus, secundo casu secus, Bal. in l. huiusmodi, §. si ita, circa finem, de legat. 1. Dec. cõs. 17. col. 1. Tiraq. in tract. de retract.

tract.consangu. §.2.gl.1.n.2. & 3. Surd.cōs. 144.n.13.lib.1.qui ambo alios allegant.Menoch.consf.881.n.13.& 14. lib.9. Natta cōs. 609. num.21.lib.4. Rol.consf.43.n.10.lib.3. Marius Anguiss.consf.36.num.3.&9.Mascar. in tract. de probat. conclus.358.nu.1.& seq. vbi dicit, 31 † quod cōfessio facta in instrumento nullo, & defectuoso valet & ꝑbat, allegat Paul.de Castr.in l.si ita stipulatus,§.Chrysogonus,num.4. ff.de verbor. oblig. [Iacob. Gall.consf.12.nu. 24.& 43. Muta dec.48.nu. 24. Borell.consf.11.n.14.] & ibidem, Alex. Angel.& Imol.Bart.in l.1. §. si quis ita, & in l.decem,in fi.ff.eodem tit.de verb.oblig. Angel.in l.1. C. de præscript. pig. vel quadrag. annor.qui Mascar.aliquibus modis hanc cōclusionem ampliat,& limitat,vt ibi per eum.

32 Quæro quinto, † quid si econtra nullitas non esset instrumenti,sed contractus in eo cōtenti,an ista nullitas censeatur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones contra instrumentum? dicas quod non nisi appareat ex inspectione ipsius instrumenti,vt dixi sup. nu... [Siluest.Zacchias in addit.oblig.Camer.q.3.n.1.Rota Bononiens.dec.146. vers. & pro inde; & talis exceptio potest opponi etiam ad impediendum exequutionem sententiæ quando excipiens habet probationes in prōptu,Ang in l.1.n.3.C.quand.prouoc. non est necesse, Alex.consf.181.n.4.lib.6.Gabriel.consf.43.n.38.lib.1. Crauet. consf.207. n.8.& potest opponi semper, & quandocunque Nicol.Caluol. in praxi §.exceptiones cōtra libellum concl.1. n.50. Io. Bapt. Magon. de recta patrocin. ration.cap.18. num.14.] Rom.præcit.cōs.42.nu.2.Corn.consf.93.vol. 4.Bal.in l.in ementis, in 3.not.C.de contrahen.empt. in l.Sancimus C.de donat.Maranta consil.39.n.32. vbi dicit,quod tunc iudex potest repellere actorē à limine iudicij.Alex. consf.119.lib.1. Imola in l.fi. ff. à qui. appel. non licet. Ias.in l.iurisgentium, §.quod fere, col.fi. ff. de pact.

33 Quæro sextò,& vltimò, an † iuramentum validet contractum,obligationem,vel instrumentum nullum? & dico quod non, ex quo ipsum sequitur naturam actus super quo interponitur, & cum ipsum instrumentum sit nullum,iuramentum quoque erit nullum,gl. in l.emptione,C.plus vale.quod agit. Bald. consil.375. vol.3. Guid.Papa consf.180.col. pen. Vital.in tract. clausul. tit. an iuramentū validet cōtractum simulatum. Gram.dec.76. n.71.Borell.consf.38.n.21. Marsil. in rubrica de fideiuss.num.353. Tiraq.in repet. l.si vnquam, in præfat. num.165. C. de reuoc. donat. & in tract. de retractu couent. in præfatione,n.18.& in tract.de iure constituti, p. 3. limit.7.nu.28.& seq. Franc.Marc. dec.47. n. 2.& dec.484.nu.10. lib. 1. Bald.in l.non dubium,col.pen. C.de leg.glo.Bal.Paul.de Castro,Saly.& alij Scribentes,in l.fi. §.filijs, ff. de bon.quæ liber.Ang.cōs.160.col.2.vers.cū igitur.Seraph.in tract.de priuil.iuram.priuileg.61.num.11. Cephal.consf.312. num.106. lib.3.& consf.466.n.36. lib.4. Rim.iun. consf. 467. num.62.& seq.lib.4.consf.239.n.70. & seq.lib.3.Honded.consf.45. n.34. lib.1. & licet in isto articulo contrarium tenuerint nōnulli relati ab ipso Honded.consf.42.n.18.& 19.eod.lib.1. [Cartar.dec.18.num.4.Hieron.Fernand.de Otero var.quæst. p.1. q.21. nu. 9. & an confirmet actum, qui est contra bonos mores,Rendin.in promptuario tit.de iurament.n.4.& 9.Iac.Gall.consf.68.num.47. Fontanell. de pact.nuptial.claus.4.gl.21.p.1. n.52.Aldouin.consf.1.n.71.Menoch.cōs.388. n.9.Simoncell.de decret.lib.3. tit.8.nu.185. vers. limitatur 21. Io. Griuell. decis. Dolani 14. nu.28. Molfes. par.5. quæst. 10. num.15. & quid si actus est prohibitus de iure ciuili, Barz.decis.32.num.26. & quid si interpositū sit in contractu contra formam statuti celebrato an validat contractum quod non, Ludou.à Peguer.dec.134.n.4. Menoc.cōs.1239 n.6.& 7. Bart.Bertaz.in repetit. l.si quis maior num.464.&471.C.de transact.post tract. clausul.& an ille qui promisit, & iurauit non venire contra contractum non potest dicere contractum esse nullum,Bertazz.in repet. l.si quis maior nu.470. & 475. Farin.in tract.de falsit.quæst.160.nu.242. & 252. Marta vot. 181.nu.1.Molfes.consf.28.num.8. Viuiu.dec. 183.n.2. Surd.consf.83.n.21. Asin.de exequ. §.9.c.328.num.2.] attamen istæ opiniones possunt conciliari distinguendo; quod 34 † tūc iuramentum est nullum in contractu nullo appositum, quādo cōtractus esset in totum & ipso iure nullus; secus, quando ex aliquo defectu tātū esset inutilis; ita distinguit Caroc. in

in repet. c. cum quid, in 4. par. in 8. limit. num. 5. carta mihi 173. vbi allegat gloss. in Auth. si qua mulier, C. ad Velleian. Rom. in l. 1. col. 3. ff. de vsucap. Bauet. in tract. de virtute iuram. nu. 29. Marsil. cons. 125. nu. 36. [Becc. cons. 63. num. 2. lib. 1. Paschal. de vir. patriæ potest. cap. 1. nu. 102. par. 2. Alex. 35. variar. resolut. titu. de iureiurand. resolut. 1. num. 1. cum seq. lib. 2. Morot. cons. 52. nu. 5. & 33.]

fensione, vel officio iudicis, opus est, vt soluat & postea solutum repetat, vel quod compareat coram iudice Ecclesiastico, & ab eo petat inhibitorias, quibus pendentibus iudex non potest exequi instrumentum.

SVMMARIVM.

1 *Defensio non censetur sublata à Statuto tollente exceptiones.*
2 *Defensio nunquam censetur exclusa per quamuis defensionem.*
3 *Defensio non potest tolli per Statutum, intellige vt n. 10. & 11.*
4 *Statutum potest differre & modificare defensionem.*
5 *Statuta tollentia defensionem, non valent.*
6 *Defensio non potest tolli per Principem, vel Papam, & n. 7. & n. 12.*
8 *Defensio est inducta & permissa omni iure.*
9 *Defensio non solum directè verum etiam neque indirectè tolli potest.*
13 *Princeps in causis criminalibus quas defensiones possit tollere.*
14 *Statutum tollens defensionem, censetur tollere friuolam, & inanem; item censetur tollere ciuilem & non naturalem, item illam quæ grauat defendentem onere probandi: item defensiones facti, & non iuris, vt num. 15. 16. & 18.*
17 *Statutum potest tollere defensiones inductas de iure ciuili.*
19 *Statutum tollens defensiones, an tollat recursũ.*
20 *Statutum tollens defensionem an tollat officiũ iudicis, quod intellige, vt n. 22.*
21 *Officium iudicis censetur exclusum per pactum de non opponendo.*
23 *Officium iudicis non censetur exclusum per Statutum excludens exceptionem.*
24 *Officium iudicis differt ab exceptione.*
25 *Officiũ iudicis an censeatur exclusum à Pragmatica super Bulla.*
26 *Statutum tollens exceptionem an sit validum.*
27 *Defensio an possit reseruari post certum tempus per Statutum.*
28 *Debitor qui non potest se tueri exceptione, de-*

EXCEPTIO VIGESIMA PRIMA.

Defensionis.

1 VIgesimo primo † non censetur reiecta defensio à Statuto reijciente omnes exceptiones, quia licet exceptio tollatur, tamen defensio non tollitur, vt notauit Domin. in c. dilecti, in glo. 3. in fine, de lit. contestat. in sexto, Dec. in d. cap. ex parte, il secondo, num. 77. de offic. deleg. vbi etiam Fely. n. 9. idem Fel. in Rubr. de exceptio. in princ. Contard. in repet. l. diffamari, super glo. nu. 4. C. de ingen. manumiss. Ang. Aret. cons. 81. nu. 35. Bonacoss. in quæst. crim. in verbo, defensio, vers. finali, lib. 1. Carpa. super statuto Mediol. lib. 1. cap. 42. num. 194. [Aldouin. de Aldouin. cons. 20. num. 188. Carpan. in statut. Mediolan. in præludijs, nu. 815. Marsil. singul. 388. Farin. cons. 16. num. 18. lib. 1. cons. crim. Bonacoss. in quæst. crimin. in verb. defensio versic. statutum licet possit Tusch. in lit. D, conclus. 130. nu. 14.] Bart. in l. 1. §. & parui, nu. 3. ff. quod vi, aut clam, vbi ponit differentiã, quãdo statutum tollit exceptionem, & quãdo defensionem, & hoc non sine ratione: qa 2 defensio † nunquam censetur per Legem, Statutum, vel aliam dispositionẽ sublata, Clem. Pastoralis, de re iudic. l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat. [Boss. in tit. de fauorib. defens. n. 15.] Natta consil. 119 nu. 13. lib. 1. Curt. iun. cons. 235. nu. 12. & 13 & non solum non censetur sublata à statuto 3 tollente exceptiones, immò nec † in specie potest tolli defensio per aliquod statutum. Kircou. in suis commun. opi. cent. 4. conclus. 62. nu. 34. vbi alios allegat. Bonacoss. in d. vers. defensio, & in verbo, defendere per totum, lib. 2. [Aldouin. cons. 20. nu. 189. qui Authorem allegat.] Becc. cons. 51. nu. 9. sed be- 4 ne potest † differri, modificari, variari, & alterari, Abb. in c. cum olim, nu. 22. de appell. [Io. Aloys. de Sept. super Bulla n. 58. Tusch.

in

in lit.D.concl.130.nu.13. Carauita rit.167. nu.12.& rit.220.] Alex. consil.225. nu.11. lib.6.Rol.cons.19.n.39.& 40.lib.1. Vant. in tract.nullit.tit.de nullit. ex defectu citation. nu.9.in fine,Intrigl.cons.23.n.5.vol.1.quod intellige de defensione quæ prouenit de iure naturali: nam si proueniret de iure positiuo, 5 posset tolli,vt dicam infra nu...& ideo † talia statuta tollentia defensionem, non valent, nec tenent, Marsil.in pract.crimin. §.vltima quæstio,nu.23.& 31.& cons.8.n.30.& cons. 16.num.24.& consil.25.num.52. Becc.cons. 51.nu.9.Brun.in suo repertorio,in verbo,defendere.Bonacos.in d.verbo,defendere,Cartar.in tract.de exequut. sent. capto bannito, c.3.num.20.vbi dicit,quod tale statutum est iniquum,& contra ius naturale. Portius cõs. 3.nu.30. [Farin.in tract.crim. q.125. n.13. Aldouin.cons.20.nu.189.Ludou.Sacc.cons. 53.nu.55.& quid si causa est legitima tollendi defensionem,Roland.Cauagnol. in decretis Montisferrat.decret.12. §.8. q.2.nu.4.] Carauita super ritu Regni Neapol.Ritu 220 nu.13. 6 Immò nec † per Principem potest tolli defensio.Becc.d.num.9.& Marsil.d.consil. 8.nu.28.& consil.81.num.79.& consil.16.nu. num.20.& 21. [Farin. cõs. 103. nu.7. lib.1. cons.crim.] Io.de Amicis cons.147.num.6. Marius Anguiss.cons.42. nu.13. Cartar. d.c. 3.num.46.Gramm.cõsil.150.num.2.in ciuil. 7 & quod plus est,nec etiam per Papam potest tolli defensio,Marsil.in pract.§.quoniam,nu. 79.& d.cons.16.n.22.& cons.25.num. 52.& cons.81.nu.43.& cons.73.nu.52. [Camill. de Laratha cons.85. nu.8. Marsil.cons.8. nu. 35. Lanar.cons.40. num.6.Franc. Casson.de iudic.nu.19. tract.9. inter tract. crim.diuersorũ, Farin.cons.101.n.22.lib.2.cons.crim.] Borell. super pragm.Odia litium, §.2. glo.4. nu. 38. 8 & ratio est: quia defensio † est permissa & inducta de iure Diuino, Canonico, Naturali,Gentium,& Ciuili cap.non inferẽdo,23.q.3.l.scientiam,§.qui cum aliter,ff.ad leg.Aquil.l.1.C.vnde vi no.Mars.in l.vnus, §.cogniturum,num.56. ff.de quæst. & in l.vt vim,ff.de iust. & iure,& cons.4. num.4. & in pract.in d.§.quoniam,nu.76.Glos.in §.quod verò, Instit. de iure nat. gent.& ciuili,]Curt. iun.cons.235.nu.11.Becc.d.cons.51.num.8. Neuiz.cons.61.nu.43. [Farin.in tract.crim. quæst.125. nu. 1. cum seq. Camill. de la Ratha cons.5.nu.159. Farin.d.cons. num.21.] Loffred. cons.48.nu.20. Maluas.cõs.14.n.9. 9 & † non solum directè verum nec etiam indirectè tolli potest defensio,Mari.Anguiss.cõs. 76.nu.19. Becc.consil.præd.num.9. [Alex. cons.225.nu.7.lib.6.Farin.cons.156. nu.35. lib.2.cons.crim.] 10 quæ † conclusio procedit tantum in causis criminalibus, vel status, in quibus Papa & ceteri Principes de plenitudine potestatis non possunt tollere defensionem, Clemen.Pastoralis,de iudic.Guido Papa,cõs.6.col.5.vers.plus dicit, Bald. Fel.in c. dilecti,nu.7. in fi. de except. Marsil.qui alios allegat sing.388.Pet.Ant.à Petra in tract.de potest.Princ.c.26.nu.16.vbi testatur de cõ.* opi. [nec etiam tolli potest in casu hęresis & crimine lęsę maiestatis, Boss.in titu.de iudic.num.78.Farinat.in tract. de crimine lęsę maiestat.quæst.117.n.17.& cõs.103. num.2. lib. 1. cons. crim.] 11 & hoc † etiam procedit in causis ciuilibus grauibus, in quibus nec et possunt principes tollere defensionem de plenitudine potestatis,Soc.sen.cons.164.nu.16 & cons.266.nu.8.& 9.vol.2. [Gerard. Mazzol.cons.71. num.10.Stiatic. in pract.cap.2. nu.3.] Rebuff. super constit.Regni Franciæ,to.3. tit.de citatio.nu.36. 12 secus † in causis non grauibus & leuis præiudicij, quia in eis princeps de plenitudine potestatis, & nulla subsistente causa potest defensionem tollere, [Nellus de bannit.in secunda p.2.temporis,nu.2.] Bal.in l.3. §.si is pro quo,n.2. ff.quod quisque iur.vbi etiam omnes Scribẽtes, Fel. in c.dilecti, num.30.in fi. de except. Marsil.d.sing.388.Hiero.de Tortis, cõs.vnico,nu.22. post cons.Ant.de But.quidquid dixerit à Petra d.c.26.num.33.& Alex. ibi per eum allegatus. 13 & † intelligas,vt Princeps nõ possit tollere defensionem in causis criminalibus concernentem ventilationem innocentiæ, secus in defensione concernente multiplicationem citationum,Bald.in l.1.in prin. ff.ne quis eum qui. Abb. & alij, in cap. cum inter,de except.Affl.decis.391.Rebuff.super constit.Regni Franc.to.3. tit.de citation. nu. 36. Hiero.de Tort.in consil. vnico, num.22. post cõsil.Ant.de Butr.Bald.& alij,in l.3.§.si is pro quo,ff.quod quisque iur. Pet.Ant.à Petra, in d.tract.de potestate princ.c.26. n.18. 19.&

19.& 21. [Marsil.consf.81.n.80. Camill.de Laratha consf.85.nu.1.cum seq. Baiard. ad Clarum q.49.nu.53.]

14 Statuta † autem tollentia omnes defensiones, censentur solummodo tollere friuolas & inanes, & non legitimas & iuridicas, Bar.in l.omnes populi, in pen. col. vers. vltimo quæritur, ff.de iustit.& iure, & in l.1.§.1. n.3.ff. quod vi aut clam, Alber.de Rosate, in prima parte Statut.quæst.65. Paul.de Castr. consf.183.col.3. Mars.consf.16. nu.1.& consf. 64.n.5.& in pract. §.vlt.quæstio, nu.1.& 32. Iason in l.1.in 2.col. C. de sacrosan. Eccles. [Alex.consf. 113. viso col.3.lib.5. Tusch.in lit.S, concl.525.nu.30. Corsett. in singul.in verb. exceptio la 1. Carpan. in stat. Mediol. c.44.n.166.cum seq. nec tollit exceptionem innocentiæ, Rimin.iun. consf. 345.nu.34.]

15 Item statutum † tollens defensionem, intelligitur tollere illam quæ grauat defendentem onere probandi, non autem illa, quæ consistit in mera negatiua, Felin.in Rubr. de except.col.1.Pet.Ant.à Petra, in tract. de potestate Princip.c.26.nu.11. [Bertaz.in tracta. clausf.clausul.29. gl.9.n.5.]

16 Item censetur † tollere defensiones ciuiles non autem naturales, Bald. in c.a nobis, in fine, de except.Fel.in c.cum dilecti, col.5. eodem tit. Marsf.consf.25. nume.52. & consf.31. nume..42. & consil.73. num.5. & in Pract.c. §.quoniam, nume.78. Borell.super Pragmatica, Odia litium, §.secundo, gl.4.nu.38. Bonacoss.in quæst.crim.lib.1.in verbo defensio in prin.vbi alios allegat, & ratio est, quia

17 † Statutum potest tollere defensiones inductas de iure ciuili, & positiuo. Decius consil. 175.n.1.Sal.in l.fi.in fi. C.de sent.Marsf. consf. 103.num.41. [Aegidian.constit.lib.4.cap. 54. versf.ad defensionem, num 8. fol.286.] Gemin.in c.non solum, in secundo notab. de appellat. in sexto, Intrigl. consf. 23. num. 4. lib.1. Pet. Anto.à Petra, in tracta.de potest. princip.c.26.n.4.& 8.

18 Item censetur † tollere defensiones facti, & non iuris, Felin. in d.cap. cum dilecti, nume.7. de exception. Dom. Camia, super Ritu istius Regni, cap.40. num.42. [quod non potest tollere appellationem, quæ est defensio, vt dixit Decia.in tract.crim.p.1.lib. 2.c.34.n.20.Giurb.dec.68.n.5.]

19 Quæro modo, † an statutum tollens defensionem, tollat etiam recursum ad superiorē? & respondeo quod sic, ita voluit Marsil. in sua Practica, §.opportunè, nu.60. Bonacoss. in dicto verbo, Defensio, circa medium. [Ruin.consf.157.n.16. lib.5. Marcabr.consf. 87. n.53.& n.60.]

20 Quæro iterum, † an Statutum tollens defensionem, tollat etiam officium iudicis? & dico quod sic, Barto. in l.1. §. & parui, num. 8.ff.quod vi aut clam, & ibi addent.in litera B, Milanensf.dec.2. num. 245. lib.2. Parisius consf.107.nu. 118. lib.3. Honded. consil.18. num.81.lib.1. Magonus dec. Lucensf.11. nu. 21. Ant.de Canar.in tract.de exeq. instrum. num.92. Abb consf.44.num.3.lib.1. Roland. consf.29.num.4. vol.1. Paul.de Castr. consil. 257. num.5. volum. 2. Menoch. in tracta.de præsumpt.lib.2. præsumpt.48. nu.28. Maur. Burg. in tract.de Laudem.par.3.inspect.40. num.11. vbi alios allegat. Cartarius in tracta.exequut.sent.capt.bannit.cap.3.num.43 Asinius in pract.§.31.cap.34.& cap.42.Carpanus super Statutis Mediol. cap.4. nu.208. lib.1.& cap.116.nu.217.eodem lib. [Marsil.singul.88. Roman.consf.325.n.14.& 15. Gratian.discept. cap.411. num.21. Carpan. in statut. Mediolan.cap.58. num.12. Giurb. dec.67. n.1.& nu.5. declarat factum,] Camia super Ritu istius Regni, cap.4. num.64. & cap. 16. num.71. & cap.11.nu.6.vbi dicit,

21 quod per pactum de non opponēdo, quo denegatur etiam defensio, censetur exclusum officium iudicis, allegat DD. in l.planè, ff.de petit.hæred.& Bar.in d.l.1. §. & parui, nu.8.

22 ff.quod vi, aut clam. Sed † hoc intellige, vt censeatur exclusum officium iudicis, quod imploratur à parte, & non illud quod impartitur ab ipso iudice, ex mero eius officio. Milanensf. dec.2. nu.145. 148.157.163.164. &167. lib. secundo, Cumia super Ritu dicto cap.16.nu.74.& 75. Rolandus a Valle consf. 29.num.50. lib.primo, Petr.Ant. a Petra, in tracta.de potestate Principis, cap.26.num.9. in fi. [nec quando nititur æquitati, Gratia. discept.cap.604.nu.3.& cap.793. num.22.]

23 Quod † secus est, quando Statutum tollit solum exceptiones, quia tunc non excluditur officium iudicis, d.l.planè, ff.de petit. hæred. vbi Bart.in secundo not.n.4.& in d.§.& parui,

ui,nu.7. Abb.Ant.de Butrio,Felin.nu.18.& Dec.n.78.in c.ex parte,il 2.de offi.deleg. Roma.consſ.42.n.4.Siluan.consſ.17.nu.6. Marſ. in repet.Rubricæ de fideiuſ.nu.328.Alex.cõſil.113.n.16.vol.5.Bened.de Barz.in tract.de guarentig.p.2.q.20. Pariſ. conſ.107. n.118. volu.1.Becc.conſ.12.nu.69. Illuſtriſs.Card. Alban.in lucubrat.ad Bart.in l.1.nu.10.ff.de iuriſd.omn.iud.Ruin.conſ.209. n.23. vol.1. Honded.conſ.18. nu.80. Socy.ſen. conſ.27. vol.4.n.31.Roland.conſ.1.nu.56.lib.1. Aſin. in pract.§.31.c.33.& 34. Natta conſ.172. n. 10.vol.1. Maur. Burg.in tract. de laudem.p. 3.inſpect.40.nu.14. Cumia ſuper Ritu iſtius Regni,c.17.nu.39.& 54.& Abb.in c.cum q. nu.8.de reſtit.ſpol. vbi etiam Bero. nu.37. & idem Abb.in c. ex parte,il ſecũdo,n.6.de officio.deleg.vbi etiam Fel. num.6.& 7. Lancell. cell.Gallia,in l.4.§.Cato,num.101. ff.de verborum obligat. Marſil. ſing.88. [Roman. conſ.325. n.14.& 15.& ibi Addent.in lit.N, Roland.à Vall.conſ.1. n.56.lib.1.Gratian.diſcept.c.411.n.21. Menoch.conſ.818. n.101. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt.28. numc. 28. Aldou. de Aldouin. conſ.110.num.100. Tuſch.in lit.E, concluſ.381.n.38.] Carpanus ſuper Statut. Mediolan. lib. primo, cap. 42.num.207.& cap. 116. num.215. & 196. eodem lib. Aſin. in practic. §. 31. cap. 33. & 34.& in tract.de exequ.§.3.c.323. n.5.Pract. Papienſ. in forma exequ.ſent.diffin.in princ. n.18. & ibi Addit.in littera G, Alexand.in l. ma, §.ſi is,num.11.ff.quod quiſque iuris, Iaſon in l.vbi pactum, num.14. C. de tranſact. Marſil.in l.vnica,num.160.C.de raptu virg. Calcaneus conſil.28. num.29. & 30. & conſil. 35. num.37. & 38. Et ratio eſt promptiſſima, † quia aliud eſt officium iudicis, & aliud exceptio, & qui non poteſt excipere, poteſt implorare officium iudicis. Dominus Cumia dicto cap.17. num.40. Maſcardus in tractat. de probat. concluſ. 1236. num.9. & 11. Burg. d. inſpect. 40. num. 15. Carpanus dicto cap.116.num.216.vbi allegat Alexan. in addit.ad Bartol.in l. planè,in add.magna, circa medium, ff. de petit. hæredit. Calcaneus conſil.28. num. 29. & 30. [deciſ.Milan.8.nu.59. lib.2.] Sed an † iſta exceptio mittatur aduerſus exequutionem contractus iuxta formam Bullæ,vide dicta per Dominũ Cumiam, dicto cap.17. nu.37.38. & ſeq. vſque ad num. 54. Dom. Intrigl. q. 15. ſuper Bulla Milanenſ.dec.8.à nu.59. vſque ad nu. 73. [Io.Aloyſ.de Sept.ſuper Bulla,n.37.& nu.38. Corradin.Puteus ſuper Bulla n.19.& ibi Io. de Paternion. n.35. & etiam Hieron. Fimia num.8. Roman. conſ.42.nu.4.]

24 — 25

26 Item quæro, † an Statutum tollens defenſionem poſt certum tempus, ſit validum, & iuſtum? & dico quod ſic; quia hoc Statutũ non tollit defenſionem, ſed tantum limitat tempus ad defendendum, Afflict. ſuper conſtitut. pœna eorum, num.7. & ſeq. vbi etiam Iſernia, Cartar.in tract.de exequut.ſentent. capto bannito cap.3.nu.19.& 40. Nellus in tracta.de bannitis, in ſecunda parte,ſecundi tempor.q.2. Ale.conſil.105.nu.9.lib.3. Carauita ſuper Ritu M.C.V.Ritu 210. num.5. [vid. ſupra additiones ad numerum 4. præſentis exceptionis.]

27 Quæro poſtremò, † an defenſio poſſit per ſtatutum reſeruari poſt certum tempus, prout eſt noſtra Pragmatica,ſuper Bulla qua reſeruantur exceptiones & defenſiones poſt factam ſolutionem? & dico quod ſic, l.fin. C. de compenſat. l. ille à quo, §. ſi teſtamento, ff. ad Trebell. l. ſecunda, C. de edicto Diui Adriani tollẽn. Ang. in l.ſi ſic, num.ſecundo, ff.de legat.1. Aſinius in tracta. de exequut.§. ſecundo,cap.4.nu.3.4. [Affl. in conſtit.pœnam eorum n.12.rubr.3.lib.3.]

28 Vnum non omittam hic dicendum pro complemento præſentis materiæ, ſcilicet, quod † vbi deficiunt exceptiones, defenſiones, & officium iudicis,remedium eſt,quod debitor ſoluat,& poſteà ſolutũ repetat.ita dixit Bartol.in l.prima, §. & parui, num.9. ff. quod vi aut clam, Cumia dicto cap. vndecimo, num. 16,vel quod petatur iudice Eccleſiaſtico inhibitorias fieri iudici ſeculari per ipſum iudicem Eccleſiaſticum,qui iudex ſecularis pendentibus talibus inhibitorijs, non poteſt exequi inſtrumentum; ita dixit Prouinzal. & addit. ad Bertachin. in verbo exequutio, Alexand.in l.4.§. condemnatum, num. 17. ff. de re iudic. vbi etiam Ripa, num.29. Dominus Intrigl. conſ.30.num.28.libro primo, quæ inhibitio debet fieri parte citata, Domin. Intrigl. conſil. prædict. nume. 4. & 5. quas inhibitorias nunquam vide practicari. [& eſt

[& est talis defensio quod nemo potest ei renuntiare maxime in criminalibus, Io. Anto. Rubeus Alexand. in tract. de potest. procurat. & defensor. nu. 29. inter tract. crimin. diuersorum, Natt. consil. 359. nu. 3. Surd. consil. 118. nu. 6. Muta dec. 60. num. 17.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæ causatur ex dolo partis aduersæ, non censetur exclusa à statuto excludēte omnes exceptiones.*
2 *Promissio extorta dolo aduersarij, infringitur, saltem ope exceptionis.*
3 *Statuta non debent præbere occasionem delinquendi.*
4 *Statuta potius debent esse superuacanea & nihil operari, quam se extēdere ad iniquitatē.*
5 *Statuta nutritiua peccati non tenent.*
6 *Dolus reddit actus ipso iure nullos.*
7 *Contractus omnes quibus dant causam dolus, sunt nulli, quod amplia, vt nu. 8.*
9 *Iuramentum interpositum super contractu doloso, non obligat iurantem. quod intellige, vt num. 10.*
11 *Clausula, Iurantes, &c. facit vt iuramentum referatur ad omnia pacta apposita in instrumentis.*
12 *Dolus ad hoc vt annullet instrumentum, qualis debeat esse.*
13 *Dolo præterito potest legitimè renuntiari, secus est in dolo futuro. quod amplia, vt num. 14. & 15.*
15 *Exceptioni doli non potest renuntiari tàm tacitè quàm expressè.*
16 *Renūtiatio doli quo pacto fieri debeat vt valeat & num. 17.*
18 *Factum sciri non sufficit, nisi sciatur cum suis qualitatibus.*
19 *Renuntiatio exceptionis doli, semper præsumitur facta per ignorantiam.*
20 *Ratificatio non trahitur ad incognita.*
21 *Ratificatio ad hoc vt valeat, debet fieri à certo & de omnibus instrumento, & non ab ignorante.*
22 *Dolus non potest allegari per eum qui scienter fuit deceptus.*
23 *Clausula (non vi, non dolo) posita in instrumentis, quid operetur.*
24 *Dolus non præsumitur remissus per contrahentes per quæcunque verba.*
25 *Dolus nunquam præsumitur.*
26 *Dolus debet probari per eum qui se fundat in illo.*
27 *Dolus quomodo probetur.*
28 *Dolus dicitur probatus statim quod constat de enormi vel enormissima læsione.*
29 *Dolus quibus coniecturis excludatur.*
30 *Exceptio doli est compatibilis in qualibet alia exceptione.*

EXCEPTIO VIGESIMA SECVNDA.

Quæ causatur ex dolo partis aduersæ.

1 VIgesima secunda † exceptio quæ non censetur exclusa à Statuto excludente omnes exceptiones, est exceptio quæ causatur ex dolo partis aduersæ, vt quia dolus fuit causa cōtractus, vel quia fuit causa ne debitor potuerit adimplere. Ant. de Butrio in c. cum Bertoldus, vers. secundus casus, de re iudic. Frāc. in c. cum dilecti, q. 62. limit. 7. de appell. Fel. in c. ex parte, il 2. vbi etiam Dec. num. 79. de offic. delegati. Io. Bapt. Marcian. cons. 15. nu. 42. qui ad hoc allegat textum, in l. 3. cum gl. in l. diem proferre, §. stari, ff. de arbit. l. Aurelius, §. centum, ff. de liberis legat. l. si finita, §. eleganter, ff. de dam. infect. Natta cons. 166. nu. 26. lib. 1. Tartal. in pract. M. C. V. c. 1. nu. 49. Marsil. sing. 96. & cons. 89. nu. 20. Bero. q. 61. nu. 1. Soc. iun. cons. 48. nu. 52. lib. 2. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. nu. 29. Afin. in pract. §. 31. cap. 49. Carpanus super Statutis Mediol. lib. 1. c. 116. num. 206. vbi dicit, quod isto casu de dolo notoriè cōstare debet, vel si in continenti offeratur probari, allegat l. 1. §. dolo malo, ff. de doli mali except. l. 1. §. persuadere, de seruo corrupto, Matth. Colera, in tract. de process. exequut. p. 1. c. 10. n. 220. [Aldouin. cons. 110. n. 37. & cons. 1. n. 101. & cons. 75. nu. 10. Billott. de absolution. iuramenti lib. 1. cap. 13.]

2 Et ratio posset adduci, † quia promissio extorta dolo aduersarij, infringitur saltem ope exceptionis, Rimin. sen. cons. 102. num. 24. & 27. volum. 1. Franc. Monald. cons. 16. num. 5. [Alba Mandell. cons. 251. nu. 31. Alex. cōs. 9. nu. 11. lib. 5.] Alia potest esse ratio: quia

 si hæc

92 Quæro sextodecimò, † an soluens prælato qui est intrusus beneficio, & toleratur pro prælato, sed non habet titulum, sit liberatus ab obligatione, ita, vt hæc exceptio possit per soluentem opponi vero prælato postea agenti? & dicas quod sic, est glos. final. in cap. nihil, de elect. & ibi latè Innoc. Abb. & ceteri Canonistæ, idem Innoc. in c. litteris, de restitut. spoliat. vbi etiam Bald. nu. 7. Tiraq. d. n. 148 Alba cõs. 542. nu. 3. lib. 3. Marsil. in tract. de bannit. in verbo, Ciuitate, nu. 86. Alexand. cons. 120. n. 7. lib. quintò, idem Alex. in prin. Ias. num. 1. in l. si tibi, §. cum possessor, ff. de pact. Dec. cons. 402. n. 1. Caroc. in tract. de depos. p. 1. forma 6. de depositi restit. nu. 1. Boss. in suo tract. crim. tit. debitores an delinquẽti soluere, &c. nu. 6. circa medium. [& quid in prælato in iuste elepto Alex. cons. 103. n. 17. lib. 2. Tusch. in lit. S. concl. 336. n. 6. Surd. decis. 229. n. 10.] Surd. cons. 43. n. 2. etiam circa medium, lib. 1. vbi dicit, †

93 quòd istud procedit, quando à principio fuisset contractum cum tali prælato, & solueretur in exequutione dicti contractus, allegat Alexãd. cons. 103 n. 11. vol. 2. Crot. cons. 24. n. 13. & 14. Bartol. in l. eum qui ita, §. qui sibi, nu. 2. ff. de verbor. oblig. Stracham in tract. de assecur. p. 3. n. 42. [Tusch. d. cõcl. n. 8.] Ancharan. in quæstio. famil. lib. 2. q. 31. per tot. Caroc. Rubr. præd. n. 5. Affl. decis. 147. Caualc. in tract. de tutor. & curat. n. 272. vbi dicit, qd †

94 rectè soluitur tutori qui non fecit sollemnia, quando à principio contractus fuit gestus cum eo, etiam si tempore solutionis verteretur lis super validitate suæ electionis. Bald. in l. emptorẽ, col. 3. C. locati. Ias. in l. si vrbana, n. 10. ff. de condiction. indebit. Caroc. in Rubric. de depos. restitut. numero. 4. [Montanus. in tractat. de tutelis. capit. 32. regul. 5. numer. 4. cum seq. nec iudicium valet si non fecit sollemnia Miranta in practic. distinct. 16. numer. 52. Missinger. centur. 2. obseruation. 37. Ioan Paul. Gualter in praxi tutellar. par. prima rubric. 4. n. 15. Gratia. disceptat. cap. 20. n. 34.]

95 Quæro decimoseptimò † an solutio facta pupillo sine auctoritate sui tutoris, vel decreto iudicis, liberet soluentem? & Respondeo quod non, l. ait Prætor, §. præmittitur, ff. de minor. l. Sancimus, C. de administr. tutor. glos. in l. iusiurandum, §. 1. ff. de iureiur. Crotus consil. 286. num. 5. lib. 3. [Franc. de Caldas in l. curatorem habens in verbo lęsis, n. 59. cum seq. Fontanell. de pact. nupt. clausul. 4. glos. 12. nu. 70.] & sic †

96 per consequens non potest opponi exceptio istius solutionis, nisi probetur pecuniam fuisse versam in utilitatem pupilli, ex quo tunc valet solutio, l. si Stichum, §. vsumfructum, ff. de solution. Foller. in practic. censuali, in verbo, tanquam res iudicata, nu. 69. Socin. iunior, cons. 81. num. secundo, & 6. lib. 2. Secus †

97 si soluerit cum decreto iudicis, quia tunc semper est liberatus. Thom. Docc. consil. 34. nume. 2. [Molin. de contractibus disputat. 562. Paul. de Castr. sing. 13.]

98 Quæro decimooctauo, an solutio per debitorem filij facta patri vti tutori, & legitimo administratori liberet soluentem? distingue, aut de solutione constat tantum per confessionem patris aut per realem solutionem, & numerationem, primo casu non est liberatus nisi adsit aliqua coniectura pro soluente, secundo verò casu semper liberatur. Natta cõs. 543. num. 219. libr. 3. Nepita super consuetud. clarissimæ Ciuitatis Cathaniæ, titul. 19. consuetudin. prima, numer. 67. Conanus in tractat. de pact. lib. 1. cap. sextodecimo, nu. 94 [Natt. cons. 543. num. 1. & 13. Gratia. disceptation. cap. 365. nume. 1. cum seq. Philip. Paschal. de vir. patriæ potestatis capitul. 2. numer. 10.]

99 Quæro decimonono † an solutio facta tutori de eo quod debetur pupillo, liberet soluentem si de ea non constat per realem numerationem, sed tantum per confessionẽ ip-

sius tutoris, ita, vt si à pupillo conueniatur, possit eam opponere? & dico quod sic, notat glo. in l. Lucius, §. tutelæ, ff. de administr. tut. Bald. & Ang. in l. non abstulit, C. de nouat. idem Bald. in l. omnes, §. fin. C. de quadrien. præscript. & Ang. in l. à Diuo Pio, §. sed si em ptor, & ibi Imola, ff. de re iudic. idem Imola in l. si debitorem, ff. de nouat. [Paul. Monta. de tutelis c. 32. nu. 111. Pruchman cons. 3. nu. 115. Borgnin. de tutor. nu. 274. Mascard. de probat. concl. 370. n. 1. Io. Paul. Galter in praxi tutel. p. 2. rub. 2. n. 38.] Paul. de Castr. cõs. 34. n. 2. lib. 1. Barb. cons. 18. in 2. dubio, lib. 3. cons. 54. col. antepenult. lib. 4. Roman. in l. prædia, ff. de acq. hæred. Conanus in tract. de pact. lib. 1. c. 16. n. 72. Mazzol. cons. 37. n. 57. & 70. & ratio cur in hac quæstio ne teneam opinionem cõtrariam à quæstione precedẽti, est, quia ibi præsuppono quod pater sit legitimus administrator bonorum filiorum, &

100 in eis habeat vsumfructum, † secus si pater in eis non haberet vsumfructum, quia tũc tenetur reddere computum suæ administrationis prout quilibet alius tutor. Bal. in l. si superest, C. de dolo, & in l. licet, C. ad legem Falcidiã, Suarez in communibus opinionibus, litt. P, nu. 41. Roland. in tract. de inuent. q. 27. idem Suarez in leges Tauri, titu. de lit. seu de los Pleytos, §. 1. nu. 21. carta mihi 140. Surd. cõs. 259. nu. 13. Nepita super consuet. Cathanæ titu. 19. nu. 64. & 71. vbi testatur de communi* opinione. [Negus de pignorib. in 2. mẽbr. principali, n. 14. Fontan. de pact. nuptial. claus. 4. gl. 7. p. 3. n. 33. Bursat. cons. 133. n. 32. qui de commun. testat Caldas in repetit. l. si curatorem habens in verb. lesis, n. 138. Turrett. cons. 51. n. 12. lib. 3. Pancirol. cons. 97. n. 20. & 22. Ascan. Clement. de patr. potest. 14. effect. n. 23. Decian. cons. 85. n. 23. lib. 2. Roderic. Suarez in tit. de litibus nu. 21. post suas

101 allegationes,] Quod † est idem in tutore extraneo, qui tenetur etiam reddere computum de toto quod ad eius manus peruenit, ideo eius sola confessio non liberat soluentẽ, §. fin. ff. de Attiliano tut. l. 1. §. officio, ff. de tut. & ration. distrah. Soc. senior cons. 92. nu. 5. & 17. lib. quarto, Dec. cons. 100. nu. 7. & cõsil. 178. num. 1. vbi loquitur in quolibet alio administratore; Paulus Montanus in tracta. de tut. cap. 38. vbi alios recenset Paris. cons. 21. num. 55. libro secundo, Anchar. Regiens. in quæst. famil. quæst. 61. lib. secundo, [Surd. dec. 229. nu. 34. Montan. de tutelis

102 cap. 27. nu. 18. 44. & 96.] Sed si † tutor esset inhabilis ad reficiendum illud quod confitetur se habuisse, ita, vt pupillo non esset alio modo cautum, tunc non dubitarem qđ pupillus posset agere contra debitorem non obstante tali confessione, ad tradita per Passett. cons. 156. per totum, Io. de Amicis cons. 33. num. 22. & 23. Marc. Ant. Eugen. cons. 1. nu. 95. 96. & 97. Mynsing. cons. 93. num. 10. & 11. Ioan. Crotum cons. 180. num. 18. lib. secundo.

103 Quæro vigesimò † an solutio facta prælato anticipata, liberet soluentem si prælatus ille moreretur ante diem debitæ solutionis? dicas quod non, quia tales solutiones non habent præiudicare successori. Rota Roma. decis. 8. titu. de confir. vtil. in manuscriptis, Rodoanus in tract. de rebus eccles. non alienan. quæst. 58. nu. 53. Archidiac. in cap. alienatores, 12. quæst. 2. Paul. de Cast. in l. diuortio, ff. solu. matrim. Calderin. cons. 7. tit. de locat. & conduct. Fusc. in Sing. lit. C, nu. 123. Anchar. cons. 116. Bossius in tract. crim. tit. debit. an delinq. sol. &c. nu. 6. [Feder. Scot. cons. 5. n. 10. lib. 1. tom. 2. secus si soluit vero domino, quia est liberatus debitor Ceuall. comm. contra commu. quæst. 790. nu. 44. Ricc. dec. 222. nu. 2. p. 3.] & ad hoc potest adduci ra-

104 tio: quia † quotiescunque solutio anticipatè facta pareret præiudicium tertio, ante diem debitum fieri non potest, l. cum pater, §. à filia, ff. de leg. secundo, Bart. in l. 1. num. 11. ff. de leg. 1. Hieronym. de Laurentijs, in Rota Auenion. decisio. 117. num. 4. vbi allegat Baldum, Decium, & Roman. qui nihil de hac re loquuntur in locis per eum allegatis, allegat etiam Iason. in l. post mortem, nu. 7. C. de fideicommis. qui nec etiam loquitur in terminis in quibus allegatur, sed in alijs similibus: tamen conclusio prædict. est vera in se, sed tanto fortius, & sine aliqua difficultate procederet, si Prælatus laboraret in extremis, tempore quo fuit facta solutio. Hieronymus de Laurent. decisio. prædict. num. 7. [Ceuall. commun. contra commun. quæstio. 190. num. 47. cum sequ. Scot. dicto consil. 5. nu. 10. to. secundo, lib. 1.

Sacca

Sacca consil. 7. num. 28. Cagnol. in leg. cum tempus. num. 1. ff. de regul. iur. vbi Dec. n. 1.] Frrett. consil. 225. n. 5. vbi (quod plus est) dicit, † quod si conuentio sit a principio locationis, vel venditionis, quod pensio siue pretium solueretur ante quam fructus nascatur, vel Loherium maturaretur, nihilo minus ita soluens non excusatur, quin non solueretur creditori, ex quo si rector beneficij seu prelatus moreretur † ante fructus reconditos in horreo, vel separatos à solo, illos non facit suos nec eos transmittit ad suos hæredes, nec de illis disponere potest, sed debentur, & reseruantur successori in beneficio. [Seraph. decis. Rot. Rom. 539. n. 5. & decis. 683. in fine Io. Aloijs. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 657. Calder. cõs. 329. n. 2. vers. tertius casus.] Alberic. de Rosat. in l. diuortio, n. 13. & 14. ff. sol. matr. cũ alijs allegatis per Ferret. d. n. 13. vbi testatur de commun. * opin. & dicit idem procedere, si beneficiũ resignaretur, vel renũciaretur. Brun. à Sollij cõpend. resol. propos. iuris in verbo, fructus beneficij. Alba. consil. 542. n. 11. lib. 3. Anto. Tessaur. decis. 143. per tot. Borell. cons. 41. n. 44. Fusc. in sing. litt. C. n. 104. Bellon. consi. 3. n. 3. & 9. vbi dicit, quod valet consuetudo in cõtrarium, [quod secus est quãdo fructus sunt recollecti, & à solo separati non sunt amplius ecclesiastici, sed temporales. Abb. in cap. vltimo de rer. permutat. Isern. in c. 1. §. si vero violator nu. 12. de pace tenend. Curt. iun. de feud. in 2. memb. 3. p. n. 47. Paris. cons. 55. n. 61. lib. 3. Couarr. variar. resolut. lib. 1. c. 15. n. 12. Iac. Gallus cons. 3. n. 25.] & id quod † diximus in prælato, procedit etiam in vsufructuario, quia si ei soluatur anticipatè per debitorem, & postea vsusfructus redeat ad ꝓprietariũ, talis solutio eũ nõ liberat, nisi ꝓ rata temporis, quæ cõpetit ipsi vsufructuario, l. defuncta, ff. de vsuf. Frideric. de Senis cons. 120. col. 2. Cuman. cons. 170. vol. 2. in fi. Bossius in d. tit. Debitores an delinquen. soluere, &c. nu. 7. Boerius cons. 23. Ant. Tessaur. dec. 56. per tot. Ludouic. dec. Perus. 79. Caroc. in tract. de locato & conducto, titulo, de vsufructu, q. 23. n. 3. & seq. & quest. seq. Viuius dec. 8. & dec. 85. per tot. Surd. in tract. de alim. tit. 1. q. 33. n. 25. Mandell. cõsil. 639. Anch. in quæst. famil. lib. 1. q. 13. nu. 11. vbi loquunt, & quando & quomodo diuidatur fructus inter hæredes vsufructuarij, & ꝓprietarij, [sic etiã soluendo procuratori, vel administratori ante tẽpus q. 790. n. 54. Escobar de ratiocin. administ. c. 23. n. 50. cũ seq. Sacc. cons. 7. n. 28. Scotus cons. 5. n. 10. tom. 2. f. 63. dec. Auenion. 17. nũ. 4. & in vsufructuario debet fieri diuisio pro rata, Gratian. discept. c. 471. n. 1. Peregr. de fideicom. art. 49. nu. 91. tutamẽ pauper. Apicell. tit. 2. n. 44. idem Peregri. dec. 40. n. 2. Camill. de Laratha cons. 73. n. 6.] sed in feudalibus est cõtrarium dispositum, hoc est, quod si feudatarius morit ante Kalendas Martij, fructus reuertũtur ad dominum vnà cum feudo, si verò post kalẽdas Martij, omnes lucrabitur hæres feudatarij defuncti, vt habetur in tit. hic finitur Lex, & ibi omnes Scribentes, in vsibus feudorum. [Tiraq. de retract. lign. §. 15. gl. 1. n. 30.] & de retract. conuentio. §. 5. gl. 4. n. 10. Cumia de feud. in verb. antiquis, nu. 347. Schrader de feud. in 2. p. 9. parte princ. sect. 3. n. 75. cũ seq.

Quæro † vigesimo primò, an debitor Ecclesiæ soluens Rectori ipsius Ecclesiæ, sit liberatus, si rector non cõuerteret pecuniã in vtilitatem Ecclesiæ? & respõdeo quod sic. Ab. & Imola, in c. grauis, de deposito, Dec. cõs. 36. col. 2. Rodoan. in tract. de rebus eccles. non alien. q. 51. c. 11. n. 14. [Federic. Pruchman. cons. 3. n. 127.] † sed Ecclesia potest petere restitutionem in integrum aduersus talem solutionem, per tex. in l. 1. C. si tut. vel curat. & in l. 1. C. si aduer. vendit. Rodoan. in eod. tract. q. 21. n. 214. & ideo si debitor vult esse tutus, dẽt soluere de mandato ordinarij, vel alterius superioris. dixit Rodoan. loco præcit. n. 213. arguendo à tex. in l. ait prætor, §. 1. de minoribus, & in l. Sancimus, & in l. pen. C. de administr. tutorum.

Quæro vigesimo secundò, † & hęc quæstio parũ distat à precedẽti, an debitor pupilli soluẽs tutori, vel curatori ipsius pupilli, liberet? & respõdeo quod sic, ita dixit textus in l. qđ si forte, §. quod ergo, vers. curatori quoque, vbi Bar. nu. 2. ff. de solutio. l. 1. C. si aduersus venditionẽ. idẽ Bar. in l. ait prætor. n. 2. ff. de minorib. Soc. iun. cons. 81. n. 1. lib. 2. Vinc. de Frãc. dec. 206. n. 13. [Io. Pau. Mõtan. de tutel. cap. 32. regul. 9. num. 111.] Sed † aduersus dictam solutionem restituitur in integrum, si est læsus, nisi solueret cum decreto iudicis,

dicis, (prout dixi in soluente Rectori Ecclesiæ) & istud decretum dēt interponi contradicente debitorē, secundū Paul. de Cast. Iac. Bart. & Bald. in locis allegatis per eundem Franc. Soc. Reg. 163. Ant. Gomes. in tract. de restit. minor. c. 14. n. 4. Tiraq. in tract. de retractu lignagier. §. 1. gl. 13. n. 22. & seq. Surd. dec. 229. n. 7. [Fab. de Ann. cons. 49. nu. 7. 18. & 34.] & isto † casu non sufficit sola confessio tutoris ad liberadum soluentem, sed requiritur realis solutio. Natta cons. 543. n. 19. 20. & 25. lib. 3. Surd. dec. præd. n. 33. & 34. Laderch. cons. 128. n. 4. [Alex. cons. 37. n. 2. & cons. 90. n. 3. lib. 3. & cons. 97. n. 3. lib. 7.]

113

114 Quæro vigesimotertiò, an † opponens exceptionem solutionis, videat fateri debitum petitum? circa quam quæstionem vide Angel. in l. decem, col. pen. ff. de verborum obl. Magon. in Rota Florent. dec. 44. nu. 7. & dec. 81. nu. 1. Fuluius Patian. in tract. cui incumbit onus probandi negat. p. 1. c. 68. per totum. Io. de Amic. cons. 49. n. 3. & seq. & glo. in c. 1. de iudic. in 6. Alex. in l. decem, ff. de verborum oblig. gl. in l. Iulianus, in glo. magna, ff. de condic. indeb. vbi Bal. idem Bald. in l. alia C. de his quibus vt indig. & in l. age, C. de trāsact. [Natt. cōs. 134. Mād. Alb. cōs. 222. n. 4. & cons. 393. n. 7.] Roma. in l. cum mulier, ff. soluto matr. Imola, & alij, in l. Gallus, §. forsitan, ff. de liber. & posthum. Felinus in c. cū venerabilis, nu. 12. vbi etiam Decius, de except. Carocius in repet. c. cum quid, p. 2. §. ad sextum, num. 2. cart. mihi 150. de reg. iur. in sexto, Crau. cons. 774. num. 5. lib. 5. vbi tenent, quod non; sicut etiam † opponens exceptionem compensationis, vel permutationis, non videtur debitum confiteri. Ioan. de Amicis cons. præd. nu. 7. vbi etiam nu. 8. dicit, † quod ille qui affirmat se fuisse absolutum, non fatetur prius fuisse excommunicatum. ad quæ omnia vide Bar. n. 5. & Alex. in l. decem, ff. de verb. oblig. n. 30. & seq. Patian. in d. tract. lib. 1. c. 22. n. 19.

115

116

117 Quæro vigesimoquartò, quid † si solutio esset facta tempore incongruo, vel non seruata ea promissione qua fuit promissum, an liberet soluentem, ita vt posset opponere creditori agenti de tali solutione? & dico quod non, quia creditor vel eius hæres, possunt petere iterum debitum, l. 11. & l. is cui, §. 1. ff. de action. & oblig. l. qui hominem, §. si decem, l. si quis alia, §. fi. l. solutum, l. qui sic, & l. solidū ff. de solut. l. 4. l. obsignatione, l. in iicto, C. de solut. Rausner. cons. 3. n. 21. li. 2. [Bursat. cōs. 112. n. 10. & 11. Gratian. discept. c. 397. n. 9.] Cæfalus cons. 586. nu. 4. lib. 4. & de tempore incongruo posset exemplificari † in restitutione dotis factæ vxori constante matrimonio, dummodo vir non vergat ad inopiam, quia talis restitutio non liberat restituentem. Bart. in l. si constante, num. 101. & sequ. ff. sol. matr. Salicetus in l. vnica, C. si dos cōstante matrim. Natta cōs. 552. n. 7. lib. 3. Paris. cons. 119. nu. 9. & 11. lib. 1. Surd. in tractat. de aliment. tit. 8. priuil. 34. n. 1. qui duo vltimi alios allegant. Afflict. in suis cōclus. in verbo, dos, lib. 1. Amatus decis. 43. per totam, de loco posset exemplum dari, si quis solueret in mari tempore quo debitor, & creditor essent à piratis insequuti, vel in terra in loco vbi latrones grassantur, & post solutionem esset sequuta captura. [Milan. dec. 7. nu. 63. lib. 3. Roland. à Vall. cons. 9. nu. 3. lib. 1. Pancirol. cons. 133. n. 10. Soc. iun. cons. 141. n. 17. lib. 1. Borgnin. dec. 21. n. 8. lib. 4. Porti. cons. 197. n. 6. Guid. Pap. cons. 47. n. 7. Giurb. dec. 16. n. 2. & 6. Muta dec. 47. n. 12. cū seq. Surd. de alimen. priuil. 34. n. 1. & 3. Molfes. in consuet. Neap. p. 6. q. 6. n. 3. cum seq. Natt. cons. 81. n. 3. Alb. Mandell. cons. 80. n. 3. Gratia. discept. c. 405. n. 19. Pancir. cons. 174. n. 5. Sim. de Præt. cōs. 147. n. 3. Rim. iun. cōs. 778. n. 3.]

118

119 Quæro vigesimoquintò † an debitor defuncti soluens vni ex pluribus hæredibus, sit liberatus? & dico quod non, nisi pro rata cōpetenti ipsi hæredi, l. si stipulatus mihi, §. 1. ff. de solut. Bart. Caroc. in tract. de deposito, p. 1. tit. si vni ex hæredibus, n. 1. vbi etiā ponit, quid sit agendum quando esset debitor rei indiuiduæ. Sed quid si soluatur maiori parti hæredum? & dico, quod isto † casu debitor liberatur, si recipientes solutionem caueant de indemnitate soluentis quoad absentes, l. si plures, vbi hoc no. DD. ff. depos. Caroc. vbi supra, num. 2. [quia ratio videtur esse, quia contractus existens in pecunia dicit diuiduus, & quilibet hæres habet suam ratā, & pro ea repræsentat personā defuncti, Gratia. discept. c. 16. n. 7. 8. & 9.]

120

121 Quæro vigesimosextò, † quid si statutum dicta-

dictaret quod aduersus publicum instrumentum non possit opponi alia exceptio nisi solutionis, an tunc possit opponi exceptio confessionis ipsius solutionis? & dico quod sic. Bal. in l.si non sortem, §. indebitum, col. 2. vers. quid de exceptione factæ solutionis, ff. de condict. indeb. Mazzol. cons. 16. n. 64.

122 Quæro vigesimoseptimo, an † debitor monachi vel alterius Religiosi, soluẽdo ipsi monacho, sine cõsensu sui Abbatis, sit liberatus, ita, vt non possit amplius molestari ab ipso Abbate? [Surd. cons. 43. nu. 2. Afflict. decis. 147. n. 2.] circa quam quæstionẽ respondeo, quod si debitum fuit contractum nullo interueniente consensu Abbatis, tunc ei rectè soluitur, & soluẽs liberatur, [quod in simili dicitur quod soluens ei cum quo cõtrahitur dicitur liberatus quia est legitime facta solutio Surd. d. cons. 43. n. 2. Becc. cons. 19. n. 5. & qd in conductore sciẽte rem esse alienam soluẽs dicto locatori liberatur, ita quod non possit molestari à verõ domino Hieron. de Lauren. decis. Auenion. 51. n. 5. Caroc. de locat. tit. de præcario q. 2. nu. 1. Io. Baptist. Costa in tract. de facti scient. & ignor. cent. 1. distinct. 4. n. 6. Fab. de Ann. cons. 49. nu. 32. Tusch. in litt. C. concl. 618. n. 1. & in lit. S. cõcl. 336. n. 8. Surd. decis. 60. n. 8. & decis. 229. n. 10. & 11. Io. Andr. Georg. Allegat. 38. n. 13. Aret. cons. 63. nu. 6. Polidor. Rip. obseru. 199. n. 1. Gratian. discept. c. 20. n. 34.] secus, si debitum fuit cõtractũ cum cõsensu Abbatis Bart. in l. si vnus, in 1. responso, ff. de pact. & in l. filius, C. eod. ti. vbi etiã Bald. & Salic. Aufrer. in addit. ad Cappe. Tolos. decis. 122. nu. 2. sed hæc distinctio est sublata per dispositionẽ Consilij Tridẽtini, Sess. 25. de regular. c. 2. dum in eo disponitur, quod quæsita per regulares statim conuentui incorporẽtur; & sic ipso iure tollit dominiũ ipsius acquirentis, & per consequẽs solutio dicitur facta non domino, ideo non liberat soluentẽ, & si vis scire quando, & quibus casibus

123 † Monachus, & ceteri Regulares possint alienare bona per eos quæsita, videas omninò, Borell. cons. 67. per tot. Ferrett. cõs. 150. nu. 4. lib. 1. Rebuff. cons. 14. nu. 5. & cons. 168. nu. 4. Bero. cons. 53. n. 36. lib. 3. Bim. cõs. 50. nu. 18. lib. 1. Honded. cons. 94. lib. 1. & cõs. 60. nu. 27. & per totum, & cons. 76. nu. 12. lib. 2. Soc. sen. cons. 54. libr. 4. [cap. exegit de censib. in 6. Ferrett. cons. 150. n. 4. Rebuffus. cons. 14. n. 5. & cons. 168. nu. 4. Magon. decis. Florent. 141. n. 4. cum sequ.]

Et vt finem imponam huic exceptioni, dico, quod

124 † solutum dicitur creditori quocũque mòdo sit ei satisfactum, l. 4. §. ait Prætor, & §. soluisse, ff. de re iudi. l. si rem, §. omnes, & l. solutum, §. solutum, ff. de pignorat. action. Paul. de Castr. in l. qui vsumfructum, nu. 3. ff. de verbor. oblig. Dec. cons. 107. Ias. in l. singularia. n. 35. ff. si cert. petat. Tho. Docc. cons. 186. n. 3. Pancirol. cons. 8. n. 9. Marcian. cons. 37. n. 22. Bertazz. in tract. clausul. clausul. 34. gl. 5. n. 4. [Fabius Turrett. cons. 36. n. 7. Surd. cons. 441. n. 6.] & ratio est in promptu, quia

125 satisfacere, & soluere, à pari procedũt, l. satisfactis, ff. de sol. l. quod si nolit. §. illud, ff. de edilit. edic. l. solutio, ff. de verborum obligat. Calcan. cons. 35. nu. 4. & 5. Asin. in tractat. de exequut. §. 4. c. 51. n. 8. [an solutio facta metu excõmunicationis sine protestatione aliqua in actu solutionis an constituit recipientem in quasi possessione Seraph. decis. Rot. Rom. 1047. n. 11. & 1017. nu. 6.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio intentionis, & facti non censetur exclusa à statuto excludẽte omnes exceptiones.*
2 *Exceptio intẽtionis, & facti nõ censetur exclusa per pactũ de non opponẽdo, nec etiã per Pragmaticam super Bulla.*
3 *Exceptio intentionis, & facti dicitur potius defensio, quam exceptio.*
4 *Exceptio intentionis, & facti tollit ciuilem, & naturalem obligationem.*
5 *Exceptio intentionis, & facti non comprehenditur in statuto excludente defensionem.*
6 *Exceptio intentionis, & facti est potius allegatio, & negatio quam defensio, & exceptio.*
7 *Exceptio intentionis, & facti potest opponi etiã post terminum datum ad opponendum.*
8 *Iudex parte non opponente tenetur supplere exceptionem intentionis, & facti.*
9 *Opponens exceptionem intentionis, & facti, nõ tenetur aliquid probare ex parte sua.*
10 *Exceptio intentionis, & facti qua dicatur.*
11 *Exceptio præscriptionis longissimi temporis, nõ censetur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones.*
12 *Exceptio intentionis, & facti, est peremptoria.*

EX-

EXCEPTIO VIGESIMASEXTA.

Intentionis & facti.

1 Vigesimasexta † exceptio, quæ non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones, est exceptio intentionis, & facti. Dec. in c. ex parte, il secondo, n. 85. de offic. deleg. Bal. in l. peremptorias, n. 27. & 38. C. senten. rescindi non posse, & in l. Sancimus, C. de donat. & in l. In rebus, in fine, C. de iure dotium Alex. in l. qui se debere, nu. 1. ff. de cond. causa data, vbi Ias. nu. 6. Afin. in practica §. 31. c. 47. Menoch. in tract. de præsump. lib. 2. præsump. 48. nu. 37. Fel. in Rub. de except. nu. 7. Couarr. in c. possessor, in prima parte, relect. n. 4. in fi. de regul. iur. in 6. Alexand. in addit. ad Bart. in l. 1. §. & parui, n. 7. lit. A, vers. adde quod, ff. quod vi aut clam. [Marc. Ant. Bellon. dec. 14. n. 55.] Surd. cons. 186. n. 26. lib. 2. Raudens. cons. 29. n. 67. lib. 1. Carpan. sup stat. Mediol. lib. 1. c. 42. n. 197. Cumia super Ritu istius Regni, c. 16. n. 39. Bero. in c. item cum quis, nu. 19. & 20. de rest. spoliat. Guid. Papa in tract. de compulsor. litter. q. 9. Rim. iun. cons. 41. n. 4. lib. 1. Purpur. in l. 2. §. creditum, nu. 19. & 20. ff. si certum pet. Milanens. dec. 3. n. 27. & dec. 2. n. 169. & 170. & dec. 8. num. 45. lib. 2. vbi dicit, quod ista † exceptio

2 non censetur reiecta etiam per pactū de non opponendo, & quod admittit contra exequutionem instrumenti iuxta formam Bullæ, & ad hoc allegat Septimum & Petro de Gregorio, super eadem Bulla, quod ibidem tenuit etiam Prouinzalis, super verbo receptio, Cumia super d. Ritu 40. nu. 231. Lellus in quadam allegatione quam habeo manuscriptam; [Ferdin. Bongiorn. super bulla, nu. 37. & ibi Raimund. Ramundett. nu. 13. & Franc. Prouinzal. n. 39.] & ratio esse potest:

3 quia hæc † exceptio intentionis & facti, non est propriè exceptio, sed potius defēsio, ideo non comprehenditur in statuto loquente de exceptione. Paul. de Cast. in l. 2. ff. de except. Bal. in d. l. peremptorias, col. pen. C. sentent. rescind. non poss. Pet. Calefat. in repet. l. iurisgentium, n. 66. ff. de pact. Cumia d. c. 16. n.

4 140. & rationis ratio est; quia per † hanc exceptionem tollitur ciuilis & naturalis obligatio. Bart. in l. Iulianus verum, nu. 13. ff. de condict. indebiti. Mascatel. in pract. p. 4. gl. 1. nu. 13. Matthesil. Sing. 9. Addit. ad eundem Matthesil. sing. 7. n. 3. Affl. in constit. Regni, § exceptione falsitationis, n. 13. vbi dicit, quod hæc exceptio excludit intentionem seu actionem intentatam per actorem. [Bertazol. in tract. de exception. claus. 29. gl. 6. in. 1.] Et licet (vt dixi) hæc sit potius defensio quàm

5 exceptio, † nihilominus nec comprehenditur in statuto denegante defensionem. Alex. in l. qui se debere, & ibidem Ias. n. 6. ff. de condict. causa data. Beneuend. dec. 67. in fi. Menoch. d. præsumpt. 48. n. 37. Bertachin. in repert. in verbo defensio, n. 15. Cumia super d. c. 40. Ritus, n. 231. vbi allegat Prouenzal. & dicit ad hoc esse videndum Alex. & DD. in l. cum seruum, C. de seruis fugit. Mauri. Burg. in tract. de Laud. p. 23. inspect. 40. nu. 16. im-

6 mò † impropriè vocatur exceptio, vel defensio, cū in rei veritate sit potius allegatio, seu negatio. Bal. in d. l. peremptorias, nu. 27. Milanens. d. dec. 2. n. 156. Maur. Burg. d. inspect. 40. nu. 117. Fulu. Patian. in tract. Cui incumbat onus prob. negat. p. 1. c. 6. n. 70. & 73. vbi

7 dicit, quod † si fuerit datus terminus alicui à iudice ad opponendum omnes exceptiones, ille potest post terminum opponere hāc exceptionem intētionis & facti, & allegat Bal. in l. in rebus, nu. 26. C. de iure dotium, Ias. in d. l. qui se debere, ff. de condict. causa data, [Bal. cons. 15. n. 2. in fin. vers. præterea exceptio, lib. 1. Tusch. in lit. I, concl. 27. nu. 6.] Fel. in Rubr. de except. nu. 7. ex quo infero quod licet per c. 11. à Ritus istius Regni, debitori conuento sit datus terminus quindenæ ad opponendum, nihilominus hanc exceptionem ipse debitor potest opponere, et post quindenam. Et hanc exceptio iure in-

8 tentionis & facti, est vna ex illis quas iudices etiam parte non opponente tenentur supplere, glos. in c. 1. in verbo, defensionis, de litis contestat. in 6. Specul. in tit. de exceptio. §. 1 n. 4. Ias. in d. l. qui se debere, n. 6. ff. de condic. causa data, Bal. in l. si constat. n. 3. C. de compensatio. Io. Drezeler in suo, Bal. nihil ignorasse, seu melius, in sua glossa ad disput. Bal. §. 5. n. 131. Fulu. Patian. d. n. 70. Surd. d. cons. 186. n. 26. lib. 2. [Milan. dec. 15. n. 19. lib. 2. & dec. 2. n. 154. eod. lib. Menoc. de arbit. q. 16 n. 4. Petr. de Gregor. super Bulla q. 8. n. 16.]

Alex.

Alex.consf.83.n.10.lib.5. Cumia super Ritu istius Regni,c.42.n. 39. † & opponens hanc exceptionem, non tenetur aliquid probare ex parte sua,Bar.in l.matrem in 2. Lectura,n. 3.& ibi etiam Paul.de Cast. C. de probatio. Bal.in l.secunda,C.de petit.hęred.Alba cōs. 45.n.2.& 3.lib.3. [Mut.decis.96.n.5.] & si vis scire † quæ dicatur exceptio intentionis, & facti,vide dicta per Affl. super constit.Regni,lib.2.rubr.22.de non retard. lit. cōtesta. n.3.Petr.Ricciard.in repet.§.1.n.260. Instit. de obligat.Syrd.d.cons.186.nu.26.Calefat. in d.repet.l.iurisgētium,n. 67. ff.de pact.Milanens.d.decis.2.n.115.& decis.9.n.83. & decis.15.nu.19.lib.2.Soc.iun.cons.45.n.17.lib. 1.Muscat. in pract. p.4.in gl.in verb.perēpt. n.14.vbi dicit,quod exceptio intentionis,& facti, est, quando reus dicit quod actor sine actione agit vel quod ei nō competit ius, vel quod sibi nō interest. [an talis exceptio tua non interest vel tibi nō competit ius debeat proponi]ante litem cōtestatam, & quod possit proponi post litem contestatam dixerunt Io.Baptist.Ferrett.cons.60.nu.5.lib. 1. Dec. cons.302.& protenui facultate n.4. vers.non obstat Grat.cōs.9.n.34.lib.1. Nicol.Caluol. in prax.§.exceptio contra libellum nu.36. & concl.4.n.7.Ant.de Ballis in suo tract. lib. 4. q.4.n.54.Fontanell.de pact.nuptial.claus.4. gl.15.n.57.& 60.Aldouin.cons.40.nu.17. & talis exceptio impedit litis ingressum Aldouin.cons.19.n.38.& cons.33.n.8.Iul. Cæsar. Gallup.in prax.p.1.c.6.n.3.& p.2. c.8. n. 41. vbi ponit qualiter in praxi sit obseruandum & talis exceptio est similis exceptioni tua nō interest vt dicit idem Gallup.d.c.8.n.44.Flamin.de Rubeis cons.4.nu.73. Bolognet.cōs. 12.n.22.Burg.de laudemi.inspect.40.nu.46. p.3.Intrigl.decis.17.n. 1.Pruchman.cons.8. n.181.Petr.de Gregor.super bulla q.9.n.18. Tusch.lit.V.concl.345.n.4. quæ exceptio carentiæ actionis non est reiecta à statuto prædicto sicut exceptio quę perimit actionem,& est ratio quia nemo in iuditio potest agere sine actione l.si pupillo §.videamus ff.de negot.gest.vbi dott.maxime Bart.& Bald.Crauett.cōs.191.Decian.cōs.2.n.47.lib.1.Aldouin.cōs.18.n.23.Merlin.dec.24.nu.1.quę exceptio potest,& debet opponi semper,& ante,& post litem contestatam Tiraq.in l.si vnquam in glos.reuertatur n.345.413.& 462. C.de reuoc.dona.Aldouin.cōs.75.n.39.imo iudex ex officio potest, & debet repellere talem agentem sine actione Ripa in l.4. §.condemnatum n.43.ff.de damn.infect. Blanc.in tract.de compromis.q.4.nu.100.Peregr.cōs. 101.n.29.lib.3.] Bursat.cons.291.n.16.lib. 3.Patian. in tract. cui incumb.onus probandi negat.lib.1.c.68.n.62.& alio modo ista exceptio vocatur exceptio carentiæ actionis. Muscatell.in d.Practica p.3.in glos.in verbo actionis,n.1.Io.Drezeler in suo, Baldum nihil ignorasse,seu in glos.ad disputat.Baldi,§. 5.n.130.& † exceptio pręscriptionis longissimi temporis dicitur intentionis, & facti.Rimin.sen.cons.430.n.8.lib.3.ideo non censetur exclusa à prædicto Statuto excludente omnes exceptiones.Rebuff.in tract.de litter. oblig.artic.1.gl.9.n.26. Carpan. super Stat. Mediol.lib.1.c.42.n.175. [Peregr.cons.28. num. 12.]

Vltimo loco non omittam dicere, † quod hæc exceptio est peremptoria Bart. in l. 2.in princip.ff.de exception.Abbas Panormit.in Rubr.de except.n.1.vbi Alex.de Neuo, n.3. Fulu.Patian.d.c.68.nu.62.Pet. Ricciard.in repet.præd.n.260.& 397.Muscatel.in pract. p.4.in gl.in verbo peremptorias,n.13. & 14. [& talis exceptio impedit litis ingressum, Alex. cons.62.n.11.& 15.lib.7. Tusch.in lit. E. concl.395. n. 4. & 7.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio Senatusconsulti Macedoniani,& Velleiani non censetur exclusa à statuto reijciēte omnes exceptiones,& nu.4.*

2 *Exceptio senatuscōsulti Macedoniani, vel Velleiani,dicitur potius defensio,quam exceptio & num. 3.*

4 *Exceptio Senatusconsulti Macedoniani quid operetur.*

5 *Filiusfamilias iuuatur Macedoniano etiam si de mutuo fuisset celebratum instrumentum.*

6 *Filiusfamilias quibus casibus non iuuetur Macedoniano, & pecuniam sibi mutuatam, restituere teneatur,& nu.7. vsque ad nu. 16. inclusiuè.*

17 *Exceptio Senatusconsulti Macedoniani non solum competit ipsi filiofamilias mutuatario,* ve-

verum etiam suis fideiussoribus.

18 *Hæres filijfamilias mutuatarij, an possit opponere exceptionem Macedoniani.*

19 *Senatusconsultum Macedonianum an habeat locum, quando mutuatur Nepoti viuo Auo.*

20 *Senatusconsultum Macedonianum an habeat locum, quando mutuatarius tēpore celebrati instrumenti mutui, erat filiusfamilias, & tempore numerationis non, & quidē contra.*

21 *Filiusfamilias dum recipit mutuum, an possit renunciare exceptioni Senatusconsulti Macedoniani.*

22 *Exceptio Senatusconsulti Velleiani quid sit.*

23 *Mulier fideiubens, an possit renunciare exceptioni Velleiani, & quid si in renunciatione adesset iuramentum, & n.24.27.32. & 33.*

25 *Mulier fideiubens pro viro, non potest renunciare Senatuscōsulto Velleiano, & quid cum iuramento, nu. 26.*

28 *Renunciatio Velleiani, ad hoc vt valeat, requiritur, vt mulier sit certiorata de vi, & potentia beneficij sibi Legum concessione tributi cui renunciat.*

29 *Notario asserenti se certiorasse mulierem, an credatur, & nu.31. & 34.*

30 *Notario non creditur de gestis ab eo, sed de gestis coram eo.*

35 *Certioratio si in instrumento non est posita per extensum, sed abbreuiata, an tunc mulier censeatur verè certiorata, & vide n. 36.*

37 *Certioratio quibus casibus non requiratur ad validitatem renunciationis, & n 38. & 39.*

40 *Iuramentum facit præsumi certiorationem interuenisse, quod amplia, vt n. 41.*

42 *Mulier fideiubens quibus casibus possit se obligare.*

43 *Beneficium Velleiani, an habeat locum in fideiussione tantū, an verò in ceteris cōtractibus.*

44 *Hæredes mulieris fideiubentis, & se obligantis, an possint opponere, hanc exceptionem.*

45 *Mulier fideiubens tenetur in foro conscientiæ soluere id ad quod se obligauit.*

EXCEPTIO VIGESIMASEPTIMA.
Senatusconsultus Macedoniani, & Velleiani.

1 Vigesimaseptima exceptio † quæ nō censetur reiecta à Statuto reijciēte omnes exceptiones, est exceptio Senatusconsulti Velleiani, & Macedoniani. Anton. de Canar. in tracta. de exequut. instrum. q. 18. & 19. Decius in c. ex parte, il secondo, n. 86. de offic. deleg. Afin. in pract. §. 31. c. 48. per tot. Menoch. in tractat. de præsumpt. lib. 2. præsump. 48. n. 38. Suar. in repet. l. post rem iudicatam, in declarat. l. Regni, in §. seu vers. sed pro euidentia, n. 49. carta mihi 563. Carpan. super Statutis Mediol. lib. 1. c. 42. nu. 148. [Nicol. Caluol. in prax. §. exceptiones concl. 3. nu. 20.] & ratio

2 huius conclusionis esse potest, quia † cum ex talibus instrumentis non nascatur actio neque ciuilis neque naturalis, id quod opponitur, non dicitur exceptio, sed defensio, l. qui exceptionem, ff. de condict. indebiti, l. si mulier contra, §. fin. ff. ad Velleian. Petr. Calefa. in repet. l. iurisgentium, n. 67. ff. de pactis vbi dicit, quod exceptio Velleiani, & Macedoniani Senatusconsulti, non dicitur † excep-

3 tio, sed defensio. Stephan. Forcatel. dialogo. 104. num. 7.

4 Et loquendo prius † de exceptione Macedoniani, dico, quod ipsa operatur, vt mutuās filiofamilias, nō possit pecuniam mutuatam repetere, nisi certis casibus, de quibus habetur in l. prima, & sequen. ff. ad Senatuscōsultū Macedonianum, & in l. 2. & 3. C. eodē tit. & loquitur Bald. in l. Zenodor. C. eodem titul. [Paschal. de vir. patr. potest. c. 6. nu. 124. p. 1. & si pater soluit debitum factum à filio sine eius voluntate, & mandato tunc non habet locum benefic. Macedon. & est ratio quia tacite videtur ratificare cōtractum à filio factū l. itē si filius familias fideiusserit vers. hoc amplius cessabit vbi gloss. in verb. quasi ratū ff. ad Macedon. Gratia. discept. 667. n. 11. Moz. de cōtractib. in tract. de mutuo n. 14. fol. 23.]

5 † Quod procedit etiam, si de tali mutuo esset celebratum publicum instrumentum, contra quod vigore Statuti nō possit opponi aliqua exceptio, nihilo minus tali statuto non obstante, posset opponi hæc exceptio Senatusconsulti Macedoniani, cum ex tali instrumēto nulla nascatur actio, vel obligatio, & habetur in ead. l. 1. ff. ad Senatusconf. Maced. Oddo in tract. de restitut. in integrum q. 17. num. 103.

Et licet regulariter filiusfamilias nō teneatur restituere pecuniam sibi mutuatam, attamen hæc regula habet multas limitationes, qua-

quarum vtiliores hic referam. [& hoc beneficium competit solum quando mutuum fit in pecunia secus si fit in alijs rebus simpliciter sine pacto quod vendantur, & pretium sit datum in mutuum, ita dicit Mozz. in tractat.de contractib.titu.de mutuo n.21. nec quando fideiubet pro alio, vt ibi Mozz. num. 23. & quid si filiusfamilias accepit mutuum propter periculum, vel propter necessitatē nō gaudet tali beneficio, vt dicit Moz. loco sup.allegato n 27.]

Et primò † limitatur in foropoli, in quo tenetur filiusfamilias restituere illud quod fuit sibi mutuatum, Innoc.in c.quia pierique, in fine, vbi etiam Panorm.nu.26.de immun.eccles.quos sequitur Ias.in §. actionum autem, nu.35. Instit.de action.& in l. arrogatti, §.filius familias, in princ.ff.si certum pet.Bart.in l.cum quis, ff.de iur. & facti ignor. Iod.Damhouder.in patrocin.pupil.tit.de tut.& curatore, c.9. nu.126. Alc.in c.nouit, de iudic. Couar.in c.quamuis, in 2.p.§.3.nu.4.de pact. in 6. Facchi.in lib.2. controuers. c.61. in vltim. verbo.

7 Secundò † limitatur, quādo filius esset institor patris, & de eius voluntate negotiaretur, l.sed & Iulianus §.interdū, ff.ad Maced. Roffred.Beneuent.in tract.de ordine iudiciar.p. 7. Rubr.de Senatusc.Maced.n.2. [Tusc.lit. F, concl.362. n.51.]

8 Tertiò limitatur † quando fuisset mutuatum filiofamilias existenti in studio, vel fungente Legatione aliqua, quia tunc tenetur pecuniā mutuatam mutuanti restituere, non obstante isto Senatusc. Bald.in l.Macedoniani, per illum text. ff. ad Macedon. Matth. Colera, in tractat. de process. exequut. par.1. capit.10. num.22. [Crot.cons.135.num.2.Mozz.d. tit.num.26.]

9 Quartò limitatur, † quando filiusfamilias mutuum contrahit cum iussu, vel voluntate, vel ratihabitione tacita, vel expressa sui patris, cum hoc beneficium sit introductum, ne filijfamilias mutuum recipiant sine parentū iussu, l.2. l.si permittente, l.Macedoniani, in fi.& l.fi.C.ad Macedon. Pet.Frider. in tract. de mandat.sine claus.c.62. n.3. Roffr. Beneuēt.in trac.de ordine iudi.p.7.Rub.de Senatusc. Maced.num.5. [Boer.decis.221.num. 14. Mozz. d. titu. num. 24. & potest ad pias causas testare, Angel.in §. non tamen nu.10. instit. quibus non est permiss.

10 Quintò limitatur, quando † filiusfamilias pecuniam sibi mutuatam vertit in vtilitatem patris, l. sed etsi filius familias, ff. ad Macedon.l.2. C.eod.tit. Roffred.Beneuent.in tract.de ord. iudic.p.7. Rubr. de Senatusconf. Macedon. nu. 5. vt quia eam solueret paternis creditoribus, l.sed & Iulianus, §. si filius, ff.ad Macedon. Roffred.d.n.5. vel expenderet pro dotanda sorore, d.§.sed & si filius, l. & ideo, §.fi.ff.de in rē verso. Roffr. Rub.præd.n. 2. vel in alio negotio in quo pater tenetur supplere, l.3.§.proinde, ff. ad Macedon.dicta l. quod dicetur, ff.ad Macedon. l.quatenus, §. fin. ff.de in rem verso, l. Macedoniani, C.ad Macedon. Roffr. Rubr. præd.nu.2.& 5. Petr. Frider. eodem cap.62.num.4. vel alijs similibus casibus. [idē Moz.de contractib.tit.de mutuo, nu.25.] Sed in omnibus supradictis & similibus casibus intelligas, vt teneatur filiusfamilias restituere, vsque ad illam summā quam pater solebat vel debebat ministrare, & expendere, & non vltra. Roffr. Rubr. præd. n.2.3. & 4. vbi ponit etiam quid si pater nihil expenderet, & quid si esset pauper, & qd si filius familias malè expendisset.

11 Sextò limitatur, † quando mutuatur pecunia filiofamilias existenti in castris, l.final.§. fin. C. ad Macedonianum.

12 Septimò limitatur, † quādo filius familias factus paterfamilias debitum agnouerit, tam ex solutione partis ipsius debiti, quam etiam ex noua promissione, l.secunda, C.ad Macedon. l.sed Iulianus, §.fin. & l. sed si pater, in princ.ff.ad Macedon. Roffredus Rubr. præd. num. 2. in fine, & num. sexto, [quid si filiusfamilias nulliter à principio contraxit contra dispositionem Senatusconsultus Macedoniani, & se obligauit non per hoc priuatur extractu temporis dicta exceptione Iul. Cæsar Imbrian. de primo, & secundo benefic. considerat. tertia, nume.80. & quid si filiusfamilias suscepit soluere debitum patris an postea possit se iuuari beneficio Macedonian. quòd non tenet Philipp. Paschal. de vir. patriæ potestat. cap. 6. numero 123. Gratian. disceptat. capit. 108. numero 41. cum sequ.]

13 Octauò limitatur, vt exceptio † Senatuscon-

sulti Macedoniani nō habeat locum, si filiusfamilias publicè pro patrefamilias habebat, & vt talis contraheret, & creditor ignorauerit esse filiumfamilias, & tanto magis, si hoc ipse asseruerit, & persuaserit creditori, vt secum cōtraheret, l. si quis, §. penult. & l. penul. ff. ad Macedon. & l. 1. & l. 2. C. eodem titul. [Hieronym. de Laurenz. decisio. Auenion. 139. nu. quinto,] Roffred. Beneuent. in tract. de ordin. iudi. p. 7. Rubr. de Senatuscons. Macedon. nu. 2. Petr. Frideric. in tract. de mand. sine clausul. c. 62. num. 3. quod tanto facilius procedit, quando filiusfamilias dum contrahit, cum iuramento asserit se esse patrem familias, Ant. de Canar. in tract. de exequ. instru. quæst. 17. & 18. per totas, vbi ad plenum tractat istam quæstionem. [an valeat renuntiatio filijfamilias facta cum iuramento, tradit Mancin. p. 4. de iurament. effect. 181. Alex. 35 var. resolut. tit. de solut. 19. n. 19. lib. 3. Mozz. de contractib. tit. prædicto de mutuo n. 15.] & idem est, si filiusfamilias simpliciter iurasset. Bar. in l. si quis pro eo, n. 10. ff. de fideiuss. Alc. in c. cum contingat, num. 126. de iureiur.

14 sed † si fuisset impetrata absolutio à iuramento, tunc quid sit agendum videas Bart. & Alciat. locis citatis, But. in d. c. cum contingat, vbi etiam Im. ..., nu. 67. Corne. in Auth. sacramenta puberum, n. 31. C. si aduers. vend. Couar. in c. quāuis in 2. p. §. 3. n. 4. de pact. in 6. Facch. lib. 2. controu. c. 61. circa med. vbi in hoc articulo ref... quæ diuersas opiniones

15 Nonò † limitatur, quando filiusfamilias mutuum nō contraheret, sed sine fraude Senatusconsulti huius rem emat, & pretium soluere promittat interposita stipulatione, l. 3. §. his autem solus, ff. ad Macedon. l. si filiusfamilias, C. eod. tit.

16 Decimò, & vltimò limitatur, † vt hæc exceptio non habeat locum ratione bonorum Castrensium, vel quasi, quia super eis tenet soluere pecunias sibi mutuatas, l. 1. in fi. & l. 2. ff. ad Macedon. Frider. d. c. 62. num. 4. Roffred. d. nu. 2. [Mozz. de contractib. titu. de mutuo, n. 20. fol. 23.]

17 Et hæc exceptio † competit non solum ipsi filiofamilias recipienti mutuum, verumetiam & suis fideiussoribus, l. sed etsi pater, §. non solum, vbi Bart. ff. ad Macedon. Frāc. Aret. consl. 130. nu. 6. Ciot. consl. 296. num. 63 lib. 3. Machell. patrocin. 58. num. 4. [Muta super consuet. Panor. c. 51. n. 29.]

18 Item competit † suis hæredibus, l. item, §. quamquam, vbi glos. & Doctores communiter * ff. ad Macedon. Grass. in tract. de succes. lib. 2. tit. de transmiss. quæst. 29. n. 13 [quod tale beneficium competit etiam filiofamilias post mortem patris, Nicol. Caluol. in commun. concl. §. exceptiones contra libellum concl. 1. n. 46.]

19 Quæro modo, an † dispositio siue beneficium Senatusconsulti Macedoniani habeat locum in mutuo dato Nepoti viuo Auo? Et dico, quod sic; & ideo Nepos potest eo se tueri, l. filium, ff. ad Senatuscons. Macedon. vbi glo. l. si filius, C. eod. tit. Io. Pet. Molignat. in tract. de appellat. verbor. num. 426. Roffred. Beneuent. in tractatu de ordin. iudic. Rubr. de Senatuscons. Macedon. n. 6.

20 Quæro secundò, quid † si tempore numerationis quis esset filiusfamilias, & tempore celebrationis instrumenti debitorij reperiretur paterfamilias, vel è contra, tempore celebrati instrumenti esset filius familias, & tempore numerationis esset paterfamilias quod tempus isto casu debeat attendi? Et dico, quod vtroque casu attenditur tempus numerationis, & non celebrati instrumēti, ita vt si numeratio sit facta tempore, quo quis erat filiusfamilias, licet instrumentum sit ab alio tempore celebratum potest debitor conuentus gaudere, & frui isto beneficio, sicut è contra, non potest, si tempore numerationis erat paterfamilias, l. si filius, in fine, cum l. seq. ff. ad Macedon. Roffre. in dicto tractatu de ordi. iudic. par. 7. Rubr. de Senatusconsulto Macedo. num. 1.

21 Et † aduertas, quod huic exceptioni non potest renuntiari per filiumfamilias accipientem mutuum, glos. in l. fin. §. 1. ff. ad Velleian. & in l. tametsi, ff. ad Macedon. quam sequuntur Bartol. num. 4. & Salic. ibi. glos. in l. fi. in verbo, ex præsumptione, C. ad Macedon. vbi Cyn. in quæstio. 57. cum alijs, quos citat Anton. de Padill. in l. non passim, nume. 9. C. de iure & facti ignorant. Couarruu. in repet. cap. quamuis pactum, in secunda par. §. 3. num. quarto, de pact. in 6. Mozz. in tractat. de contract. titu. de mutuo, nume. 19. Fachin. lib. secundo, controuers. cap. 61. vbi more suo respondit argumentis addu-

adductis à tenentibus contrariam opinionem; Steph. Forcatell. dialogo 104. nu. 9. Albert. Galeott. in Margari. c. 21. nu. 90. Roffred. in tract. de ord. iudic. p. 7. rubr. de Senatusconsulto Macedon. n. 8.

12 Venio modo ad aliam, quæ est exceptio Senatusconsulti † Velleiani, qua cauetur, ne mulier intercedens, seu fideiubens pro alio, non obligetur, toto tit. ff. & Cod. ad Velleian. [& talis exceptio competit filijs familias etiam post mortem patris contra eum, qui mutuauit pecuniam, & potest opponi post sententiam, Bal. in l. cum & si nu. 12. C. ad Senatusconsult. Maced. Nicol. Caluol. vbi sup. Pet. Rizzar. super Ritu c. 121. Thor. in compend. decil. in verb. exceptio Senatusconsulti Velleiani, & an obstet fauore piæ causæ, tac. Gallconsil. 129. n. 29. & quid si confirmatur iuramento, Gratian. discept. c. 253. n. 38. Ludouis. decis. Rot. Roman. 321. n. 4. Mozz. de contractib. tit. de mutuo, n. 19.] & circa hanc exceptio-

13 nem ante omnia est videndum, an † illi possit renuntiari, & dico breuiter, quod sic, est tex. in l. fin. §. fin. ff. ad Velleian. vbi glossa fin. &

* Bart. nu. 1. vbi dicit, quod communiter * aduocati tenent hanc opinionem. [Cæuall. comm. contra comm. q. 727. n. 4. Muta super consuet. Pan. c. 21. n. 1. Alex. cons. 1. n. 13. vers. ad prædicta facit, lib. 3. Maxime si talis renuntiatio est facta etiam expresse extra iudicium, Alex. vbi sup. Tusc. lit. M, concl. 421. nu. 7. Alb. in consil. 44. in præsentia quæstione n. 2. lib. 1. & quod tale priuilegium non possit renuntiari tenent Thesaur. dec. 222. n. 2. Nicol. alleg. 41. n. 1. cũ seq. Ludou. Bologn. cõs. 45. n. 6. Camil. de Laratha cons. 104. nu. 10. Maxime quia talis prohibitio respicit fauorem publicum, Cæual. cõmu. contra cõmu. q. 727. n. 26. Franch. dec. 578. nu. 5.] & Alber. ibidem nu. 6. dicit, quod hanc opinionẽ seruat totus mundus, glo. in l. si quis in conscribendo, in verbo, antiqui, C. de pact. Dec. nu. 36. & Ias. num. 18. qui testatur hanc commu-

* nem * opinionem, gl. in l. fi. in verbo, cessante C. ad Velleian. vbi Ang. n. 2. dicit, quod opi-

* nio est communis. * Azo in Summa tit. C. ad Velleian. nu. 3. Odoffr. & Fulg. in d. l. fi. C. ad Velleia. Host. in Summa, tit. de fideiuss. §. mulier. Cuiac. in obser. li. 20. c. 34. Zasius in sing. respons. lib. 2. c. 18. Fachin. lib. 2. cõtrouers. c. 59. Pet. Frider. in tracta. de Mand. sine claus. lib. 1. c. 6. n. 29. Sicard. in d. rubr. nu. 14. C. ad Velleia. Thesaur. dec. 222. n. 3. Michael Teuber. Vltramont. in quæst. iuris Saxon. q. 34. n. 1. Anton. Gayl. obser. 77. lib. 2. Angel. de Padill.

* qui plures testatur de communi opi. & alios congerit, in l. iuris passim, n. 9. C. de iur. & facti ignor. quæ conclusio facilius procederet, si

24 † in renuntiatione adesset iuramentum, quia tunc ista opinio procedit sine aliquo scrupulo, Bauer. in tract. de virtute iuram. in 17. effectu, Consetus in rubr. de iureiur. in 27. priuileg. & Abb. in c. ex rescripto, de iureiur. Tiraquel. in l. si vnquam, in præfatio. nu. 36. C. de reuoc. donat. Couar. in d. c. quamuis, p. 2. § 3. num. 5. de pact. in 6. Seraph. in tract. de priuileg. iuram. priuil. 99. per totum, Fachin. lib. 2. controuers. cap. 60. [Socin. regul. 274. num. 4. Paul. de Cast. cons. 8. n. 4. lib. 2. Afflict. dec. 356. nu. 4. Mancin. de iuramento. par. 4. effect.

* 35. n. 1. Neuiz. consil. 21. n. 9. Beroius cons. 48.

25 n. 4. lib. 1.] Sed hoc limitatur † in muliere, quæ fideiussit pro viro, quia isto casu non valeret renuntiatio, Padill. d. nu. 9. vbi allegat DD. omnes in l. fi. § fi. ff. ad Velleian. Michael Teuber in quæst. iur. Saxon. q. 34. n. 6. 9. & 13. Sicard. in rubr. C. ad Velleian. num. 14. Pedroc. cons. 44. num. 2. p. 1. Baldi in Authent. si qua mulier, num. 4. C. ad Velleian. vbi ceteri Scribentes, & præcipuè Salic. num. 5. & Paul. de Castro, num. 1. [Tusch. dicta conclus. 421. nu. 6. Cæuall. commu. contra commu. quæst. 727. num. 46. Marescott. varian. resolut. cap. 43. num. 13. lib. 1. & cap. 5. nu. 1. & 2. lib. 2.]

26 Sed si in ea † interfuisset iuramentum, quia tali casu validatur renuntiatio, etiam in fauorem viri, Paul. de Castro, consil. 8. per totum, volum. 2. Bald. in l. antiquæ, §. final. C. eodem, in fine, Bauer. in tract. de iurament. priuileg. 53. Afflict. decisio. 315. Bald. cons. 5. volum. 5. Tiraquel. de Legib. connub. glos. 8. num. 285. Seraphin. in tract. de priuileg. iurament. priuileg. 118. [Lup. in repetit. capit. per vestras in vltimis verbis, num. 35. fol. mihi 426. Mancin. de iurament. par. quarta, effect. 202. Iacob. Gall. consil. 68. numer. octauo, Tusch. in dicta conclus. 421. num. 21. Alexand. consil. 83. nu. 6. 5. lib. 6. Afflict. decis. 311. num. quarto, Boer. decis. 23. nume. 9. Seraphin. de iurament. priui-

Hh 2 leg.

leg.95.n.2.Guttier.de iurament. confirm. c. 1.n.19.Crauet.conf.615.n.32.Alex.35. var. resol.lib.3. tit.de iure dotium resolut.5.n.10 & in tit. de fideiuss.resolut.3.nu.11. & nu.18. Bursat.cons.56.nu.15. Moroc. cons.87.nu.8. Hond.cons.45. nu.30. & 31. lib. 1. Costa de remedijs subsidiar.remed.85.n.5.Barbosa in l.1.in 5.par.n.60.& 61.ff.solut.matrim. Pellic.super consuet.Auersan.c.9. n.15.Mantic. de tacit.& ambiguis lib.11.tit.19.34.& 35. tom.1.fol.620.] Surd.cons.367.n.13.lib.3.

27 Quæ omnia † procedunt, etiam si renuntiatio esset generalis, vt quia fuisset renuntiatum omni iuris,& legum auxilio,Bart.in Authen.matri,& auię,n.14.C.quando mul.offi. tute.Caroc.in tract.de excuss.p.2.q.17.n.18. Hartman.lib.2.Pract.Forens.tit.30.obser.3. nu.1. [Matth.Brun.cons.31. n.4.à Sole q. 22.n.5. Roland.à Valle cons.17.n.15. lib.4. Gratian.dec.179.n.8.Curt.iun. cons.47. nu. 10.Gozad.cons.69.n.18.cum seq.Roland.cõsil.13.n.19.lib.1.Turret.cons.12.n.14.li.3.] Sed ad hoc vt † valeat renunciatio, requirit

28 vt mulier sit certiorata de vi, & potentia beneficij,cui renuntiat, aliàs renuntiatio nõ valeret,glo.in eadem l.fi.in verbo, non vsuras, & in verbo,hoc accipe, vbi etiam Alber.col. fin.Ant.de Padill.in d.l. non passim, nu. 10. C.de iuris,& facti ignor. Fulgos.in l.fi. nu.4. C.ad Velleia.vbi testatur de communi * opi-

* nione,& ibidem Crotus,nu.41. Buttigell. in repetit.l.sciendum,n.46.ff.de verb.oblig.Tiraq. in repet.l.si vnquam,in princ. nu.46.C. de reuocand.donat.Bertazzol. in tract. clausular.claus.4.glo.7. Din.cons.5. Alex. in addit.ad Bar.in l.in repudianda, ff.de acq. hæred. vbi dicit, hanc opinionem esse magis

* ** communem,& in l.sciendum, n. 29. ff. de verb.oblig. Abb. in c.penul.nu.11. de empt. & vẽd.Tessaur.dec.222.n.3. vbi allegat multos Doctores hoc fimantes, Gayll. in pract. obseru.lib.2.obseru.77.nu.3. Bronchorst, in Conciliat.cent.1.assert.80. [Capella Thol. dec. 37.& ibi Aufrer. Bologni.ad consil. Io. de Anan.100.quia carceratio non est necessaria Brun.à Sole q.22.n.8. & non præsumit nu.26.Tusch.in lit. C,conclus.198. num.4.] Bimius, consil. 150.num. 49. lib.2. Sed an

29 † credatur notario asserenti se certiorasse mulierem de huiusmodi Senatusconsulto,eiusq; potentia,& virtute? Et dico, quod non, Frideric. de Senis, cons.199. in fine, Bart. in c. quoniam contra, num.37. de probationibus glo.& DD. in Auth. quomodo oport. episc. §.igitur, Abbas in cap.cum causam,num.12. de test. Marsil. in rubr. de fideiuss. nume.36. & sequ. Alexand.consil.10.in fine, volum.6. Ias.in l.sanum mente,C.de transact. Seraph. in tract.de priuileg.iuram.priuileg.63.n.11. [Alex.cons.191.nu.3.lib.6.Federic.de Sen. cons.199.nu.1.] Et ratio est,† quia non cre-

30 ditur notario de gestis ab eo,sed de gestis coràm eo,arg.l.3.§.Diuus, il 2. de test. Bart. in Authent. si quis in aliquo documento, C. de edendo,Corneus cons.261.col.1. in fine, vol. 4.Abbas,& Seraph.locis pręcit.Boer.dec.37. nu.3. [Alex.cons.206.n.6.lib.2.Mart.de iurisd.par.2.cap.8.n.24. Bertaz.in tract.claus. claus.8.glo.8.Mascard.de probat.concl.183. nu.3.] Sed in hoc articulo contraria opinio

* est verior,& ** communior, vt scilicet,† cre-

31 datur notario asserenti se certiorasse mulierem intercedentem,& fideiubentem de isto beneficio sibi competenti, & de eius vi,& potentia. Hanc opinionem tenuere Ias.in l. si duo patroni,§.idem Iulianus,col.3.& 4. de iureiur. [licet contrarium tenet Maurit. Apicella allegat.12.n.14. Brun.à Sole quæst.22.n.2. cum seq.] Felin.in cap.si diligenti, col.4. & ibidem Abbas,nu.12.de foro compet. Alex. Iason,& ceteri Scribentes,in l.sciendum, ff. de verb.oblig. cum alijs adductis, & allegatis per Seraphin. dicto priuileg.65. num. 18.

32 & † dicta conclusio ampliatur, vt procedat, etiam si notarius nesciret vim, & potentiam dicti Senatusconsulti: nam adhuc asserenti de certionatione, ei fides adhibetur, Alexand.in l.sciendum, num.33.de verbor.oblig. Cagnol.in l.liberarius, num. 37.

* vbi alios congerit, & testatur de * communi opinione, ff. de regul.iur. Sed † hęc

33 ampliatio non potest esse vera: quia si notarius nescit quid sit hoc beneficium competens ipsis mulieribus, quomodo poterit eas certiorare, certè nullo modo: ideo tunc talis renuntiatio est nullius momenti,& habetur ac si facta minime fuisset, [Brun. à Sole d. quæstio. 71. & 72. Marsil.sing.661.] Alberi.in l.fin.§.si mulier, l.vltima,ff.ad Velleianum,Ripa in l.Centurio,n.113. de vulg. & pu-

& pupill. Felin. in c. si diligenter, col. 4. de foro compet. Viuius in Commun. opinionib. in verbo, mulier iuuatur. Seraphin. in tracta. de priuil. iuram. priuil. 63. n. 18. Bene verum est, quod quando in instrumento dicitur, qd 34 † mulier contrahens fuit certiorata, talis assertio notarij asserentis se certiorasse de isto beneficio competenti mulieri, facit tantum præsumi, quod fuerit certiorata, & non facit veram probationem; ideo non dubito, quod admittitur probatio in cotrarium. Alexand. in l. sciendum, ff. de verbor. oblig. vbi Claud. Seifell. num. 18. Cepol. cautel. 197. vbi testatur de communi * opinione Alciat. in tractatu de præsump. reg. 3. præsump. 13. n. 4. Anton. de Padill. in d. l. ne passim, nu. 13. C. de iuris, & facti ignorantia Ias. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, nu. 19. ff. de iureiurando. Io. Gutter. in tractat. de contract. iurat. c. 20. nu. 3. Tessaur. d. decis. 222. nu. 3. vbi dicit, quod Senatus residet cum ista opinione [quod de iure per instrumentum tãtum non probatur certioratio sed de consuetudine probatur de certioratione, ex instrumento, vt omnia refert Brun. à Sol. d. q. 22. nu. 62. cum pluribus sequ. & n. 66. Mandell. Alb. cons. 776. nu. 3.] Seraphin. de Seraphinis in tractatu de priuileg. iuram. priuil. 63. n. 17. & priuileg. 118. & 199. Natta in repetitione capituli, quamuis n. 54. de pactis. Sed quid † si ista certioratio 35 non sit per extensum scripta, sed tantum abbreuiata, vt quia notarius in protocollo dixit: quæ talis mulier informata, &c. renunciauit, &c. an tunc censeatur renunciatũ huic priuilegio? & licet Ias. in l. Gallus, §. idẽ credendum, nu. 20. simpliciter dicat, quod videtur renunciatum huic beneficio, & de illo certioratam esse præsumitur, attamẽ, mihi multũ satisfacit distinctio [cũ certioratio non præsumitur quia est sollennitas extrinsica Mascard. de probat. conclus. 283. nu. 1. Tusch. in litt. M. conclus. 421. n. 4.] Tessauri dict. decis. 222. n. 8. vbi hoc modo distinguit, aut in instrumentis per eundem notarium extensis reperitur facta ista certioratio, & renunciatio, aut non, si reperitur facta, tunc procedit opinio Iasonis, si non reperitur facta, tunc non intelligitur illi renunciatum. Sed si sumus in dubio, vt quia notarius non reperitur similes contractus extẽdisse, non recederem ad opinione Iasonis, de qua re latius dicam in meo tractatu de effectib. p. 2. de effectib. dictionũ, 36 in verbo, &c. Sed si essemus † in dubio, vt quia in instrumento nihil esset dictum, tunc mulier non præsumitur certiorata de isto beneficio sibi competenti, gl. in l. sciendũ, in verb. sollemniter, in fi. ff. de verb. oblig. vbi Bart. n. 6. Alex. n. 26. & 29. & Ias. n. 31. Cepol. cautela 196. Marsil. in repet. rubr. de fideiuss. nu. 18. vbi testatur hanc esse communem * opinionem. Ripa in l. fi. n. 121. C. de reuoc. don. Aufret. in addit. ad Cappel. Tolos. decis. 37. Anton. de Padilla, in l. ne passim, n. 11. C. de iur. & facti ignor. Din. cons. 5. Abb. in c. si diligenti, n. 9. de foro compet. Menoc. in tract. de præsump. lib. 3. præsump. 82. n. 7. Tessaur. decis. præd. n. 5. vbi alios allegat. [Apostill. ad decis. Tolosan. n. 37. Tusch. in litt. C. conclus. 198. n. 19. & quid si mulier fuit certiorata in alio instrumento est opus etiam certiorari in instrumento secundo Barz. decis. 106. nu. 7.] Vuesemb. cons. 23. nu. 9. lib. 1. Et hæc 37 † certioratio tribus casibus non requiritur ad validitatem renunciationis [potest etiã limitari quando mulier se obligaret in causa dotis. Tusch. in litt. M. conclus. 421. nu. 27.]

Primò, quotiescunque mulier in conscientia tenetur se obligare, ita Bald. in l. fin. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Alber. in l. sciẽdum, n. 16. ff. de verb. oblig. Gayll. in libr. 2. Pract. obserua. c. 77. n. 2. Tessaur. decis. præd. nu. 9. vbi ponit exẽplum in matre quæ assumit tutelam filiorum, & adducit optimam rationem, vt ibi per eum.

38 Secundo casu † non requiritur certioratio quotiescunque mulier se obligasset in iudicio, l. fin. §. fi. ff. ad Velleian. Rom. in l. qui repudianda, ff. de acquir. hæred. Socin. regula 173. Tessaur. d. decis. 222. n. 6. vbi dicit, quod isto casu cautius est, vt mulier certioretur.

39 Tertio casu † non requiritur certioratio, si in fideiussione facta per mulierem interuenisset iuramentum, c. ex rescripto, vbi gloss. in verbo, vxorem, de iureiur. quã ibi sequuntur omnes Canonistæ, Tiraq. in repet. l. si vnquam, in Præfat. nu. 131. vbi ad hoc alios allegat. Alexand. cons. 27. nu. 18. vol. 1. qui testatur de commnni * opinione. Anton. de Petruc. in repet. l. 1. nu. 149. de iureiur. Tessaur. decis. præd. nu. 11. vbi allegat ferè infinitos DD.

DD. hoc firmantes. Surd. qui more suo alios allegat, cons. 367. n. 12. lib. 3. Raudens. cons. 9. n. 51. lib. 1. Vuesembech. cons. 43. nu. 7. lib. 1. vbi alios allegat, & testatur de communi opinione Schurff. cons. 17. nu. 15. Hartman. lib. 2. Pract. Forgnitain 30. obseruat. 3. n. 4. Bertazzol. in tract. clausul. claus. 4. glos. 7. in fine, vbi dicit, quod hæc est communis opinio. [Brun. à Sol. q. 22. n. 38. & num. 45. Alex. cons. 122. n. 3. & n. 4. lib. 2. Tusch. in lit. C. conclus. 797. n. 2. addit. ad decis. Capell. Tholosan. 37.] Gabriel. in suis Conclus. tit. de iureiur. conclus. 3. qui refert varios Doctores tenentes opinionem contrariam, & tamen idem concludit, quod hæc est magis communis opinio. Seraph. qui etiã alios allegat, in tract. de priuileg. iuram. priuil. 63. nu. 3. & priuil. 99. nu. 1. Anto. de Burgos, in c. cum contingat, nu. 36. de empt. & vend. vbi etiã Abbas nu. 11. Bauer. in tract. de virtute iuram. num. 29. Brun. à Sole, q. 22. nu. 26. Dynus, cons. 52. Anton. de Padilla, in l. non passim, nu. 10. C. de iur. & facti ignor. & ratio est, † quia per iuramentum præsumitur interuenisse certioratio. Io. Guttert. in tract. de contract. iurat. c. 17. [Iacob. Gall. cõs. 129. n. 10. & 36. vincb. Mancin. de iuram. p. 4. effe. 1. q. 13. n. 21. vers. cõtraria autem Ceph. cons. 207. n. 10. Bursat. cons. 339. n. 40. Surd. cõs. 367. n. 13. Vasques de successiõn. ordinand. lib. 3. §. 28. n. 61. Iacob. Graffi decis. 9. nu. 10. de virib. & virtute Iuram. p. 2. tol. 60. Gratian. disceptat. c. 669. n. 23.] Raudens. cons. 9. n. 52. & 131. lib. 1. vbi multos alios allegat, & dicit, quod hæc opinio est tutior, & in consulendo, & iudicãdo obseruanda. Bertrand. cons. 141. col. fin. lib. 2. Boer. cons. 30. nu. 12. Brunor. à Sole, q. 8. per totam. Chioff. cons. 28. nu. 23. lib. 1. & hæc conclusio † procedit, tam si ipsa mulier expresse huic beneficio renunciasset cum iuramento, quàm si simpliciter in instrumento obligationis iurauerit, quia vtroque casu nõ requiritur certioratio, nec poterit gaudere, & frui isto beneficio, d. c. ex rescripto, de iureiur. Bart. in l. si quis pro eo, n. 11. ff. de fideiuss. & in Authen. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. vbi etiam Angel. & Paul. de Castro, Abbas, Felin. & Imola, in d. c. ex rescripto, idem Felin. & Anto. de Butr. in c. si diligẽti, de foro compet. Anto. de Burgos in c. pen. nu. 36. de empt. & vend. Tiraqu. in repet. l. si vnquam in Præfat. nu. 131. C. de reuoc. don. & in Legibus connub. gl. 5. in. 148. Gomes. de contract. c. 13. nu. 18. Fachin. lib. 2. controuers. c. 62. circa finem, Suard. in l. fin. n. 17. C. ad Velleian. Petr. Frider. in tract. de mandat. sine clausul. c. 6. nu. 20. Et si vis scire, in quibus casibus mulier fideiubẽs possit se obligare, vide gl. in l. prima, in verbo, nec pro vllo, ff. ad Velleian. glos. fi. in l. fi. C. eodem tit. Vrsil. in adnotat. ad Afflict. decis. 137. nu. 5. Aretin. in §. item si, nu. 3. Instit. de exceptio. Bertazzol. in tract. clausul. claus. 32. glos. 7. Petrus Frider. in tract. de mãdat. sine clausul. c. 61. n. 7. & seq. Teuber in quæst. iur. Saxon. q. 34. nu. 13. Surd. cons. 367. nu. 19. & 38. lib. 3. [Tusch. in lit. M. conclus. 421. n. 38. 20. & 27.]

Quæro nunc, an beneficium Velleiani competat mulieri competat solum quando fideiussit, an verò in omnibus alijs obligationibus locum habeat? & dico, quod mulier iuuatur hoc beneficio quomodocũque, tam principaliter quàm vt intercedẽs se obligat pro marito. Authẽt. si qua mulier, C. ad Velleian. [& talis exceptio militat si fuerit opposita per donatarium tertium possessorem bonorum donatorum aduersus creditorem donantis. Io. Baptist. de Thoro in compẽd. decis. Neapol. in verbo. exceptio senatus consultus. Petrus Frider. in tract. de mandat. sine claus. lib. 2. c. 61. n. 3. & 4. vbi dicit, quod si mulier in instrumento venditionis cõuenditrix appellatur, seque principaliter vna cum marito vel alio pro euictione obligat, nihilo minus iuuatur Velleiano, nisi pretium rei venditæ fuisset conuersum in vtilitatem ipsius mulieris. Io. de Imola in l. cũ vir, ff. de vsucap. Bertach. in repert. in verb. confessio de recepto, nu. 19. & in verbo pretium n. 26.] [& quid si mulier debitrix alicui, & pro eo se obligaret & fideiuberet non potest iuuari d. Authent. ita Tusch. in d. conclus. 421. n. 17. Alex. cons. 159. 4. & 5. lib. 2.]

Quæro secundò an † hæredes mulieris fideiubentis, & se obligantis possint opponere hanc exceptionem Senatusconsulti Velleiani, sicut poterat eam opponere ipsa mulier dũ viuebat? & dico quod sic, l. hæredes, vbi hoc notant cõmuniter Doctores, C. ad Velleia.

Mi-

Michael de Graff. in tractat. de success. tit. de träsmiss. q. 29. n. 12. [quod prædicta exceptio velleiani potest opponi etiam post sententiam. Salicet. in l. si vxor n. 1. C. ad Senat. cõsult. Velleian. Socc. iun. cons. 20. n. 37. lib. 4. Nicol. Caluolan. pract. §. exceptiones contra libellum 47. & hæres mulieris potest agere ad rescisionem cõtractus facti per mulierem ubi interuenit metus Paris. cons. 139. n. 1. lib. 4. Baltassar Blanc. in vna sua allegatione originale Manuscripta per don Ioseph de Bononia contra donnam Helisabettam Aglata in lib. 7. allegat. fol. 193. & trasmittitur ad hæredem Nicol. Noalij in tract. de transmission. cas. 23. nu. 8.]

45 Quæro tertiò, & vltimò † an mulier fideiubens teneatur in foro conscientiæ obseruare fideiussionẽ, & soluere id ad quod se obligauit? & respondeo quod nõ, ita determinat Bart. in Extrau. ad reprimendum, in verbo, denunciationem, nu. 13. Abbas in c. quia plerique, nu. 27. de immunit. eccles. Tiraq. in legib. connubial. gl. 4. nu. 16. Intrig. cons. 6. nu. 57. lib. 1. [Andr. Molfes. cons. 11. nu. 51. cum seq. Intrigl. in tract. de Casibus conscient. c. 108. num. 18.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio vsurarum non censetur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones.*

2 *Statuta Laicorum non possunt disponere circa materiam vsurarum, quia ipsa pertinent ad forum Ecclesiasticum.*

3 *Contractus vsurarius non producit actionem, neque obligationem.*

4 *Contractus vsurarius est nullus.*

5 *Solutum ratione vsurarum, potest repeti tanquam indebitum, quod Amplia, vt nu. 14.*

6 *Debitor qui cũ iuramento promisit soluere vsuras, vtrum compelli possit ad illas soluendas, an verò possit obÿcere exceptionem vsurarũ, & quid si fuisset obtenta absolutio à iuramento, num. 7.*

8 *Iudex secularis potest compellere creditorem, vt desistat à petitione vsurarum, etsi debitor iurasset illas soluere, & nu. 9.*

10 *Iudex ex officio tenetur illicitas exactiones prohibere.*

11 *Iudex compellens debitorem ad soluendas vsuras, incidit in præceptum; Nõ furtum facies.*

12 *Cautela pro debitore, qui promisit soluere vsuras, & nu. 13.*

15 *Vsura nunquam præsumitur, & qui dicit contractum esse feneratitium, tenetur istud probare.*

16 *Contractus quomodo probetur quod sit vsurarius, & n. 24. 31. 33. 43. 45. 46. 49. 50. & 51*

17 *Contractum esse vsurarium quibus coniecturis arguatur, & n. 18. limitatur, vt n. 19. 20. 21 & distinguitur, vt n. 23. & 25. & 30.*

24 *Contractum esse feneratitium, & fraudulentũ difficillimè probatur.*

26 *Opinio quæ est tutior pro anima in dubio est sequenda.*

27 *Vsurarÿ semper solent palliare suos contractus, ne detegantur vt tales, ideò contra eos sufficiunt leues probationes, n. 28. & semper excogitant nouas cautelas pro euitandis præsumptionibus vsurarum, n. 29. & vt plurimum sunt occulti, n. 44.*

32 *Exempla non restringunt, sed ampliant dispositionem.*

34 *Paruitas pretÿ quanta, & qualis esse debeat ad arguendum instrumentum de vsura, & nu. 35. & 36.*

37 *Testes ad probandum paruitatem pretÿ qualiter deponere debeant.*

38 *Res quæ venditur cum pacto de retrouendendo, æstimatur minus valere, quam si vẽderetur libera, & quanto minus æstimetur, n. 39. 40*

41 *Pactum de retrouẽdendo æstimatur pars pretÿ.*

42 *Solitus fænerari quis dicatur.*

47 *Præsumptiones inditia, & coniecturæ sunt liquidissimæ probationes, in his quæ fiunt occultè.*

48 *Probatio qualibet degenerat contra vsurarios.*

52 *Præsumptiones, & coniecturę etiam imperfectę coniunguntur ad probandum contractum feneraticium.*

53 *Testibus singularibus probari potest contractũ esse fæneratitium.*

54 *Testes aliàs inhabiles admittuntur ad probandum contractum esse vsurarium, quod intellige, vt num. 55.*

56 *Vsura potest committi in omni contractu, tam directè quam indirectè.*

57 *In dubio in foro iudiciali contractus non præsumitur vsurarius, secus in foro poli, & n. 58.*

59 *Opinio Canonistarum quando sit sequenda in materia vsurarum, & quando Theologorũ.*

Sta-

60 *Statutum, vel consuetudo quo inducitur, quod instrumentum celebratum cum clausulis denotantibus vsurariam prauitatem, non sit vsurarium, verum valeat.*

61 *Instrumentum si non est in totum vsurarium, sed in aliqua sui parte, an reprobetur in totum, an verò in illa parte in qua est vsurarium, limita, vt nu. 65.*

62 *Instrumentum iuxta formam Bullæ non reprobatur in totum si excedit terminos ipsius bullæ, sed in illa parte in qua excedit.*

63 *Vtile per inutile nō vitiatur in inseparabilibus.*

64 *Contractus vnus potest pro vna parte valere, & pro vna non.*

66 *Creditor ex instrumento vsurario non amittit capitale.*

67 *Notarius conficiens instrumentum vsurarium qua pœna puniatur: & quid in fore conscientiæ, num. 68.*

69 *Statutum per quod directè, vel indirectè permittitur vsura, non valet, & ita statuentes puniuntur pœna excommunicationis, & nu. 70. & limita, vt nu. 72.*

71 *Iudices vel aduocati nitentes statuto permittente vsuras, sunt excommunicati.*

73 *Partes non possunt inter se pacisci, vt dum non soluitur dos, soluatur aliquid annuum.*

74 *Consuetudo non tenet, si per eam aliquo casu permittitur vsura, & licet excuset contrahētes ī foro fori, eos nō excusat in foro poli, vt n. 75*

76 *Testator non potest disponere, vt dum hæres non satisfecerit legatario de legato sibi relicto, soluat tot quolibet anno, quod limitatur, nu. 77. & 78.*

79 *Fideiussor an possit opponere exceptionem vsurarum, sicuti ipse reus principalis.*

80 *Exceptioni vsurarum per quantum tempus præscribi possit.*

81 *Exceptio excommunicationis postquam est opposita, debet probari infra quindecim dies.*

82 *Iudex competens in causa vsurarum quis sit.*

EXCEPTIO VIGESIMAOCTAVA.

Vsurarum.

1 Vigesimaoctaua † exceptio, quæ non cēsetur reiecta à statuto excludente omnes exceptiones, est exceptio vsurarum Fride. de Senis, consi. 96. n. 1. Asin. in Pract. §. 31. cap. 49. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsum. 48. nu. 39. Benedict. de Barzijs in tractat. de guarentig. in 3. p. princ. q. 7. Ant. de Massa, in tract. de obligat. in forma Cameræ, p. 3. post quintam quæstio. Surd. cons. 327. nu. 9. & 17. lib. 3. Caualcan. decis. 21. num. 82. lib. 1. Rim. Iun. cons. 48. nu. 58. & seq. lib. 1. & cons. 399. nu. 10. & 83. lib. 4. Tiraq. in tract. de retractu Conuent. §. 1. gl. 2. n. 38. in fine, vbi reprobat Angel. Imol. & Barbat. qui cōtrarium tenuerunt. [Aldouin. de Aldouin. cons. 97. n. 9. Rimin. Iun. cons. 48. n. 58. Caroc. decis. 133. nu. 1. & in tract. de locat. tit. de vsuris q. 12. nu. 1. Surd. cons. 327. n. 9.] Decius in c. ex parte, il 2. nu. 87. de offi. deleg. Carpan. super statut. Mediol. lib. 1. c. 42. n. 199. & ratio esse potest,

2 quia † cum causa vsurarum sit de foro Ecclesiastico, statuta Laicorum non possunt circa eam disponere. Frider. de Senis, & Decius, locis præcitatis, idem Dec. cons. 170. [Corn. cons. 19. nu. 14. lib. 3. Bart. Bartolin. de vsur. tit. de statuto, ac lege an vsurarum permittere possint. c. 5. n. 1. & 2.] Plot. cons. 78. nu. 13.

3 Alia potest esse ratio, quia † ex cōtractu vsurario nō oritur obligatio, neque datur actio, Nauar. cons. 10. n. 1. in tit. de vsur. Viuius, decis. 360. num. 19. Alex. cons. 113. vol. 6. Grat. cons. 11. n. 9. lib. 2. DD. omnes, in Clem. 1. de

4 vsur. Alia potest adduci ratio; quia † contractus vsurarius est nullus, c. 2. c. 3. & c. consuluit, de vsur. Syluest. in Sūma, in verbo, vsura; vers. sexto, col. 3. Grat. cons. 15. n. 3. & cōs. 82. n. 20. li. 1. & cōs. 2. n. 9. lib. 2. Cassan. cons. 63. n. 13. Modern. Parisiēs. in tract. de vsur. n. 184. Tiraq. in trac. de iure const. p. 3. lim. 3. n. 16. 25. 28. Menoc. cōs. 300. n. 2. li. 3. [Hiero. Pappō. cons. 58. n. 16. & qn dicatur vsurarius Decian. cons. 2. n. 16. lib. 1. & non debet exeq. Marta de iurisdict. p. 2. c. 45. n. 18. Lancellot. Gall. cons. 123. n. 76.] & ista exceptio nullitatis non censetur reiecta per hoc statutum,

5 vt dixi sup. excep. 20. n. 1. Et ideo † si aliquid fuerit solutum ratione contractus vsurarij, illud vti indebitum omni iure repeti potest, l. si non sortem, vbi omnes hoc notant, ff. de cond. indeb. Alex. cons. 80. n. 11. & 12. vol. 3. Dec. cons. 116. circa fin. Grat. d. cōs. 11. n. 13. [Tusch. in litt. V. concl. 351. nu. 1. Alphons. Vellaut. in tract. de vsur. q. 29. n. 1.] Sed difficul-

6 cultas consistit, si † in instrumento, de cuius exequutione tractatur, fuerit interpositum iuramentum, an isto casu possit debitor, qui iurauit soluere vsuras conuentas, in dicto instrumento opponere exceptionem vsurariæ prauitatis, an verò debeat soluere ratione iuramenti, & postea solutum repetere? Et dico, quòd non potest se defendere, nec excipiendo dicere contractum esse feneraticium, & vsurariũ, sed omninò soluere, c. debitores, de iureiur. vbi hoc dicunt communiter * DD. Ioan. Gutter. in tract. de contract. iurat. c. 2. n. 34. & latè Seraph. de Seraphin. in tract. de priuil. iuram. priuil. 116. n. 4. & seq. Honded. cons. 17. n. 38. lib. 2. [Mancin. de iurament. p. 4. effect. 208. & p. 1. q. 6. n. 4. Ioan. Camill. Billotta de absol. iurament. lib. 1. c. 15. n. 7.] Sed vtilius est distinguere duos casus.

Primò, quando vsuræ sunt præteritæ, & tunc debet soluere & postea solutũ repetere.

Secundus est casus, quãdo vsuræ non sunt decursæ: & isto casu non obstante iuramento auditur debitor opponens exceptionem vsurariæ prauitatis, Bar. in l. 1. §. & parui, n. 5. ff. quod vi aut clam, Bald. in l. 1. C. de cond. indeb. Canonistæ omnes, in c. debitores, de iureiu. Fel. in c. 1. tit. eod. Corn. cons. 6. circa fi. lib. 1. Neuizan. cons. 59. n. 17. Grat. d. cons. 11 n. 35. lib. 2. vbi dicit, quod iuramentum non tenet, neq; obligat. Decian. cons. 84. nu. 55.

7 vol. 2. & hæc distinctio procedit, quando nõ fuisset obtenta absolutio à iuramẽto per debitorem, sed si habuerit absolutionem, tunc omni casu potest opponere hanc exceptionem, c. 1. de iureiu. Bal. in l. 3. n. 1. C. plus val. quod agit. Alex. in l. stipulatio ista, col. pen. ff. de verb. oblig. Bar. in l. si quis pro eo, n. 10. ff. de fideiuss. Abb. in d. c. 1. nu. 12. idem Alex. in l. qui Romę §. duo fratres, n. 55. ff. de verb. oblig. [Old. cõs. 186. in princ. vers. idẽ si absens Tusc. in lit. V. concl. 350. nu. 2.] Natta,

8 cons. 497. n. 1. lib. 3. vbi etiã dicit, quod † isto casu potest iudex secularis cogere creditorẽ, qui recipit istud iuramentum, vt illud relaxet. ad quod allegat Frider. de Senis, cõs. 274 Abb. cons. 8. lib. 2. [idem Tusc. in lit. V. in d. concl. 350. n. 5.] Anchar. in c. canonum statuta, de constit. in 11. q. princ. Bald. in c. 1. §. item sacramenta, de pace iuram. firm. Immò

9 ipse † iudex debet vsurarios repellere à limite iudicij, Osasc. qui testatur de magis cõmuni * * opinione, dec. 137. n. 6. 7. & seq. Bursat. cons. 96. n. 27. Gallia cons. 24. num. 8. Gayll. lib. 2. obser. 5. n. 5. & 6. vbi dicit, q per constitutiones Imperiales, vnam scilicet editam p Maximilianum I. & alterum per D. Carolũ V. Imperatores, est dispositum vt nullus iudex quauis dignitate insignitus, audeat tales contractus vsurarios exequi facere, neque super eos aliquid disponat. [Tusch. in lit. V. cõcl. 353. nu. 1.] & ratio est; quia † iudex ex suo

10 officio etiam de iure ciuili tenẽ illicitas exactiones prohibere, l. illicitas, in prin. ff. de off. præsid. Asinius in tract. de exequ. §. 9. c. 125. n. 9. & seq. §. 3. c. 96. n. 42. Natta cons. 497. n. 5. lib. 3. qui allegat c. tuas, de vsur. Gallia cõsil. 24. n. 49. & 53. Imo. in c. 1. de iureiu. Abb. in c. ad nostram, ibi, de iureiu. n. 3. [Cepoll. cautela 255. Vgolin. in tract. de vsuris c. 27. §. 2. n. 1. vers. quæ regula, & vers. sequ.] Et si

11 iudex compelleret debitorem ad soluendum vsuras vsurario, incidit in illud præceptum: Non furtum facies. Nauar. in Manual. confess. c. 17. n. 275. Gallia cons. 24. nu. 23. Si ta-

12 men occurreret † casus istius quæstionis vtilius & tutius iudicarem, vt debitor vtatẽ cautela posita à Bald. in dicto. cap. debitores, de iureiu. Natta cons. præd. n. 9. Capic. dec. 175. n. 2. Maranta disput. 5. n. 1. Soc. iun. cons. 94. n. 2. vol. 3. Io. Gutter. in repet. l. nemo potest, n. 398. ff. de leg. 1. Claud. Cantiuncul. consil. 11. n. 14. Contard. in repet. l. fi. in not. nu. 13. C. si de moment. possess. Gallia cons. 24. n. 49. Rol. cons. 88. n. 14. vol. 3. Crotus cons. 400. n. 14. & seq. lib. 3. Caualc. dec. 13. n. 50. par. 1. quæ est, vt debitor qui promisit soluerẽ vsuras illas deponitet, & statim data fideiussione de illas restituẽdo, casu quo nõ obtinuerit sup exceptione vsurariæ prauitatis; & hæc cautela est optima, vt dicit ipsemet Caualc. ad quã adiuuandã faciunt dicta p Mars. sing. 368. &

13 p. Pancir. cons. 118. n. 22. Aliã ponũt cautelã, quæ mihi uidet magis tuta, & est vt iudex sæcularis ex officio, vel iudex Ecclesiast. q fuerit aditus, & ab eo petitũ per debitorem faciat cauere ipsi creditori petenti exequutionem, * ut daret fideiussorem de detinendo pecuniam petitam, loco depositi, & illam restituendo ad omne curiæ mandatum q vna cum damnis, interesse, & expensis in casu

 sum-

succumbentiæ. Contard. d. n. 13. Alex. in l. si se non obtulit, §. condemnatum, n. 13. ff. de re iudi. Caualc. d. n. 50. in fi. Affl. dec. 356. nu. 6. Iof. Ludou. dec. Lucensi 27. n. 46. Mynsing. in suis obseru. cent. 1. obseru. 48. Octau. Vestr. in pract. lib. 8. c. 3. num. 14. [Aluar. Vazlasc. dec. 56. num. 5. Ferdin. de Otero diuers. quæst. cap. 15. lib. 1. Pappon. cons. 38. n. 18.]

14 & hæc conclusio, † quod debitor possit repetere illud quod soluit ratione vsurarum, procedit, etiam si per sententiam fuisset condemnatus soluere vsuras, & talis sentẽtia nunquã transit in rem iudicatã; Bal. in l. 2. C. de vsur. Tiraq. in tract. de vtroque retractu, §. 1. gl. 2. nu. 31. Bouius in tractatu de statutar. vrb. p̃scrip. gl. 5. nu. 66.

15 Et quia † vsura cum sit delictum, quod consistit in facto, non præsumitur, Bal. cons. 39. in fine, & consil. 210. vol. 3. Crauetta cons. 48. nu. 8. Cepol. in tractatu de simul. contract. n. 186. [Rol. à Vall. cons. 98. n. 8. in 4. Io. Botta cons. 74. n. 43. Hond. cons. 35. n. 1. lib. 2. Crauet. cons. 48. nu. 8. idem Rolan. à Vall. cons. 96. n. 11. lib. 2.] Mascard. in tractatu probat. concl. 1417. n. 1. & concl. 448. n. 1. vbi dixit, quod ille, qui dicit contractum esse simulatum, & vsurariũ, tenetur suam intentionem probare; ideo videndũ dixi,

16 † quomodo probetur vsura, seu cõtractum esse vsurarium, quantis coniecturis, quos modos ponit Mascar. d. concl. 1417. per totam, & Caualc. dec. 13. n. 77. lib. 2. [Alb. Mandel. cons. 509. n. 14. & cons. 512. n. 1. Crauet. cons. 73. n. 7.]

17 Circa secundum, scilicet, quantis † coniecturis arguatur contractum esse fœneraticiũ, & in fraudem vsurarum, & aliqui dixerunt, quod ad minus debent esse tres; ut exempli gratia, in contractu venditionis pactum de retrouendẽdo, paruitas pretij, & quod emptor sit solitus fœnerari, vel istis similibus, c. ad nostram, de empt. & vend. Imbla; & ceteri Doctores in c. illo vos, de pignor. Cepolla in tractatu de simul. contract. n. 80. & seq. vbi enumerat multas præsumptiones, & coniecturas quibus arguitur contractus fœneraticius, & in fraudem vsurarum, Berous consil. 65. nume. 6. lib. 2. qui testatur de communi ** opinione. Grat. consil. 11. nume. 7. lib. 1. Nebiz. consil. 88. num. 1. & 2. vbi dicit quod hæc est magis communis ** opinio. Bussattus consil. 153. num. 33. & 34. lib. secundo, Decianus consil. 2. num. 15. lib. 1. Bart. in tract. Bannit. nu. 11. Laurent. de Rodulph. in tract. de vsur. quæst. 60. Pancirol. qui alios adducit, in cõsil. 20. num. 19. Ruin. consil. 16. nume. 11. & consil. 66. lib. 4. Franc. Zannet. in tractatu de empt. & vendi. cum pacto de retrouendendo num. 46. & sequen. vbi num. 48. allegat varios Doctores, & testatur de communi * opinione. Osascus dec. 41. per totam, Socin. iun. cons. 50. num. 2. lib. 1. Natta cons. 586. num. 2. lib. 3. Menoc. consil. 358. nume. 1. lib. 4. & consil. 343. num. 1. lib. eod. vbi multos alios congerit, Honde. qui etiam multos hanc opinionem sectantes allegat, cons. 31. num. 68. lib. 1. Rebuff. cons. 100. num. 3. Maluas. consil. 106. nu. 18. vbi testatur de magis communi ** opinione, & cons. 107. num. 1. Caroc. in tractatu de locat. & conduct. tit. de vsuris, q. 11. num. 3. vbi prope infinitos hanc opinionem firmantes citat, & testatur de communi, & magis communi ** opinione, Ant. de Gama dec. 138. num. 1. Claud. Tur. alleg. 5. num. 5. vbi multos alios DD. allegat. [Mastrill. dec. 106. n. 21. & 26. Hiero. Pappon. cons. 148. n. 1. Paul. de Montepic. cons. 95. n. 6. Surd. cõs. 327. n. 7. Vgolin. in tract. de vsuris, c. 27. §. 3. n. 2. cũ seq. & n. 5. vers. ad probandum.] Multi tamen & numero, & authoritate maiores

18 sunt, qui † tenuere duas tantum sufficere præsumptiones ad arguendum & præsumendum contractum esse fœneraticium, quorum opinio mihi semper magis placuit, ex quo est tutior fauore animæ, cuius opinionis fundamentum principale est dicto cap. ad nostram de empt. & vendit. pro contraria parte etiam allegatum; Paris. consil. 54. num. 61. & 62. lib. primo, vbi testatur de communi * opinione, Grammat. decisio. 70. num. 29. & sequen. vbi dicit, hanc esse magis communem ** opinionem Doctorum, Decius consil. 69. num. secundo, & sequen. Rimin. iun. consil. 218. num. 108. lib. 2. qui non solum testatur de magis communi ** opinione, sed etiam dicit ita fuisse Ferrariæ iudicatum; & allegat infinitos DD. Ioan. Andr. Imol. Abb. & alij omnes in præcitat. capit. ad nostram, idem Abb. consil. 76. volumin. primo, Ferretti cautela 17. Fulgos. in l. in emptione, C. plus vale. quod agit. vbi etiam Albet. qui dicit se hoc obtinuisse coram magnis viris, Am-

Ambrof.de Vignate in tractatu de vſuris,nu. 111.Hoſtienſ.& Goffred. in Summa tit.de pignor.in fine, Pancirol. conſ.118.nu.11.qui allegat Ioan.de Caſtiliono,Signorol.de Homod.Alexand.Bald.Abb. Afflict.Gram.Pariſ.Guido.Papa, Bald.Nouell.Iacob.de Butrig.Lancell.Dec.Cagnol. Card.Caiet. Capram,& Crauett.varijs in locis, & dicit, qđ ita conſuluit Collegium Papienſe, & Collegium Mediol. licet ipſe Pancirolus contrarium tenuerit in caſu ſuo Kirchoui.qui teſtatur de magis communi * * opinione, in ſuis commu.opinion.cent.8.nu.35.Brunor.à Sole, qui etiam nonnullos alios more ſuo allegat, in Compend. reſolut. in verbo, contractus, ad hoc vt præſumatur, vbi teſtatur etiã de communi * opinione, Thom.Docc.conſil. 150.num.10. Maſcard.in tractatu de probationib.447.num.2.vbi pro iſta opinione allegat.35.Doctores,& pro contraria 27.quorũ nonnulli ſunt ſibi ipſis contrarij,& refert pro vtraque parte commun.& magis commun. opinion.& tandem num.6.concludit (prout eſt pura veritas) quod hæc opinio eſt verior tutior, * * & communior, tum ex qualitate, tum etiam ex quantitate Doctorum eam tenentium,& quod in varijs Curijs ita fuit iudicatum, dicit Carau.d. quæſt.11. nu.1. qui etiam allegat 35.Doctores pro iſta opinione quorum multi non ſunt ſuperius adſcripti, & teſtatur de pluribus magis cõis * * opinio, & quod Florentiæ hæc opinio habetur pro re iudicata, licet ipſe contrarium videatur tenere,nu.4.& n.6. dicit,dictam ſuam opinionem non procedere in contractibusmutui,in quibus ſufficiunt duæ coniecturæ ſolæ ad arguendum contractum vſurarium, ad quod allegat Bald.in l.cum allegat,n.6.C.de vſur. Dec.in l.rogaſti,§.ſi tibi,nu.4.vbi Purpur.n. 67.ff.ſi cert.pet.Turrett.conſ.87.nu.5.lib.1. Menoc.cõſ.19.n.38. lib.2. & opinionem iam dictam,quod duæ præſumptiones ſufficiant, tenuerunt etiam Alba conſ. 509.nu.1.& cõſ. 791.nu.2.lib.4.Becci.conſ.52.n.47.Decian. conſ.2.nu.10.lib.1.Grat.conſ.11.n.14.lib.2 Cornazan.dec.Lucenſi 41.n.9.17.18.& ſeq. & per totã,vbi dicit, ꝙ hæc eſt indubitata iuris concluſio;& allegat alios DD. quos eſſet potius laborioſum,quàm vtile referre; & dicit,quod DD.qui pro iſta opinione allegantur, ſunt plures numero 27. quàm alij contrarij, & plures etiam pondere, & plures atteſtantur de communi,& magis cõi * * opinione, & pro ea in amplioribus tribunalibus eſt iudicatum, vt per Sacrum Conſilium Neapolitanum,Affl.dec.76.n.29.& 30. Vrſill.in addit.ad dec.65. per Collegium Mediolanenſe,ac Papienſe,vt teſtatur Ferret.cautela 17. nu.14.per Senatũ Sabaudiæ,& Taurinẽſem, vt refert Crauetta cõſ.156.n.4.Oſaſc.dec.42. n.1.per Parlamentum Pariſienſe, ſecundum Gram.dec.76.n.30.per Cameram Imperialẽ vt ꝑ Mynſing.in Pract.obſer.cẽt.3.obſer.62. per Rot.Rom.vt dixit Caſſiod.dec.1.de vſur. Hond.cõſ.33.n.8.lib.2.Menoc.cõſ.358.n.2. lib.4.Fachi.qui pro hac opinione allegat infinitos DD.lib.2.controu.c.12.Gabriel.cõſ. 74.n.3.lib.1.Paſſer.conſ.70.n.1.vbi teſtatur de magis communi * * opinione.

19 Sed iſta † ſecunda opinio limitat̃, vt non procedat,quando emeret Eccleſia,vel Eccleſiaſtica perſona, quia tunc duæ præſumptiones ſolę non ſufficiunt, ſed ad minus debent eſſe tres.Alciat.reſp.40.lib.1.Alber.in l.iubemus nulli, la 2.n.16.C.de ſacroſ.eccl.Roland.conſ.99.num.9.lib.1.Maſcar.in tract.de prob.concl.447.n.48.

20 Secundò limitat̃ non procedere † quotieſcunque agitur criminaliter ad pęnam; quia tunc debent adeſſe ad minus tres coniecturæ, l.fin.C.de probat.l.qui ſententiam,ff.de pœnis, Natta conſ.580.lib.3. Boſſius, in titu.de coniecturis,n.2.9.& 13.Iul.Clar.in §.fi.q.21 & q.66. Burſat.conſ.135.n.13.lib.2.& conſ. 321.n.48.& 54.lib.3. Cornaz.dec.41.nu.2. Hond.conſ.33.n.55.& cõſ.109.n.13.& ſeq. & n.61.& ſeq.lib.1.[Clar.in §.fin.quæſt.66 nu.3.verſ.debet autem,] & ratio eſt, quia in

21 criminalibus probationes clariores,& apertiores requiruntur, l.ſciant cuncti, C.de probat.Dec.conſ.175.n.5.& 6. Socin.iunior cõſ. 39.num.44.& ſequen.& conſ.61.num.9.in fine, libr.2. vbi teſtatur de communi * opinione.

22 Tertiò limitat̃ in † datione in ſolutũ bonorũ debitoris,quę fit ꝑ curiã,q̃a ipſa ex duob. coniecturis ſolis nõ arguitur vſuraria,ex quo tunc ceſſat præſumptio mutui, cum nõ interueniat pecunia.ita Aſinius in trac.de exequ. §.4.c.6.& c.31. Pariſ.conſ.75.nu.33.vol.4.

Fulgos.cõs.134.col.2.Dec.cõs.167.col.2.& 3. & cons.308.nu.6. Gozad.in l.2.n.154. C.de pact. inter empt. & vendit. & ibi etiam Cagnol. nu.54. Et redeundo ad dictas contrarias opiniones,dico, quod † alij distinctione 23 quadam conati sunt conciliare istas opiniones inter se discrepantes, vt secunda opinio procederet, quando pactum de retrouendendo esset negatiuè positum hoc modo, videlicet, cum pacto de retrouendendo, ita, quod venditor non possit rem venditam redimere, nisi post annos tot;vel paruitas pretij esset vltra tertiam partem,ita vt vna ex istis præsumptionibus iuncta cũ quauis alia,sufficiat. Hãc opinionem tenuerunt Paul.de Castr. consil. 306.nu.5.lib.2.Bursat.consil.153.nu.31.32. & 33.volu. 2. Corneus consil.346. volum.2. Decian.consil.2.num.17.& 18.vol.1.& cons. 105.nu.21.& 28. vol.2.Crauetta cons.491. nu.10.vol.3.Claud.Tutius allegat.5.nu.7.& 10. Mascar.qui more suo alios allegat,& materiam istam latissimè examinat in tractat.de probat.concl.441. per totam. Sed hæc distinctio mihi non placet, nisi vt operetur, quod per pactum hoc modo negatiuè conceptum, vel per læsionem vltra tertiam partem facilius præsumatur contractum esse simulatum, & feneraticium, & non quod si non adesset vna ex istis præsumptionibus, sed aliæ duæ coniecturæ contractus nõ argueret vsurarius cũ d[illegible]æ tantum sufficiant, vt dixi supra in secunda opinione,& ad hoc etiam moueor per rationem positã à Laurentio de Rodulphis, in tractatu de vsur.quæst.60. [Tusch.in lit. V, concl.345. n.1.cum seq.] (licet illam ad 24 aliũ finem adducat) hoc est, † quod cum hodie difficile sit probare contractum vsurariũ, & fraudulentum,ex coniecturis,& præsumptionibus iuris, quia illæ sunt notæ,immò notissimæ callidis,atque versutis vsurarijs,ideo est potius amplianda, quàm restringẽda via probandi contractus vsurarios, Brun.à Sole, quæstio.3.num. quarto,& tanto magis procedit dicta secunda opinio, quia non defue-25 runt Doctores, † qui tenuerũt vt ex vna tantum præsumptione contractus arguatur vsurarius,vt ex pacto de retrouẽdo solo,si est negatiuè positũ,ita Corn.cons.23.num.8.lib.3 Frãc.Zannettin. in tract.de empt.& vend.cũ pact.de retrouẽd. n.45. DD.cẽs & præcipuè Anto.de Burgos n.4.in c.ad nostram, de emptione,& vendit.Crauetta cons.156. n.6.lib. 1. Alex.cons.109. in fine, vol.4. Ang. Aret. cons.116.nu.9.& 18. Ias.cons.150. nu.2.volum.4. Ruin.cons.16.num.2. vol.4. Decian. cons.2.num.17. vol.1. Guido Papa,sing.77. Neuizan.cons.88.nu.5.Cornazan.d.dec.41 nu.18. Asinius in tract.de exequut.§.4.c.32. [Anchar.q.24.nu.13.lib.3.Berous cons.168 n.11.lib.1. Caroc.de locat.tit.de vsur. q.11. n.5. Lupus in c.quamquam n.26. de vsur. & n.27.Surd.cons.425.n.12.Menoc.cons.445. n.6.Plotus cons.83. n.1.] Et moueor etiam alia ratione; quia cum hæc secunda opinio 26 sit tutior pro anima,ideò est amplectenda,& sequẽda,c.iuuenis,de sponsal.Clemen. Exiui de Paradiso,§.item quia,de verbor.signific.Alex.cons.54.col.1. vol.6. Ant. Gabriel. cons.74.num.3.Cassiad. dec.1.nu.2. Ferrett. Cautela 17. nu.4. Grammat. dec.76. nu.30. Cornazan.dec.præd.nu.25. [Alex.de Neu. in c.cum contingat c.28.nu.33.de iureiur.] 27 Item moueor alio respectu; quia † vsurarij solent palliare suos contractus ne detegantur vt tales,iuxta tex.in Clem.1.de vsur. [Tusc. in lit. V, concl.345.n.4.] Decian. d.cons.2. n.4. vbi in numeris sequen.ad hoc varia media adducit, & in specie num.9. dicit, quod 28 † contra cauillationes fenerantium sufficiunt leues probationes, & coniecturæ, Mascard. in tractat. de probat. conclus. 447. num. 31. 29 vbi dicit, quod vsurarij † nil aliud excogitant, nisi cautelas pro euitandis coniecturis vsurarum, & contra eos facillimè præsumitur, quia sunt pessimum hominum genus, Hostiens. & Ioan. Andr. in dicto capit. ad nostram, de emption. & venditio. [Anchar.consil. 305. num.primo,& consil. 257.num.quinto, Geminian.consil.112. nu. 3. versic. nam creditores, Castellion. consil.21.num.6.versic. & nouas.] Franc. Zannet. in tractat. prædict. de emption. & venditio. cum pact. de retrouend. nume. 66. Honded. consil. 33. nume. secundo, libr. se-30 cundo. Sed hoc † totum relinquitur arbitrio iudicis, qui attenta qualitate facti, & personarũ iudicabit,an vna,duę,vel tres coniecturæ sint necessariæ ad demõstrandũ contractum vsurarium, Baldus consil. 311. nume.secundo,lib.quinto, Crauetta cons.156.

num.

nu. 14. Couarru. lib. 2. variarum resolut. cap. 8. n. 4. Corneus cons. 346. circa finem, vol. 1. Menoch. in tracta. de arbitris iud. casu 13. n. 4. & casu 243. nu. 2. & cons. 88. nu. 45. libr. 1. Becc. cons. 52. nu. 51. & 86. lib. 1. Turret. cõs. 87. nu. 2. lib. 1. Roland. cons. 47. nu. 6. libr. 4. Bursat. cons. 321. n. 79. lib. 3. Lupus in tract. de vsur. §. 1. nu. 30. & 33. Cephal. cons. 119. nu. 17. libr. 2. Affl. super feud. in tit. de feudo dato in vim legis commissoriæ, n. 117. Paris. cõs. 54. n. 22. lib. 1. & ex quo supra dixi quod

31 non solum illis † tribus cõiecturis scilicet ex paruitate pretij, pacto de retrouendendo, & quod emptor sit solitus fœnerari, præsumitur & probatur contractus fæneratitius, verum etiam, & alijs istis similibus, & ne desint auctoritates, dico, quod ita tenuere Feli. in c. si cautio, col. 1. de fide instrum. Grat. cons. 11. n. 15. vol. 2. Calcan. cõs. 26. n. 19. Geminian. cons. 16. Cornazan. d. decis. 41. nu. 29. & seq. vbi enumerat varias coniecturas vltra illas tres supra enumeratas [Grãmat. decis. 76. n. 30. Mandell. cons. 791. n... Io. Petr. Bim. cõs. 35. n. 23. lib. 1. Asol. in decreti Sabaudiæ tit. de pact. inter emptor. & venditor. in glos. 1. part. nu. 5. fol. 116.] & illæ tres coniecturæ adductæ sunt à Doctoribus per modum exẽ-

32 pli, & demonstrationis, † & exempla non restringunt sed ampliant regulam, l. regula, §. fin. de iur. & facti ignor. [Vinc. Percoll. sup

33 Ritu c. 133. coll. 2.] & † quod aliæ simplices præsũptiones à iure vel à Doctoribus approbatæ sufficiãt; tenuere vltra præcitatos Crauett. d. cons. 156. nu. 17. libr. 1. Riminald. Sen. cons. 629. in princ. lib. 4. Ang. Aretin. d. cons. 116. n. 18. Alex. de Neuo cons. 95. n. 21. Nat. cons. 198. n. 19. & 20. Decian. cons. 105. n. 29. vol. 2. Crauett. cons. 491. n. 15. vol. 3. Caroc. in tract. de locato, & conducto, tit. de vsur. q. 11. n. 7. & nota, quod quando adsunt tres cõ-

34 iecturæ, sufficit quod † paruitas pretij sit in quarta parte Ant. de Gama, decis. 138. nu. 2. Gabriel cons. 74. nu. 8. libr. 1. Osasc. decis. 42. nu. 3. Cornazan. decis. 41. nu. 18. [Bim. cõs. 137. n. 33. Menoc. in sequent. præsumpt. 123.

35 nu. 3.] nota etiam quod † non quælibet modicitas pretij est sufficiens ad inducẽdum, & faciendum coniecturam quod contractus sit vsurarius etiam alijs duobus coniecturis cõcurrentibus; sed quando est tenue pretium respectu valoris rei venditæ, Abb. in c. ad nostram, de emptio. & venditio. Grat. cons. 157. n. 5. lib. 2. Ias. cons. 151. n. 12. in fin. lib. 4. Hõded. cons. 33. n. 61. lib. 2. sed quando adsunt †

36 tantum duæ coniecturæ, tunc modicitas pretij debet esse ad minus in dimidiam partem. Lostred. cons. 52. n. 31. Ancharan. cons. 9. per tot. Roman. cons. 304. in princ. Ias. cons. 151. nu. 3. & cons. 153. n. 12. lib. 4. Pantal. Cremẽs. in repet. l. 2. n. 172. C. de rescind. vendit. Frãc. Marc. decis. 483. n. 25. lib. 1. Roland. cons. 96 nu. 33. & seq. lib. 2. & cons. 58. n. 11. & sequẽt. lib. 4. Cephal. cons. 189. nu. 37. libr. 2. vbi te-

* statur de communi * opinione. Honded. cõs. 31. n. 69. lib. 1. & cõs. 33. n. 62. libr. 2. & in istis terminis loquuntur multi ex Doctoribus allegatis per Menoch. cons. 343. num. 22. lib. 4. [Menoch. de præsump. præsump. 123. n. 13. lib. 3. Bartol. Vgolin. de vsuris c. 28. §. 1. vers. contrariam opinionem Nauar. cons. 26. n. 4. vers. quantum de vsuris.] Sed quia res minus æstimatur quando adest pactum de retro

37 uendendo, † ideo debet probari, quod res tãtum poterat vẽdi etiam cum isto pacto, & sic testis debet deponere quod res poterat vẽdi pro scutis 40. cum pacto de retrouendendo, & fuit vendita pro 30. quod si aliter deponerent quod res valebat 40. & fuit vendita pro 30. non releuaret producentem, ex quo res quæ valet 40. si venditur cum pacto de retrouendendo, æstimabitur 30. Anto. de Gama, decis. 138. nu. 2. ad quod allegat Tiraq. in tract. de retractu conuention. in præfat. n. 5. & 20. idem dixit Socin. senior cons. 15. nu. 55. & 56. lib. 1. & cons. 248. n. 1. in fin. libr. 2. Bursat. cons. 117. nu. 15. libr. 1. Roland. cons. 58. nu. 11. & 16. lib. 4. Bertazol. cons. crimin. 2. nu. 33. lib. 1. Mascard. in tracta. de probat. conclus. 443. n. 10. & 13. [Bal. cons. 164. maritus fecit n. 2. lib. 5. & cons. 337. in primis videndum est n. 6. lib. 1. Decia. cons. 2. nu. 170. lib. 1. Bim. cons. 259. n. 4. Gabriel. de emptio. & vendit. conclus. 1. n. 51. Laderch. cõs. 129. n. 4. Tiraqu. de retract. conuention. in præfation. n. 22. Alb. cons. 66. nu. 3. lib. 1. Anchar. cons. 7. n. 2. Mandell. cons. 791. nu. 21. Tusch. in litt. P. conclus. 489. Burg. de Laudem. p. 2. inspett. 26. n. 1. Socc. cons. 15. nu. 56. lib. 1. Berous cons. 169. n. 14. lib. 1.] Honded. cons. 35 n. 32. & 63. lib. 2. vbi dicit, quod aliq fuerũt

istius

38 istius opinionis, quod † res ita vendita æstimetur tertia parte minus Cagnol.in l.2.n.58 C.de pact.inter empt.& venditor. Bero. cōs. 169.nu.13.& 14.lib.1.Curt.iun.cons.279.n. 43.lib.3.Ruin.cons.66.n.9.lib.4. Grat.cons. 157.n.4.lib.2.Ias.cons.151.nu.4.lib. 4. sed † 39 tutius est, vt id totum remittatur iudicis arbitrio, qui attenta rei,& temporis qualitate, arbitrabitur quantum res minoretur ex tali pacto. Cagnolus in præcit l.2.n. 58. Couarr. lib.3.variarū resol.c.10.n.1. Hieron.de Laurent.decis.Auenion.122.Honded.d.cons.33 n.31.Mascard.conclus.eadem 447. nu. 11.& 40 12.& ratio est: quia † res quæ venditur cum tali pacto, æstimatur multo minoris, quam si venderetur libera, l.fundi partem, ff. de contrahenda emptio. Abb. in c. in aliquibus, in secunda colum.de decim. Dec.cons.167.n.2. & cons.308.& in l.1.§.si hęres, vbi etiam Ias. ff.ad Trebellian. Couarru.lib.3.variar. resol. c.10.Menoch.cons.343.num.25.& 26.lib.4. [Mandell.Alb.cons.148.nu. 10. Plot. cons. 83.n.4.& 8.] Tiraq.qui alios allegat in tracta.de retractu conuent.in pręfatio.num.20. Franciscus Zannett.in d.tractatu.de emptio. & vend.cum pacto de retrouendendo, n. 49. 41 cum † illud pactum, & quodlibet aliud simile æstimetur pars pretij, l. si sterilis, §. si tibi fundum, ff.de action.emptio.l.fundi partem, ff.de contrah.empt.Zanet.loco prædicto, nu. 80. & quia supra locuti fuimus de eo qui est solitus fænerari, [Io. Franc. à Ponte cons. 34.n.14.lib.2.Decian.cons.2.nu.170. lib.1. Bim.cons.259.n.4.Mandell.cons.171.n.21. Tusch.in litt.P.conclus.489. Mastrill. decis. 15.n.15.& decis.37.n.7. Roderi. de ann.reddit.lib.2.q.3.nu.7. Lup. Geminian.de vsuri. in l.2.C.de pact. inter empto. & vendito.cōment.2.§.5.n.136. Tiraq.de retract. lignag. §.1.gl.18.n.38.Anchar.cons.7.n.2.Mandel. cons.791.nu.21. Afflict.in tract.de iure prothomiss.§.2.n.17.vers.2.nota Ripa in l.1.§.si hæres n.26.ff.ad Trebell. Berous. cons. 169. 42 n.14.lib.1.] ideo dico, quod † is dicitur solitus fænerari, qui fecerit plures contractus fæneraticios, & non is qui fecit duos, vel tres Ias.cons.253.col.antepenul. vers. non obstat illud, lib.4.Grat.cons.39.n.5, lib.2. Menoch. cons.358.nu.4.lib.4. [Roland. à Vall. cons. 96.nu.43.lib. 2.Mantic.de tacitis, & ambig. conuent.lib.8.tit.24.n.13. vers.sed notandū est Farin.in tract.de falsitat.q.163.n.29. Ludouic. conclus.51. colum.4. vers. nec quis] & ex quo contractus non potest directè pro- 43 bari † vsurarius, quia istud est difficilis probationis, ideo lex cōtentatur, vt probetur per indicia, præsumptiones, & coniecturas, l. nō omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. Decian. cons.2.nu.1.lib.1.Cin.in l.1.C.ad legē Cornel.de Sicar.Crauett.cons.156.num.7.lib.1. Mascard.in tracta.de probat.conclus.438.n. 3.4.5.& 7. [quod in clandestinis, & occultis coniecturæ habentur loco plenę probationis Grammat.cons.22.nu.15.in Criminal.& cōs. 45.n.6.& cons.50.n.15.in ciuil.Mādell.Alb. cons.53.n.1.& cons.70.n. 10.& cons.757.n. 10.Gabriel cons.40.n.36.libr.2.] Cornaza. decis.41.nu.10.& 16.vbi dicit, quod fęnera- 44 tores, vt † plurimum sunt occulti, & occulti faciunt contractus vsurarios. Surd.cons.327 45 nu.7.lib.3. vbi dicit, quod istæ † coniecturæ sufficiunt quod sint leues, nec opus est, vt vrgentes, & concludentes sed sufficiūt leues ac minus concludentes Paul.de Cast.cons.109. & cons.58.col.2.libr.2. Corn.cons.24.nu.4. lib.3.Becc.cons.52.nu.41.cum seq. Gabriel. cons.74.nu.2.lib.1.Menoch.cons.39.nu. 11. lib.1.Cornaz.d.decis. 41.n.16.Honded.cons. 33.n.5.& cons.35.n.7.libr.2.Ancharan.in c. ad nostram, de empt. & vendit. Cornc. cons. 23.n.4.lib.3.Menoch.cons.343.n.19. & cōs. 109.nu.7.lib.2.idem Decian.cons.62. n. 15. & 16.lib.3.Crauet.cons.73.n.7.& cons.156. nu.7.lib.1.Honded.cōs.35.n.8.lib.2.ex quo 46 vsura, & simulatio fuit occultè vt dixerit Mascard.concl.præd.nu.8.Corn.cons.23.nu. 8. lib.1. Menoch.cons.169.n.7.lib.2. Honded. cons.35.nu.9.lib.2.vbi alios allegat, & in il- 47 lis † quæ fiūt occultè, inditia præsumptiones, & coniecturæ, dicuntur liquidissimæ probationis, l.licet Imperator, ff. de leg.1. Aret.in l.si is qui, in prin.ff.de acquir.hæred. Ias.in l. cum ea, n.2.C.de transact. Decian. d.num.1. [Honded.cons.33.n.3.lib.2. Menoch. cons. 31.n.18.& cons.422.n.22. Paris. cons. 29.n. 13.lib.2.Marsil.cons.5.nu.2.Socc. Iun.cons. 32.nu.12.lib.2.Anchar.iun.q.76.n.27.lib.3. Mascard.de probat. concl.830. n. 4. Aldou. cons.26.n.17.Crot.cons.36.n.31.Neuiz.cōs. 54.n.13.Camil.de Laratha cons.114.n.72.]

&

48 & † contra vsurarios omnis probatio degenerat. Anan. consf. 58. nu. 2. Grat. consf. 11. nu. 13. lib. 2. [Crauett. consf. 73. nu. 7. Plot. consf. 83. n. 1. Menoc. de Arbitr. cas. 235. n. 2. Surd. consf. 425. n. 9. Bim. consf. 137. nu. 33. & nu. 34. Baiard. ad Clarum in §. vsura n. 22.] Tiraq. in tract. de retract. conuention. in præfat. nu. 36. & 37. Cornazan. d. decis. 41. n. 12. qui dicit, quod † ad probandum contractus fæneratitios admittuntur, & sufficiunt probationes quæ in alijs causis essent minus sufficientes, propter excogitatas fraudes, & calliditates, quæ in contractibus feneratitijs fieri solent. Hond. qui alios adducit, consf. 33. n. 1. & 3. Quibus † autem præsumptionibus, & coniecturis arguatur contractum seu instrumentum esse fæneratitium sunt multæ, quas singulas ponit Mascard. concl. 438. Cepolla. in tract. de simul. contract. per totum, & multas enumerat Caualcan. decis. 35. p. 1. & decis. 3. 4. & 13. p. 2. Cornazan. decis. præd. n. 15. qui dicit, quod istæ coniecturæ non est opus vt sint iuris, & ex illis de quibus habetur in c. ad nostram, de empt. & vend. sed etiam sufficiunt præsumptiones hominis. Paul. de Castr. consf. 44. nu. 6. lib. 2. Bolognet. consf. 25. n. 1. Becci. qui alios allegat, consf. 42. n. 52. Honded. dicto. consil. 33. nu. 9. & seq. lib. secundo. [quod tales coniecturę debent esse fundatæ, & quod colligantur ex ipso contractu Deci. cōs. 417. n. 4. Io. Botta. cōs. 74. n. 26. Maxime quando est facta locatio viliori prætio ppter anticipatam solutionem Mastrill. decis. 106. per totam.] Sed verius, & vtilius est, hoc totum relinqui arbitrio iudicis qui videbit † quæ coniecturæ sint sufficientes ad demonstrandum cōtractum esse feneratitium, c. de causis, de offic. deleg. not. in l. dolo, C. de dolo, & in l. filiæ meæ, ff. sol. matr. Corn. consf. 4. nu. 4. lib. 1. Cefal. consf. 198. n. 16. lib. 2. Afflict. decis. 40. nu. 19. Honded. consf. 33. nu. 4. lib. 2. & † etiā plures coniecturæ, & præsūptiones imperfectæ coniunguntur ad probādum contractum esse feneratitium, quæ alias non coniungerentur. Butrius in c. veniens, il primo, in fine, de testib. Dec. in c. cum causā, col. 3. de probat. [Baiard. ad Clarum q. 22. n. 7. Pappon. consf. 31. n. 22. Farin. q. 86. n. 82. & 85. Aldob. consf. 26. n. 19.] Alex. consf. 24. col. fin. lib. 2. Paris. consf. 55. n. 33. libr. 1. Honded. d. consf. 33. n. 6. & consf. 35. n. 23. lib. 2. Tiraq. in tract. de retractu cōuent. in præfat. n. 38. Immò, vsura † probatur testibus etiā singularibus. Paris. consf. 57. n. 49. lib. 1. Caualcan. decis. 13. n. 78. p. 2. Crauetta consf. 73. nu. 7. & 36. lib. 1. Gabriel. in suis conclus. titul. de test. conclus. 2. nu. 11. 29. & seq. qui allegat varios DD. & hoc ampliat, & limitat varijs modis Mandell. consf. 551. per tot. Honded. d. consf. 33. nu. 6. lib. 2. [quod contrarium tenet Paul. de Montepic. consf. 95. n. 1. Mandel. Alb. consf. 551. n. 3.] & ad faciendum † talē probationem admittuntur etiam testes inhabiles domestici, & familiares. Bursat. consil. 400. nu. 2. Mascard. in tract. de probat. concl. 1414. nu. 16. Surd. consf. 327. num. 8. lib. 3. [idem de Montepic. d. consf. 95. n. 15. Farin. in tract. de testib. q. 62. n. 28.] & licet sit verum quod testes singulares probent contra vsurarios, tamen hoc intelligitur quādo tractatur de probando † in genere crimē vsurarū, aliàs si ageretur de certo particulari actu, tunc testes singulares non sufficiunt. Innoc. in c. licet ex quadam, de testi. Paris. consf. 2. n. 89. lib. 4. Mars. consf. 1. n. 42. Osasc. decis. 79. n. 39. Roland. consf. 95. n. 18. vol. 4. Decia. in tract. crimin. lib. 5. c. 35. nu. 5. Farinac. in suo tract. crimin. q. 64. n. 199. Surd. consf. 425. nu. 11. lib. 3. Abb. consf. 42. libr. 1. Alex. consf. 72. nu. 3. vol. 1. Paul. de Montepic. consf. 95. nu. 1. Honded. consf. 33. n. 94. libr. 2. [Cepoll. cōs. 3. in fi. in Ciuil. Crauett. consf. 73. nu. 32. Couarr. variar. resol. c. 3. n. 5. Clar. in pract. Crimin. §. vltim. q. 53. vers. dixi etiam Surd. cōs. 425. nu. 11. Amon. Soliloquio 36. Foller. in pract. crimin. Canon. c. 20. nu. 18. Intrigl. in tracta. de casibus cōscient. cas. 56. n. 31. Lup. in c. quamquam n. 29. de vsuris Vgolin. in d. tract. de vsuris c. 27. §. 3. n. 5.] Et notandum est, † quod vsura potest committi in omni contractu, tam directè, quam etiam indirectè Bero. consf. 168. n. 12. & cōs. 159. nu. 16. & 29. lib. 1. Anto. Chioff. consf. 97. nu. 5. lib. 1. Ioan Botta consf. 72. n. 10. Menoch. consf. 109. n. 28 lib. 2. Rimin. sen. consf. 218. n. 59. lib. 2. Decia. consf. 2. n. 11. lib. 1. Bertazzol. consf. 188. nu. 1. in addittion. lib. 1. in criminal. Turrettus cōs. 91. num. 17. lib. 1. Bursatus consil. 117. num. 5. volum. 1. Curtius Iunior consil. 239. num. 29. & seq. vol. 3. Caualca. decis. 13. n. 8. lib. 2.

[Berous

Marginal numbers: 49, 50, 51, 52 (left column); 53, 54, 55, 56 (right column).

Berous conf.168.n.12.lib.1. Rimin.Iun.cōſ. 218.n.59.& 60.Peregr.conſ.18.nu.7.libr.3. Maſtril.decif.106.n.2.Neuiz.cōſ.87.n.40.]

57 In † dubio autem in foro iudiciali cōtractus non præſumitur vſurarius, ſed bona fide celebratus, Bald.in l.rogaſti, §. ſi tibi,col.penul. verſ.ſed quid ſi,ff.ſi certum petat. Natta cōſ. 198.nu.5.& 20.lib.1. Panciról.conſ. 20.nu. 6.& conſ.48.n.17.Bar.conſ.65.in princ.Hōded. conſ.31.n.76.lib.1.vbi alios allegat.Geminian.conſ.16.Alciat.conſ.3. in fi.to.1.lib. 1. Menoch.conſ.119.num.24.lib.2.qui etiam alios congerit,Cornazan.d.deciſ.41. nu.26. Surd.qui more ſuo nonnullos citat,conſ.327 nu.14.& conſ.306.n.1.& conſ.425.nu.1. lib. 3.& conſ.184.n.7.lib.1.Gallia conſ. 125.nu. 17.Menoch.conſ.1.n.24.& 109.lib.1. Bruno. à Sole,q.31.n.21. [Roland. à Vall.conſ.95. n.10.lib.4.Crauett.conſ.145.nu. 2. Decian. conſ. 2.n.63.lib.1.Bertaz. conſ. crimin.251. n.64. idē Crau.conſ.48.n.8. Roland. à Vall. conſ.96.n.11.lib.2.Paleth.conſ.73. num.8.]

58 Maſcard.concluſ.438.nu.1.& ſeq.quod † ſecus eſt in foro poli,quia tunc eſt tenēda opinio tutior pro anima, ideo eſt potius iudicādum fœneratitium.Abb.in c.nauiganti, n.9. de vſur.Fel.in c.in præſentia,n.18.de proba. Cotta in memorial.in verbo.delictum, Crauett.conſ.48.n.8.lib.1.Maſcard.concl.præd. nu.6.Etſi vertitur quæſtio in foro fori an cō-

59 tractus ſit vſurarius vel ne,& † Doctores Canoniſtæ diſcrepant a Theologis, tunc iudex debet ſequi opinionem Canoniſtarum,ſecus eſt in foro conſcientiæ , quia tunc eſt amplectenda opinio Theologorum. Alex. conſ. 1. nu.8.& ſeq.lib.2.Pariſ.conſ.67.nu.31. lib.4. Decius conſ.111.num.6. Brunorus a Sole,d. q.1.nu.31. [Crauett. conſ. 156.in princip. Tuſch.in litt. V.concl.361.n.4.]

60 Quæro modo, an ſtatuto † vel conſuetudine poſſint induci,quod inſtrumentum celebratū cum clauſulis, & pactis denotantibus vſurariam prauitatem, habeatur pro licito ? & reſpondeo quod non. Ruin.conſ.194.n.1. & 9. lib.1.Rim.ſenior,cōſ.218.vol.3. Natta,cōſ. 497.& conſ 498.n.4.& 5.libr.3.Cephal.cōſ. 190.n. 17.lib.2. Caualcan.deciſ.13.n.3.vol. 2.Balb.in tract.de præſcrip.in 2.p.tertię partis principalis,in 2.limit.n.9. 10. & 11.Oſal. deciſ.95.nu.30.Anchar.conſ. 257. Hiero.de Monte q.4.n.10.& ſeq. [quod ita etiam procedit in pacto. Fontanel. de pact. nupt.clauſ. 4.gl.18.p.3n. 107.]

61 Quæro † ſecundò, an inſtrumētum, quod non eſt vſurarium in totum, ſed in parte, ſit reprobandum in totum, an verò in illa parte tantum? Et reſpondeo, quod reprobatur in illa parte tātum,in qua eſt infectum. Laurēt. de Rodulph.in tract.de vſur.q.135. Caualc. deciſ.13.nu.37.circa medium,& n.40.p.2.& deciſ.35.nu.32.& ſeq. p.1. Bald.in l. 1.nu.4. C.de pignor.vbi etiam Paul.de Caſtro, n.3. Plot.conſ.17.n.17.Lancell.Gallia, qui latiſſimè loquitur, in conſuet.Alexand.in verbo, vltra,q.2.per tot. Rimin. ſenior,conſ.91.nu. 33.libr. 1. [& an tuta conſcientia poſſit retinere omnia acquiſita per vſuram ſi in partem fuerit per Papā diſpenſatum Villaut de vſuris.q.31.nu.77. & quid in falſitate an ſit totū falſum Farin.in tract.de falſitat.q.152.n.12. & q.162.p.1. n.53.] & ex hoc inferunt no-

62 ſtrates omnes Scribentes ſuper Bulla,† quod ſi in inſtrumento bullari adeſſet aliquod pactum,quod ſaperet vſurariam prauitatem,vt quia cenſus annuus excederet decimam partem iuſti pretij requiſiti in eadem Bulla, vel quia ſors non ſtaret de mortua, vel aliud ſimile tunc inſtrumentum non vitiatur in totum,ſed tantum in illa parte.Petr.de Grego. ſuper eadem bulla in 10.priuil.verſ. 7. quæro, Intrigl.in q.8.43. & 45. Milanenſ.deciſ. 2.n.24.& 25.lib.2. vbi dicit,quod hanc opinionem tenuerunt Ioannes Philip. de Paternjano, Hiero.Fimia, & Frider.de Cāpiſano, ſuper eadem bulla,Gayll.obſeruat.4.per tot. lib.2.Benedict.de Barzis,in tract.de guarentig.in 3.p.princ. q. 7. Surd.conſ. 327.nu.18. lib. 3. [Gratia,diſcept.c.717.n.9.] Hōded. conſ.17.nu.25.lib.2.qui omnes dicūt , quod ſi in cōtractu,qui eſt de iure permiſſus , reperitur aliquod pactum vſurarium adiectū, ſic tale pactum vitiatur,& non vitiat,& mouen-

63 tur illa vulgata ratione , quia † vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus , c. vtile, de regul.iur.in 6. Panciról. conſ. 131. num.13. [Capic.deciſ.49.n.3.& ibi Maſull.in addit. n.2.Carauit.ſuper Ritu 167.n. 29. Tiraq.de retract.conuent. ad fin.tit. n.145.Surd.conſ. 248.n.22.Gratia.diſcept.c.555.nu.24. & c. 162.n.16.Surd.deciſ.268.nu. 22. Idem Gratia.

tia.c.657.n.9.& c.757.n.3. & c. 644. n.32.& quid in rebus indiuiduis idem Gratian. cap. 752. num.62. & ratione incertitudinis vtile per inutile vitiatur c.742. nu.59. Surd. conf. 39. nu.27. Torniol. conf.4. nu.13. Aldouin. conf.37. num.37. & conf.40.num.18. Sforz. Odd.conf.96.num.8.Fab.Ann.consil.41.nume.6.& nu.n.7. & conf.46.num.4.Bonaius de statu.glo.19.num.280.] Brun.à Sole,in compend.resolut.proposit.iur.in verbo,vtile, Alba consil.731.nu.1. Matth. Colera in tract. de process.exequut.par.3.cap.9.num.57.nec

64 istud est mirum: quia contractus † vnus potest pro vna parte valere, & pro vna parte non,l.si paterna,vbi Bald.num.3 C.ad Velleian.idem Bald.in l.1.num.14.C.de inoffic. testam. Gabriel.conf.36.num.45.& seq.lib. 2.Honded.d.conf.17.num.31.lib.1. [quod imo contractus non potest pro parte approbari,& pro parte non, Tiraq.de retract.conuention.ad finem titul.nu.4.cum seq.Gratia. discept.cap.301.nu.57. Surd. conf.104. nu. 3.& conf.150.nu.21. Honded.conf.18. nu. 69. lib.1.Aldouin.conf.40.n.14.Giurb.dec. 31.nu.17.Milan,dec.2. num.24.& 25.lib.2. Lancellot.Gallia in consuetud.Alex.in vers. vltra quæst.2. Rimin. sen. conf.91. num.33. Gratian. discept. cap. 141. num.13. Intrigl. decis.7. num.8. Borgnin. decis. 24. num.22. par.2.] sed illud quod dixi, quod pactum vsurarium vitiatur & non vitiat. Limita,

65 † quando creditor in totum vsus fuisset, vel vellet vti illo instrumento, & cõtractu, quia tunc in totum redditur vsurarium,Caualcanus dicta decis.13.nu.37.& 40.lib.2. [Gratian. discept. dicto cap. 717. num.10. Andr. Tanguertius in quadam allegatione sua manu scripta in lib.18.allegation.fol.73.] Gratus consil. 85.lib. primo, & si instrumentum

66 esset totum illicitum, creditor † non consequitur nisi capitale, & hoc cum magna difficultate & fructus computantur in sortem. Ossascus decis.95. num. 3. & 25. Caualcan. decis.præd.num.4.& 37. in fine, glos. fin. in l.fundum,in fine,C.de rei vendicat. Rimin. iunior conf.433.nu.21.lib.5. Rota Genuen. decis.194. num.secundo, Lupus in tract. de vsur.Comment.1.§.7.nu.141.Natta,consil. 498.n.4.& seq.vol.3.Gabr.conf.77.per tot. lib.1. Lancell.Gallia, super consuet. Alex.in verbo,vltra, q.2.n.10. idem Caualc.dec.35. n.32. lib. 1.Milan.dec.2.n.55.lib.2.

67 Quæro † tertio,qua pęna puniatˀ notarius qui fabricauit instrumentũ vsurariũ? Respõdeo,quod est perpetuò infamis,priuatˀ officio & fit periurus. Hostien.in Sũma, tit.de vsur. §.in aliquo, circa finẽ, vers. quid de notario. Bald.in c.Imperialem, §.callidis, vers.scriba n.3.de prohibit. feudor. alienat.per Frider. Ang.in l.scient. ff.ad leg. Pompeiam de parricid. Rom.sing.385.Fel.in c.si aduersus,n.5 de hæret.Cagnol.in l.si librarius,nu.39.ff.de regul.iur.Boui.in tract. de statutar. vrb.præscript.gl.5.n.5.Mars. sing.181.nu.4. Decian. cõs.62.n.39.lib.3.Ant.Tassara in trac.de error.notarior.c.15.Caualc.dec.2.num.4.p.2. Diuus Antonin.in Sũma p.2.tit.1.c.9.de participat.vsurar.§.6.Syluester,in verbo,vsura, il7. [Vgolin.in tract.de vsuris,§. 3.in tit.de Iudęis,& sunt periuri, Laurent. Rodulf. de vsuris p.2.q.58.idem Vgolin.in tit.de pęnis quibus afficiuntˀ,qui vsurarijs fauẽt.§.1. n.2. Farin.de falsitat.q.154.n.14.] Menoc.conf.

68 300.n.84.85. lib.3. vbi dicit,qđ vltra † pęnas superius narratas,teneť in foro conscientiæ restituere vsuras, allegat D.Ant. & Sylu. locis superius allegatis. Nauar.Manuali conf.c.17.n.275.& vltra eos idem dicit Lup. in repet.c.Nauigãti, n.35.de vsur.Moheda. dec. Rotæ 168.aliàs 2.in tit.de Simonia,qui dicunt,quod peccant mortaliter. [Vgolin. in d.trac.tit.de restitut.vsuræ,§.2.n.7.Farin. de falsit. q.154.n.19.]

69 Quæro quartò † an valeat statutum per quod directè vel indirectè aliquo casu permitteretur vsura?& dico quod non,c.cõquestus,de vsuris,Speculator in titu.de vsuris, in fine,Tho. Parpal.in l.placet,col.13. C.de sacrosanct.Eccles. Laurent.de Rodulph.in tract.1. de vsur. q.80. Brun. à Sole in compend. resolut.propos.iur.in uerbo,collectæ, [quòd non ualet etiam si pėrmitteretur quid minimum Scipio Rendin. in promptuar. receptar. sententia. in titu.de statut. tit.109. num. 21. Decian. in tractat.crimin. par. 1. lib.2.c. 34.num.2. Vgolin.de usur.c.5.num. 1.Natt. consil.498. num.24. Osasc. decisio.95.num. 30. Summa Pacifica in titu. de usuris, capit. 10. fol.119. Author.de effectib. Clericat. effect.secundo,nu.94.] immo † ita statuentes

70

excommunicationis pœna damnātur, Clem. 1. §. 1. de vsur. Gallia, cons. 24. num. 22. Peguera, decis. crimin. cap. 30. num. 15. [Corn. cōs. 235. nu. 2. lib. 2. Vgolin. de vsuris, c. 25. §. 1. n. 1. summa Pacifica cap. 13. colum. 2. vers. si egli ha fatto fol. 193.] Plot. consil. 78. num. 22. vbi dicit, quod non solum ipsi † statuentes sunt excommunicati, verum etiam iudices & aduocati Statuto nitentes & contrariā affirmantes, sunt hæretici, Iason in §. fuerat, num. 19. instit. de action. Ioan. de Lignan. in Clement. 1. de vsur. Abb. consil. 39. in princ. volum. secundo, [Cagnol. in l. si librarius, nu. 41. ff. de regul. iur. Menoch. cons. 300. nu. 84. Vgolin. dicto §. 1. nu. 2.] Laurent. de Pinu cons. 111. num. 3. vbi alios allegat, & testatur de commun. opin. Quæ † conclusio limitantur quando per Statutum permitteretur vt soluatur vsura loco interesse, quia tunc valet. Bartol. in l. tutor qui, §. fin. ff. de administr. tutorum, Baldus in l. vsuras, C. de vsur. Alfer. cons. 60. nu. 53. vt si permitteretur solutio vsurarum dotis non solutę, vel non restitutæ in tempore conuento, Couarr. in lib. 3. variarum resolut. cap. 1. num. 3. vers. ab eadem, Suarez in thesauro recept. sentent. litera V, num. 77. & 78. Lupus in cap. per vestras §. 24. num. 3. versic. & tenendo, de donatio. inter virum & vxorem, Crauetta cons. 189. num. 5. lib. 1. Ruinus cons. 224. num. 14. volum. 1. Cepol. cons. 13. in ciuil. Mari. Anguiss. cons. 25. num. 30. Borgnin. dec. 35. num. 27. lib. primo, Iason in l. cunctos populos, nu. 49. C. de Summa Trinitate, & fid. Cathol. Cumia, super Ritu istius Regni, cap. 94. per totum, Cefal. cons. 290. nu. 9. lib. 2. Magonius decis. Lucensi, decis. 17. in fine, Ioseph. Ludouic. in suis commun. conclus. quęstio. 46. ubi dicit, quod hæc est magis commun. * opinio. & in decisio. Lucensi 23. num. 34. Alfer. in addit. ad consil. Andr. Alfer. consil. 60. num. 57. litera E, Peregrin. consil. 100. num. 24. & 25. Alciat. responso 40. num. 3. lib. 1. Paris. cons. 77. nu. 20. lib. 3. & licet per statutum † possit taxari interesse seu usura dotis non solutæ, uel non restitutæ, tamen partes inter se hoc facere non possunt, Nebizanus consil. 74. num. tertio, uersic. tamen etiam ubi alios allegat. Rolandus consil. 55. numero 28. lib. secundo, Turrettus consil. 82. num. tertio, lib. secundo, [Sesse decis. 68. num. 6. cum sequ. Alexand. Raudens. consil. 39. nume. 8. cum sequ. lib. 1. Plot. de in litem iurand. §. 11. num. 16. Dec. cons. 39. num. 5. Siluan. cons. 10. nu. 46.] & illud quod diximus de statuto, † habet locum etiam in consuetudine, quia nec etiam potest permitti aliquo casu vsura, Corradus in tractat. de contract. quæst. 25. 26. 27. & 28. Iason in l. 1. nu. 54. C. de Summa Trinitate & fide Catholica, Anchar. consil. 243. nu. 7. Thinnin. in pract. cautela 94. num. 38. Couarr. vbi supra num. 8. Petrus Roius in decis. Lithuan. dec. quinta, num. 87. & sequen. vbi arguit pro, & contra, & tandem num. 110. concludit, quod talis consuetudo non valet, [Corn. cons. 191 num. 14. lib. 3. Vgolin. in dicto tract. de vsur. cap. 5. num. 2.] & quod † non potest excusare in foro conscientiæ, licet excuset in foro iudiciali, immò num. 112. & sequent. dicit, quod omnes populi, & quod totus orbis non posset inducere hanc consuetudinē, & facere eam validam, Bonacos. in quæst. crimin. in verbo, vsura, lib. secundo, Berous cōsil. 167. & cons. 193. num. 64. volum. primo, Ioan. Baptista Lupus, in l. curabit, §. quarto, num. 66. de actio. emption. Ancharanus Regiens. quæstio. 74. num. 4. lib. primo, Caualc. decis. secunda, num. 40. & decis. 13. num. 19. lib. secundo, Marc. Mantua cons. 11. num. 26. lib. secundo, Iosephus Ludouic. conclus. 51. versic. quando tamen, de qua materia latius loquar infra exceptio. 32. num. ... [Nauarr. consil. 26. nume. secundo, versic. ad primum de vsur. Vgolin. de usur. cap. 5. §. 1. n. 1. Ceph. cons. 549. nu. 77.]

Quæro quintò † an per testatorem possit disponi, ut dum per suum hæredem uniuersalem non soluitur legatum ab eo relictum, soluatur aliquid annuum? & respondeo, quod non; & si uigore talis dispositionis fuisset aliquid solutum, tunc illud extenuat legatum, & cum eo computatur, ita dixit Couarru. lib. 3. uariarum resolut. cap. primo, num. 9. Lupus in capit. per uestras in sexto not. sub nume. 8. de donatio. inter uirum & uxorem, Roland. à Valle consil. 55. num. 21. & sequent. lib. secundo, Iosephus Ludouicus decisio. Lucensi 23. nume. primo, Caualcanus decis. 13. num. 51. & decis. secunda, num.

nu.40. lib.2. vbi dicit, quod ita aliàs fuit iudicatum, & in repertorio suarum decis. in verbo, testator. Ferret. cons. 247. num. 12. & seq. volum. secundo, [Aret. in §. pæne quoq; nu. 8. in tit. de legatis, Aret. cons. 151. nu. 1. à Sol. in proposition. in verb. legatarius cui Menoch. cons. 449. n. 2. Tusc. in lit. V, concl. 337 nume. 54. Lupus in l. curabit, §. 4. nume. 72. Menoch. cons. 440. nu. 2. cum seq. Personalis quæst. 12. num. 36. Franc. Caldas Pereyra in Analitic. commentario cap. 29. & 30. & 31.] Simon de Pretis in tract. interpret. vltim. volunt. lib. secundo, solut. 2. num. 130. & lib. 4. dubit. 10. nu. 99. Ripa in l. nemo potest, nu. 22. ff. de legat. primo, Iason in l. cunctos populos, nu. 59. C. de Summa Trinitate & fide Catholica, Crauetta cons. 89. num. 1. & 2. lib. 1. Hieronymus de Monte, quæst. 4. per totam, Surdus consil. 23. num. 2. & 3. lib. primo, Barbat. cons. 66. num. 4. volum. secundo.

77 Quod † tamen limitari potest, quando testator disponeret & legaret hoc modo; Lego tali centum, vel decem singulo anno, quia tunc valeret legatum, ex quo esse alternatiuum, & non esset in facultate legatarij vtrunque petere, Bald. in l. prima, vers. tertio quæritur, ff. de his quæ pœ næ nom. Ripa in d. l. nemo potest, num. 23. Surdus dicto consil. 23. num. 9. [Lupus in d. §. 4. l. curabit nu. 3. Menoc. consil. 441. nu. 15. vbi allegat. Bald. in l. 1. nu. 38. C. de his quæ pœn. nom. Soc. sen. cons. 41. n. 9. lib. 4.]

78 Secundò † limitari potest prædicta conclusio, quãdo legato adijceretur dies certus ad illud soluendum, & quod interim soluatur aliquid annuum, verbi gratia, si fuissent legata mille, & quod soluerentur inde ad annos quattuor, & quod interim soluantur centum singulo anno, valet tale legatum, Cagnol. in l. curabit, num. 14. versic. secundus casus, de actio. empt. Couarruu. in lib. 3. variar. resolut. cap. 1. in fine, Surdus qui alios allegat, d. cons. 23. n. 12. lib. 1. & in tract. de alim. tit. 9. quæst. 18. n. 10. [Lupus in d. l. curabit, §. 4. n. 73. vers. ex quibus.]

79 Quæro † sextò, an fideiussor possit opponere exceptionẽ vsurarũ, sicut ipse principalis? & dico quod sic, etiam si principalis confiteretur contractum esse legitimum, & non vsurarium, Bald. in l. tam mandatori, col. fi. de nõ numerat. pecunia, Marsil. in Rubrica de fideiussorib. num. 268. Magon. dec. Florent. 110. nu. 4. [Marsil. de fideiuss. nu. 268. Farin. de carcer. & carcerat. quæst. 34. nu. 25. cum seq. Surd cons. 20. n. 1. & cons. 271. nu. 23. Muta dec. 6. n. 8. Alb. Mandell. cons. 215. n. 11.]

80 Quæro septimò, per † quantum tẽpus duret facultas opponendi hanc exceptionem? & dico quod durat in perpetuum, & ei nunquam præscribitur, Socinus iun. cons. 145. num. 59. vol. 1. Bald. cons. 322. vol. 1. Decius in l. petens, num. 7. C. de pactis, Pet. Gerardus sing. 18. Barbat. cons. 51. vol. 1. Curt. iun. in præcit. l. petens, n. 14. [quòd secus voluit, Bertaz. cons. 242. n. 5. lib. 1.] Bouius in tract. de statutar. vrb. præscript. gl. 5. nu. 1. 2. & 13. Viuius dec. 169. n. 1. [Io. Igneus in Repetit. §. non alias n. 516. Ancharan. cons. 336. inhærendo, n. 2. dec. Pedemont. Osasc. 137. nu. 10. Fontan. de pact. nupt. clausul. 4. gl. 13. p. 2. n. 51. Caroc. dec. 133. n. 2. & 11. Bartol. Vgolin. de vsuris c. 27. nu. 21.] Sed est verũ quod

81 † postquam opposita opponens, tenetur eam probare infra quindecim dies, & vltra non auditur, Roma. singul. 46. Arnon. Proble. 98.

82 Quæro † octauò, & vltimò, quis sit iudex competens in causa vsurarum? & respondeo quod est ille qui præuenit, quia cum sit mixti fori, est locus præuentioni, notatur in c. ad nostram, de iureiurando, in cap. illo vos, de pignor. in cap. ad nostram, de emptio. & venditio. & in c. cum dicecesi de vsur. Cassianus consil. 63. num. 18. Paulus de Leaz. in Clemẽtina prima, de vsuris, Bart. Baldus, & Paulus de Cast. in l. Titia, ff. soluto matrimonio, & in l. omnium, C. de sacrosanctis Ecclesijs, Alexander consil. 9. per totum, volum. 4. Socinus senior cons. 219. volum. secundo, Corneus consil. 227. in 3. parte, Socinus in capit. cum sit generale, colum. 7. de foro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio falsitatis non censetur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones.*

2 *Exceptio falsitatis quæ euidẽter patet ex actis, non censetur exclusa per pactum de non opponendo.*

3 *Iudex ex officio etiã parte nõ opponente, põt op-*

ponere hanc exceptionem.

4 *Exceptio falsitatis notoriæ non est exclusa per Pragmaticam super Bulla.*

5 *Instrumentum falsum dicitur nullum.*

6 *Falsitas alicuius publici instrumenti per notariū confecti quot numero testibus probetur.*

7 *Notario asserenti se fecisse falsum instrumentum, non creditur in præiudicium tertij, etiā si ipse notarius esset constitutus in articulo mortis, secus si ipsi notarij essent duo, quia tunc illis fides adhiberetur, & n.11.*

8 *Confessio Notarij dicentis se fecisse falsum instrumentum, inducit quidem præsumptionē ipsius falsitatis, quamuis effectualiter non probet, quod tamen limitandū venit, vt n.9.*

10 *Constitutus in articulo mortis, quando aliquis esse dicatur.*

12 *Iudices duo si confiterentur se tulisse sententiā iniquam, propter pecuniam habitam, an præiudicent parti.*

13 *Testis si cōfitetur se tulisse falsum testimoniū, an præiudicet illi pro quo deposuit: & quid si confessio non esset realis, sed ficta, propter contumaciam, & n.14.*

15 *Sententia lata contra notarium de fabricatione falsi instrumenti, an noceat parti, & an probet contra eam, n.16.*

17 *Instrumentum falsum in vna parte, quando reddatur falsum in totum.*

18 *Testis si deponit falsum circa id quod non tangit negotium principale, an vitiet totam depositionem.*

19 *Instrumentum si declaratur falsum, an contractus in eo contentus dicatur etiam falsus.*

20 *Instrumento vitiato, an vitietur contractus in eo contentus.*

EXCEPTIO VIGESIMA NONA.

Falsitatis.

1 Vigesima nona † exceptio, quæ nō censetur reiecta à statuto reijciēte omnes exceptiones, est exceptio falsitatis, Bar. in l. Lucius ff. ad Turpill. & in l. si veritas, C. de fideicom. Bal. in addit. ad Specul. in tit. de exequ. sent. in Rubr. vers. & nota qđ ista exceptio, Paul. de Cast. in l. si feriatis, ff. de ferijs, Foller. in Pract. cēsuali, §. vt vides, n. 2. carta mihi 218. Ant. Mass. in tract. de oblig. in forma cam. q. 1. in princ. Turret. cons. 74. n. 37. lib. 1. Gramm. cons. 66. n. 1. in ciuil. Decius in c. ex parte il secundo, nu. 89. de offi. deleg. Rebuff. super constit. Galliæ tit. de lit. oblig. artic. 1. glo. 9. num. 15. 16. 17. Milanens. decis. 8. num. 19. lib. 2. Asin. in pract. execut. §. 31. cap. 5. Menoch. in tracta. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 40. Et hoc tanto facilius procedit, si potest de falsitate in continenti constare per publicum instrumentum. Bero. in c. Item cum quis, de restitut. spoliat. [Mart. vot. 52. n. 10. Caluol. in praxi. §. exceptiones concl. 3. n. 21.] Passer. cons. 28. num. 20. Carauita super Ritu M. C. V. Ritu 166. n. 57. 58. 59. 60. 2 61. & † instrumentum esset euidenter falsum tunc talis falsitas nō censet exclusa per pactū de nō opponēdo per qđ sunt exclusæ exceptiones, & defēsiones Ias. cōs. 85. col. 2. li. 1. Burg. in tract. de Laudim. p. 3. inspect. 40. n. 88. vbi ad hoc allegat Mascar. in trac. de probat. cōclus. 739. num. 6. Caroc. in tract. de depos. p. 3. q. 54. [& talis exceptio falsitatis commissæ in causa potest opponi in exequutione sententiæ, Caluol. in pract. §. exceptiones contra libellum, concl. 1. n. 61. sed si requirit altiorem indaginem ista exceptio falsitatis non est admittenda, nec exequtio retardat. Crescentius dec. Rot. Rom. 19. de fide instrument. Siluest. Zacchia in addit. oblig. Cameral. q. 17. n. 31. Peregr. dec. 148. n. 6. & an talis exceptio falsitatis impediat immissionem ex remedio l. fi. C. de edict. Diui Adrian. tollend. Ceuall. commun. contra commu. q. 848. num. 5. Siluester Zacchia in addit. oblig. camer. q. 17. n. 30. Inttrigl. super Bulla q. 5. num. 7.] Imò tali † casu 3 iudex ex officio etiam nemine opponente debet hanc exceptionem opponere, Marsil. consil. 89. num. 22. Asinius in tractat. de execut. §. 3. num. 54. [Farinac. in tractat. de falsitat. quæst. 159. num. 49. & nume. 50. cum sequent.] & † quando falsitas est certa & no- 4 toria, & constat ex lapsis seu instrumentis, non censetur reiecta à nostra Pragmatica super Bulla, Domin. Milanensis in dicta decisio. octaua, nu. 20. & 33. & decis. secunda num. 42. & decis. 3. nume. 16. lib. secundo, vbi allegat Firmianum super eadem Pragmatica in verbo falsitatis, Iason in l. 1. §. hoc edicto in quinta colum. de oper. noui nunc.

Alex.

Alex.conf.59.n.17.lib.4.Foller.loco iam dicto,n.4.& 5. [& impedit executionem literarum Apostolicarum. Franc. Monald. cons. 104.n.2.lib.1.an talis exceptio falsitatis impediat immissionem in remedio l.final. C.de additt. Diui Adrian.toll.quod non Menoch. de adipiscend.remed.4.nu.726.Farin.decis. Rot.Roman.831.n.3.] & ratio cur ista exceptio non censeatur reiecta, ea esse potest, 5 quia † instrumentum falsum dicitur nullum, l.Paulus,ff.de verborum signifi. Barbat.cōs. 43.nu.10.lib.1.Th[illegible]s Docc.alleg.5.n.14. post cons.54.Monald.cons.101. nu.5. lib.2. Sed exceptio nullitatis non censetur sublata per hoc statutum,vt dixi supra excep. 20.nu. 1.ergo eodem modo nec exceptio falsitatis sublata esse censetur, imo per talem exceptionem instrumentum reducitur ad nihilum, vt dixere Doctor.præcitati. [Franc. de capitibus liste cons.71.n.4.inter cōs.criminal. diuersorum lib.1.Alb.cons.99.n.1.]

6 Quæro † modo,quot testibus probetur instrumētum esse falsum ,dic quod per tres vel ad minus per duos etiam non descriptos in instrumento D[illegible]. omnes in l.in exercendis, C.de fide instr.& in l.1. §.si quis [illegible] ff.quemadmodum [illegible] Bar.in l.optimam [illegible] n.13.C.de [illegible] & communit.stip.Gram.d.cons.66.n.[illegible] in ciuil.Pract. Papiens.in forma oppos. contra instrum.[in glos.in verbo dignoscitur, nu.1.& seq. [illegible] mihi 344. Marcell.Cala in tract.de modo articul.& prob.[illegible] nu.7. de qua quæstione diuitibarius superius in exceptione 10.n.1.& seq. [& probatur falsitas instrumenti præsumptionibus quando agitur de tollendo fidem ipsi instrumento clar. in §. falsum [illegible] est conclus. [illegible] Farin.cons.1[illegible] n.43.in [illegible] lib.1. & ad conuincendū notarium de falso probationes debent esse liquidissimæ [illegible] Farin. de falsitate [illegible] 39.[illegible]

7 [illegible] an credatur notario asserenti se fecisse falsum instrumentum? & respondendum est, quod non in præiudicium tertij, et [illegible] esset in articulo mortis constitutus, Paulus de Castro in l.Sola, in [illegible] Vallella [illegible] cons.72.n.5.[illegible] Baldus in l.[illegible] ff.ad Sill.[illegible] Bald.in [illegible] dicatur,in 3.col.Cod.de [illegible] idem Bald.& Salicet.in l.generaliter, in vlt.notabili, C.de non num.pecun.Ang. in l.errore,C.de test.Alex.cons.133.num.6.lib.7. Boss.in tract.crim.tit.de falsis,nu.95. & 99. Natta cons.124.n.15.lib.1. Surd.decis.135.nu.2.& decis.107.n.1.& cons.173.n.81.lib.2 [Rolan.a Vall.cons.85.n.7.lib.2.Grammat. cons.ciuil.72.n.5. Marsil.in tract.de fideiuss. n.39. Morot.cons.69. n.36. Carpan. in stat. Mediol.c.344.n.23.Scaco.de Iudic.c.73.nu. 2.versic.si vero lib.1.] Mandell. cons.485. 8 nu.2.vol.3.vbi dicit num.4.quod † licet non inducat probationem, inducit tamen præsumptionem falsitatis talis confessio facta p cōstitutum in articulo mortis. Petr.Anguiss. cons.73.n.8.lib.6.& cons.3.n.14.lib.1.Odd. cons.78.n.7.& 8.lib.1.vbi testatur de cōmu-9 ni opinione. Quam conclusionem † limitabis quoties cum assertione notarij concurrissent aliæ coniecturæ,& verisimilitudines. Baldus cons.252.n.2.vol.4.Surd.decis.135.n.4.& 5 & decis.107.n.7.& cons.290.n.46.& 47.lib. 2. Carpan.super Stat.Mediol.c.344.nu. 23. 10 lib.1. Et † tunc dicitur aliquis constitutus in articulo mortis, quando decedit ex infirmitate,in qua erat tempore confessionis absque sanitatis interuallo.Bald.in c.1. in vlt.col.de pact.& in l.ait lex,§.1.ff.ad legē Aquil.Bart. in l.quod de pariter, ff.de reb.dubijs,Marsil. in tracta.de bannitis in verbo,mortui, n. 24. [Sebast. Medic. in tract.mors. omnia soluit. 11 p.1.n.114.] secus † si essent duo notarij qui confiterentur fecisse falsum instrumentum, quia tunc probarent.Boss.d.n.95.& 96. dicit 12 idem esse, † quando duo iudices confiterentur se tulisse sentētiam pecunia mediante, & 13 quod est dictum in notario, procedit † etiam in teste,qui si confiteretur se tulisse falsum testimonium, ei non creditur in præiudicium tertij.Bart.in d.l.generaliter, in 1.& 2. Lectura,C.de non numer.pecun. Anchar. cons.24. nu.2.Fulgos.cons.173.Decius cons.189.nu. 2.& 10.Mars.cons.78.n.15.& cons.102.n.7. Tindarus in tract.1.de test.variat. in secunda parte prin. Afflict. super constit.si damn.clan dest.n.34.Brunus cons.62.nu.5.& 8. vbi bene examinat istam conclusionem. Ruinus cons. 146.n.5.vol.5.Brun. à Sole, in compend. resolut.propos.iur.in verbo,testi dicēti,Claud. Tuc.Alleg.31.nu.3. Gabr. in suis conclus. in tit.de malefic.concl. 32.per totam,vbi hanc

con-

conclusionem ampliat, & limitat diuersis modis. Boss. in d. tit. de falsis, n. 19. [Bursat. cõs. 439. n. 24. Grammat. cons. 3. n. 2. in Crimin. Viuius decis. 171. n. 6. Mattheus Brun. cons. 62. n. 8. Curt. senior. cons. 69. n. 1. Fabius Turrett. cons. 9. n. 8. lib. 1. Tutius allegat. 31. n. 3. Villalob. in tract. Commun. opin. in verbo. iudici. nu. 115. vbi dicit quod iudici, vel testi etiam in articulo mortis nõ creditur,] & † q d si confessio notarij vel testis non esset realis, sed ficta, propter contumaciam, vide eundem Boss. tit. pręd. nu. 97. Nattam d. cons. 124. nu. 15. lib. 1. Et subsequẽter iuxta † prædicta quęro, quid si fuisset lata sentẽtia contra notariũ, propter fabricationem falsi instrumenti, vel contra testem propter falsum testimonium, an talis sententia præiudicet partibus? & respondeo quod sic, si pars fuit citata, aliàs secus. Bar. in l. 2. ff. de præuaricat. Fel. in c. cum Ioãnes, col. 7. vers. sed fortè, de fide instrum. Roland. cons. 13. nu. 15. lib. 2. [Boss. in tit. de sentent. n. 86. Gomes. in tit. de delict. to. 3. c. 1. n. 88. Ruin. cons. 15. n. 11. lib. 5.] Bocr. decis. 118. n. 17. Alba. cons. 485. nu. 9. volum. 3. Surdus decis. 135. n. 3. & cons. 173. n. 82. lib. 2. vbi dicit, † quod licet non faciat probationem contra partem, facit tamen aliqualẽ præsumptionem, & leuem suspicionem, & allegat Bart. in d. l. Lucius, ff. de infam. & Nattam cons. 394. n. 24. [Roland. cons. 13. n. 15. lib. 2. Moroc. cõs. 17. n. 11. Boss. vbi sup. n. 87.]

Quęro, quartò, † quid si instrumentum sit falsum in vna parte, seu in vno capitulo, an reddatur in totum falsum? & dicendum est quod si falsitas est in parte substantiali negotij principalis, tunc instrumentum redditur in totum falsum, secus si esset falsum in accessori s, quia tunc non vitiatur in totum, sed in illa parte tantum, in qua est falsum. Innoc. in c. fraternitatis, de hæretic. Specul. in titul. de instrum. edit. §. instrumentum, versic. quid si aliquod instrumentum. [Ang. de malefic. in verb. falsarius nu. 45. & ibi addent. Foller. in pract. Crimin. in verb. item quod commisit n. 8. Alb. cons 485. n. 1. Mathesilan. in additt. singul. 40. Diaz. regu. 348. Mascar. de proba. conclus. 742. nu. 1. cum seq. Menoch. de præsump. pręsump. 21. n. 1. lib. 5. Io. de Amic. cõs. 154. n. 12. Lancellot. Gallia. cons. 15. n. 45. Ripa respons. 128. nu. 16. fol. 170.] Gabriel. in lib. 7. suarum conclusionum, tit. de malef. cõcl. 3. n. 1. & seq. vbi alios allegat, & ponit istã cõclusionem pro regula, quam varijs modis ampliat, & limitat. Practica Papiensis in forma product. instrumen. in gloss. in verbo, appaream, nu. 2. carta mihi 333. vbi adest copiosa addit. in litt. A. Menoch. in tractatu de præsumptionib. lib. 5. pręsumpt. 21. vbi latissimè examinat istam conclusionem. Hieron. de Laurent. in Rota Auenion. decis. 33. nu. 2. & decisio. 65. n. 5. Fuscus in suis singularibus litera I. n. 42. Beretta, cons. 53. nu. 9. Trosius super Ritu M. C. V. ritu 166. nu. 32. Quæ cõclusio † procedit etiam in depositione testis, in qua si testis deponit aliquod falsum, quod non tangit negotium principale, eius depositio nõ vitiatur, nisi in parte, in qua est falsa. Anton. de Butrio, in c. cũ causam, de test. Socin. iun. cons. 17. nu. 9. lib. 3. & cons. 31. n. 27. & cons. 41. nu. 11. lib. 2. Ias. in l. 2. nu. 16. C. de bon. possess. secund. tabul. & in l. si ex falsis, n. 10. C. de transact. & in l. 1. nu. 45. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdict. Brun. à Sole, in Compend. resolut. proposit. iur. in verbo, testis dicto suo. Alex. Raudẽs. cõs. 2. n. 113. li. 2. [Simon de Prætis cons. 60. n. 8. Gabr. cons. 169. nu. 67. Grammat. cons. 31. n. 14. Plot. de in litem iurand. tit. 44. n. 10. Roland. cons. 33. n. 5. lib. 2. Marsil. sing. 618. Monald. cons. 42. n. 21. Valasc. decis. 51. n. 15.]

Quintò, & vltimò quæro, † quid si instrumentum fuisset declaratum falsum, an cõtractus in eo contentus dicatur etiam falsus? Et dico, quod non. Bossius in tract. crim. titul. de falsis, nu. 34. Menoch. cons. 881. nu. 14. lib. 9. Bald. in l. alia, nu. 2. C. de his quib. vt indign. vbi etiam Barb. in addit. Tiraq. in tract. de retractu Lignagier, §. 2. gl. 1. n. 1. & seq. Boccat. super constit. Aegid. gl. 7. n. 5. circa medium. Asin. in tract. de exequut. §. 1. c. 10. nu. 6. Soc. cons. 2. in princ. vol. 3. & ratio est, quia vitiato † instrumento, non vitiatur contractus in eo contentus, dummodo aliàs constet de cõtractu. Imola, & ceteri Scribentes, in l. serui filij, §. eum qui chirographum, ff. de legat. 1. Boccat. d. n. 5. & dixi latius supra in prælud. n. 234. & seq. Alia potest esse ratio istius cõclusionis, quia instrumentum respicit notarium, contractus verò partes. ita Asinius vbi supra. [Decian. cons. 29. n. 80. libr. 2. Fontanell.

nell. de pact. nuptial. lib. clauf. 1. n. 5. Menoch. conf. 881. n. 4. Surd. conf. 318. nu. 17. Morot. conf. 39. nu. 15.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quod res petita non est in rerum natura, non censetur exclusa à Statuto reijciente omnes exceptiones.*

2 *Debitor rei quando sit liberatus si res perijt, & n. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*

5 *Actio personalis non solum prosequitur personã obligatam, sed etiam rem petitam.*

12 *Debitor obligatus dare vnam ex duabus speciebus, an liberetur ab vtraque, si vna ipsa rem moreretur, & quid si nõ est obligatus disiunctiuè, sed coniunctiuè, nu. 13.*

14 *Res fuisse eodem modo perituram penes creditorem prout perijt penes debitorem, quomodo probetur.*

15 *Iudex potest condemnare ad pretium quãdo res petita esset iam perempta.*

16 *Mora quando dicatur regularis, & quãdo irregularis remissiuè.*

EXCEPTIO TRIGESIMA.

De re non existente.

1 TRigesima † exceptio, quæ non censetur reiecta à statuto reijciẽte omnes exceptiones, est exceptio, quod res, quæ petitur vigore Instrumenti, non est in rerum natura, Bened. de Barz. in tract. de guarentig. instru. in 2. p. circa finem, versic. supra duodecimo, Dec. in c. ex parte, il 2. nu. 90. de offic. deleg. Afin. in pract. §. 31. c. 49. Menoc. in tract. de præsum. lib. 2. præsum. 48. n. 41. Carpa. super stat. Mediol. lib. 1. c. 116. nu. 212. & ratio esse potest, 2 quia † re perempta, debitor etiam quod sit in mora, quam nostrates vocant irregularem, censet liberatus. [Menoch. in tract. de præsump. lib. 3. præsump. 138. per totam, sic etiã in emphiteotã quando res est perẽpta liberatur à censu. Surd. conf. 400. n. 15. Paris. de re integrat. feudor. c. 126. idẽ Surd. dec. 198. n. 6 Molin. de cõtractib. disput. 457. n. 3. Siluest. in summa in verb. emphiteosim n. 4. Costa in tract. de rat. portion. q. 38. n. 4. Gratia. com. contra com. q. 312. n. 6. Corbol. de iure emphyt. tit. de priuat. ob non solutum Canon. limit. 18. n. 3. Thesauri fori ecclesiastici c. 30. n. 10. Mastrill. dec. 141. n. 23. de Laratha cõs. 6. n. 16. Gratia. discept. c. 165. n. 6. Farin. dec. Rota Rom. 227. n. 1. & 3. in fi. lib. 2. cons. crimin. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glo. 18. nu. 110. p. 1. & quid in solutione pretij, prout in seruo vendito, & mortuo non liberatur Morla in emporio iuris q. 11. n. 4. fol. 354.] Alex. in l. de diuisione, ff. sol. matri. Alciat. in l. quod te, circa fin. ff. si cer. pet. vbi Ias. n. 25. & Cagnol. n. 97. testatur de cõi * opi. l. naturalis, §. sed si schiphos, ff. de præscript. verb. Facchin. lib. 2. controuers. c. 72. Guido Papa in l. incendium, n. 1. & seq. C. si cert. pet. & in3 telligas, si † res fuisset eodem peritura penes creditorem prout perijt penes debitorem, gl. commu. approbat in l. si verberatum, ff. de rei vendic. Bart. & Imola, in l. nemo, ff. de verb. oblig. Magon. dec. Lucensi 69. nu. 23. & hoc 4 † procedit tantum in actionibus realibus, l. item si verberatũ, §. fi. ff. de rei vendi. l. de eo, §. si post, ff. ad exhibendum, Bar. in l. quod te, nu. 10. ff. si cer. pet. & in l. nemo rem suam, §. 1. ff. de verb. obl. Dec. in d. l. quod te, nu. 46. vbi testat de communi opin. & ibidem Curt. iun. n. 31. & Cagn. n. 79. & Aluar. n. 6. Bellon. lib. 4. supput. iur. c. 8. Robert. Aurelian. lib. 1. sent. iur. c. 23. Menoc. in tract. de præsump. lib. 3. præsump. 138. n. 2. secus in actionibus personalibus, in quibus etsi res esset ita peritura penes creditorem, prout perijt penes debitorẽ, adhuc ipse debitor non est liberatus, sed dẽt soluere æstimationem rei peremptæ, l. si pecunia, §. fi. ff. de cond. causa data, l. si filiusfamilias, §. si post diuortium, ff. sol. matr. l. apud Iulianum, §. 1. & l. cum seruus, §. fructus, in fi. ff. de leg. 1. l. cum filius familias, in princ. & in §. fi. ff. de verb. obl. l. qui decẽ, ff. de solut. Bar. in l. quod te, n. 10. ff. si cer. pet. vbi ẽt Ripa, n. 28. Aurelian. d. c. 23. Menoc. præsump. præd. nu. 4. Facchi. li. 8. controuers. iur. cap. 100. in princ. [& dicitur perẽpta quando eius vsus haberi non potest, Camill. de Laratha cons. 6. n. 16. Andr. Gail lib. 2. obseru. 23. n. 24.]

5 Et ratio diuersitatis est, quia † in actionibus personalibus non petimus simpliciter rẽ, sed prosequimur etiam personam obligatã; ideo re perempta, non perit obligatio, quia perso-

na ipsa remanet obligata; in realibus autem res simpliciter petitur, ideo re casu perempta, reus remanet liberatus, si ita esset peritura penes eundem actorem, Facchin. & Aurelian. locis præcitatis, Menoc. d. tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 138. n. 3. [Mart. dec. 33. n. 13. & in subsidium datur contra singulare successorem, & possessorẽ rei. Menoc. cons. 63. n. 22. Crauet. cons. 201. n. 8. Tusc. in lit. A, concl. 99. n. 22.] sed id quod dixi, qđ

6 in † actionibus realibus reus liberatur, re perempta, intelligas, si ipse reus est in bonafide, [Tusc. in lit. M, cõcl. 381. n. 2. & 5.] secus si in mala, quia tunc non liberaĩ, etiam si codẽ modo esset peritura penes creditorẽ, L. illud, ff. de petit. hæred. Facchin. d. c. 100. vers. ex hoc respondeo, Bronchorst Belga in Conciliat. cent. 1. assert. 48. circa medium. Secundò

7 intelligas, nisi † creditor fuisset rem venditurus, quia tunc etiam possessor bonæfidei tenetur ad reficiendum pretium rei peremptæ, & si ipsa esset eodẽ modo peritura penes creditorem, d. l. item si verberatum, §. fi. ff. de rei vendic. Facchin. d. lib. 8. controuers. c. 100. vers. hoc responso, Bronchorst d. assert. 48. in princ. Menoc. præsump. præd. n. 3. Has duas

8 limitationes, siue intelligentias sublimites in debitore ex causa depositi, qui si res esset eodem modo peritura penes creditorem, semper & indistinctè liberatur, est tex. in l. si plures, §. 1. vbi Bar. ff. depositi. & etiam quod creditor esset rem venditurus. Tertiò intelligas,

9 nisi † debitor fuisset in mora, quam nostrates vocant regularem, quia tunc debitor non censetur liberatus, etiam si res fuisset eodem modo peritura penes creditorem, l. quod te, ff. si cert. pet. l. si ex legati, & l. nemo, §. 1. l. cũ filius familias, ff. de verb. oblig. l. electio, §. si is quem, ff. de noxal. action. l. si in Asia, §. fin. ff. depsit. l. cum seruus, §. fructus, ff. de leg. 1. [Surd. cõs. 12. nu. 58. Tusc. in lit. D, cõcl. 55.

10 n. 4.] quæ omnia intelligas † quando quis esset debitor speciei, [Nauarr. consil. 32. de præbend. tom. 1. fol. 341. Albert. Brun. de deminution. num. 110. inter tract. diuersorum tom. 17. fol. 372. Berous cons. 194. nu. 22. lib. primo,] secus si generis, vel quantitatis, quia tũc debitor nullo casu liberatur, Guido Papa, in l. incendium, per totam, C. si cert. pet. & præcipuè num. 3. vbi distinguit, qñ res debita perijt facto hominis, & qñ nõ, & ẽt quando facto creditoris, vel facto tertij, & quãdo lege permittẽte, & quando resistente; & id quod dixi quod debitor quantitatis

11 nunquam liberatur, limitatur, qñ † quis esset obligatus ad quantitatẽ respectu speciei, qa tũc specie perẽpta debitor liberaĩ à quãtitate promissa, Bart. in l. cũ vires, n. 7. ff. de leg. 1 & in l. quidam testamento, §. si tibi, vbi etiã Io. de Imola, eod. tit. Tiraq. in tract. cessante causa, n. 224. Guido Papa in d. l. incendium, n. 4. ff. si cert. pet. [Tusch. d. concl. 381. n. 1. & 6.] Iuxta supradicta quæro, quid † si qs

12 esset obligatus dare vnam ex duabus speciebus, vt puta Seium vel Stichum, an tunc vno mortuo liberetur à tota obligatione, ita vt si conueniatur, possit opponere & dicere, quod res deducta in obligatione, iã perijt. An verò possit prçcisè cogi ad aliãẽ & dico, qđ tũc debitor põt cogi pcisè ad dãdũ rẽ quç superest, ex deductis in obligatione, est tex. & ibi hoc not. Doctores, ĩ l. Stichũ aut Pãphilũ, ff. de solut. Guid. Papa d. n. 3. & dicã in meo tract. de effectibus, tit. de effect. dictionũ, in dictione

13 (aut) quod pcedit, etiã si debitor nõ est obligatus disiunctiuè, sed coniunctiuè [Pancirol. cons. 165. num. 23. Carau. super Ritu 4. in fin.] vt dare Stichum & Pamphilum, quo casu vno mortuo, non liberaĩ ab alio, Guido

14 Papa vbi sup. Quando autẽ præsumaĩ † qđ res fuisset eodẽ modo peritura penes creditorem, sicut perijt penes debitorẽ, ponit Menoc. in tract. de præsum. lib. 3. præsum. 138 1. n. 6. & seq. vbi distinguit, & ponit multos casus. Et aduertendum est circa præsentẽ ma-

15 teriam, quod licet res † petita non existat, attamen in casibus in quibus reus venit condemnandus, iudex potest ipsum condemnare ad eius æstimationem, licet ipsa æstimatio petita non fuerit; & tunc sententia non diceretur extra petita, Bar. in l. si seruum, §. fin. ff. de verb. oblig. Bald. in l. fi. C. de fideicom. libert. Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium, nu. 22. ff. de dam. infecto; [Nuntius Pellicia in consuetud. Auersan. c. 3. n. 596.] Et quia superius feci distinctionem de mora regulari,

16 & irregulari, ideo si vis scire † quando mora dicaĩ regularis, & quando irregularis, vide tex. & DD. in l. mora, ff. de vsu. & in c. mora, de reg. iur. in 6. Nauar. cons. 3. n. 6. p. 2. in tit. de

de vsur. Capic. decis. 14. n. 20. Oddo cons. 94. n. 25. lib. 1. DD. in l. quod te, ff. si cert. petat. [an dicitur in regularis exceptione frustiuū Gratian. discept. c. 243. & c. 240. nu. 13. Bim. cons. 279. n. 22. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 7. n. 91. Borgin. decis. 22. n. 3. & nu. 15. cum sequ. lib. 4. Paseth. cons. 117. Surd. decis. 211. n. 3. Peregr. de fideicommiss. artic. 49. nu. 87. Bimius cons. 132. nu. 21. Io. And. Georg. allegat. 1. n. 26. Galganet. de condit. & demostr. p. 2. c. 1. q. 66. n. 20. Surd. decis. 240. n. 3.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio resolutionis contractus non censetur reiecta à Statuto reijciente omnes exceptiones.*
2 *Contractus resolutus habetur pro non facto.*
3 *Exceptio resolutionis contractus, an censeatur exclusa à Pragmatica super Bulla.*
4 *Exceptio resolutionis cōtractus, dicitur realior ceteris exceptionibus.*
5 *Contractus quomodo resoluatur, & n. 7.*
6 *Contractus societatis quomodo resoluatur.*
8 *Statutum, vt destruatur, requiritur eadem sollemnitas quæ interuenit in eius celebratione.*
9 *Statutum in destruendo quot partes populi requirantur.*
10 *Testamenta, & codicilli quomodo destruantur.*
11 *Contractus si à principio fuit celebratus cum publico instrumento, in eius resolutione requiritur etiam publicum instrumentum.*
12 *Forma, & sollemnitas obseruata in celebratione contractus, an in eius resolutione requiratur intellige, vt n. 13. & 14.*
15 *Res quando dicatur esse integra.*
16 *Resolutio contractus est eiusdem naturæ, prout est eius constructio.*
17 *Forma requisita à statuto in costructione actus requiritur etiam in eius destructione.*
18 *Statutum si requirit scripturam, vel tot testes ad probationem debiti, eadem requiritur ad probationem solutionis ipsius debiti.*
19 *Contractu princip. resoluto, resoluuntur etiam omnia pacta in ea apposita.*

EXCEPTIO TRIGESIMAPRIMA.

Resolutionis contractus.

1 TRigesimaprima † exceptio, quæ non censetur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones, est exceptio resolutionis contractus. Bologne. cōs. 12. n. 28. vbi allegat glossam, Bar. & DD. in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam, qui in meo libro nō loquuntur aliquid de ista exceptione, licet dictum istud in se sit verum, ex rationibus per eū ibi adductis [Giurb. decis. 55. n. 9. & n. 22. Muta decis. 26 n. 31. & quid in resolutione dominij Anton. de Ball. in suo tract. lib. 5. super Bull. q. 2. nu. 16. cum sequ. Aldouin. de Aldouin. cons. 40. n. 31. Mastrill. decis. 47. n. 6. & decis. 64. n. 12. 2 & decis. 92. nu. 6.] & præcipuè ex ea, quia † contractus, siue actus resolutus, habetur pro nōn facto, l. nec vllam, ff. de petit. hæred. Cephal. cons. 288. n. 12. lib. 2. Afflict. decis. 40. in fine, & est text. in l. 1. §. quibus, ff. quod cuiusque vniuer. nom. Crauet. cons. 80. n. 4. lib. 1. Becc. cons. 6. n. 4. Surd. cōs. 400. n. 12. lib. 3. [Fab. de Monte in tract. de emption. & vendit. q. 8. n. 5. Zanet. in eodem tract. sub pacto de retroendendo n. 72. & annullato contractu annullantur omnia alia promissa in codē contractu Menoc. cons. 888. Boccat. in tract. de cens. lib. p. 2. n. 166. Pontan. de spolio lib. 3. n. 132.] quæ conclusio corroboratur ex eo, quod dicit Bero. in c. item cum quis, n. 35. 36 & 37. de restit. spol. Dom. Milanes. decis. 8. n. 3 53. & seq. lib. 2. dū disputant, † an per Pragmaticam super Bulla, qua reijciuntur non solum exceptiōes, verum etiam defensiones, censeatur exclusa ista exceptio? & tandē cōcludunt, quod non, & quod ista exceptio tāquam releuās aliàs fuit admissa per M. R. C. vt testatur idem Dom. Milanens. decis. præd. 4 n. 63. vers. & ideo ex præmissis, & quod † ista exceptio sit realior ceteris, dixit idem Bolognet. d. cons. 12. n. 27. vbi allegat tex. in l. ab emptione, ff. de pact. & in l. nihil est tam na- 5 turale, ff. de reg. iur. contractus † autem dissoluitur de consensu vtriusque partis, & cum actu retrosimili, l. 1. vbi Bald. & Salic. n. 1. C. quando liceat ab empt. disced. glos. in l. Paulus respōdit, ff. de solut. Bar. Aret. Ias. Decius

Mm & alij,

60 Quartò intelligas, † quando esset obligatio faciendi, quia tunc dilatio concessa principali prodest suis fideiussoribus. Bal. in d. l. quoties, n. 4. C. de precib. Imper. offer. Marches. d. nu. 24.

61 Quæro tertiò, an lite † pendente super exactione debiti, possit per debitorem impetrari dila-

dilatio siue moratoria aliqua? & dicas qoud sic Io. de Amicis cons. 150. num. 7. quod secus est, † si fuisset decisum contra debitorem, quia tunc non posset impetrari moratoria. Guido Papa, decis. 97. Tessaur. decis. 186. nu. 7. quod procedit, etiam † si nondum fuisset iudicatum, sed esset in calculo ferendæ sententię, quia etiam isto casu non posset impetrari, & moratoria impetrata non prodesset. Natt. cons. 233. n. 4. & 5. lib. 2. Tessaur. d. nu. 7. vbi hoc corroborat varijs argumentis, quod tamen non seruatur in isto Regno, in quo vidi pluries impetrari dilationes per debitores post latam sententiam, & facta adiudicatione, & liberatione (quam nostrates vocant) pro satisfactione ipsius creditoris. Et aduertendum est, quod quando impetratur moratoria in casu supradicto, debet fieri mentio status causæ aliàs redderetur subreptitia, per ea quæ dixi supra hac eadem exceptione, num.....

61 | 63

64 Quærò quartò, † an inferior à Principe absoluto, possit concedere dilationem moratoriam debitoribus? & dicas, quod non, si dilatio ipsa cōceditur ex mera gratia l. si vnus, §. hodie, & l. maiorem, & l. rescriptum, ff. de pact. & l. fi. C. qui bonis cedere possunt. Paul. de Castr. in l. 1. §. qui magistratum. n. 9. & per text. & gl. ibid. ff. quod quisque iur. Carauit. super d. Ritu 287. n. 3.

65 Quæro quintò, † an istæ moratoriæ dilationes quæ conceduntur debitoribus ad satisfaciendum suis creditoribus, præsumantur concessæ à Principe motu proprio, an verò ad partium petitionem? & dico quod præsumuntur concessæ ad petitionem partis, & nō motu proprio, nisi hoc dicatur expresè in rescripto, Bart. in l. 1. nu. 15. vbi Iacob. Rebuff. C. de petitio. bonor. subla. lib. 10. Carauit. d. Ritu 287. n. 12. Grammat. cons. 34. nu. 4. ego verò putarem, quod si dilatio esset generalis concessa omnibus debitoribus, præsumeretur concessa motu proprio Principis concedentis. [Ias. in l. 3. nu. 2. & 6. ff. quod quisque iuris Valasch. decis. 25. n. 17.]

66 Quæro sextò, † an dilatio seu moratoria concessa debitori, transeat ad suos hæredes, & eis prosit? & dico quod non. Imol. in l. maritum, ff. sol. matrim. [quod talis moratoria non transit etiam ad fideiussores l. quia personale, & ibi Bart. ff. sol. matr. Muscatel. in praxi ciuil. p. 4. n. 22. Marsil. de fideiuss. nu. 275. Marescott. variar. resolut. c. 129. n. 1. p. 2. Intrigl. cons. 17. n. 48. 53. & 54.] Fuscus in Singul. litera D. n. 11. Vincent. de Franch. decis. 179. Trosi. super d. Ritu. 287. nu. 15. vbi ad hoc adducit optimam rationem, & in simili videmus in beneficio † ne quis conueniatur vltra quam facere potest, quod nō transit ad hæredes. Brun. in tract. de cession. bonorum, q. 6. nu. 8. quartæ quæst. principal. [Franch. decis. 698. Io. Aloijs. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 257. Idem Castagn. q. 6. ampliat. 4. n. 5. fol. 190. maximè ad hæredes extraneos, vt per eundem Castag. q. 3. n. 2. vers. & istud priuilegium non transit.]

67

68 Quęro septimò, à quo † die incipiat currere dilatio, scilicet an à die concessionis ipsius vel à die quo fuerit præsentata, & notificata creditori? & respondeas, quod à die datæ. Guido Papa decis. 109. Brun. in tract. præd. q. 26. n. 3. Boui. in tract. de statutar. Vrb. præscr. gl. 21. nu. 72. Cumia super Ritu istius Regni, c. 80. nu. 9. qui omnes mouentur per text. in cap. eam, de rescript. & in cap. dilectæ, de præbend.

69 Quæro † octauò, an possit renunciari beneficio, impetrationis moratoriæ seu renunciari moratoriæ concedendæ? & dico quod sic. Coler. in tract. de process. exequut. p. 1. c. 10. n. 228. Iacob. Butrigar. in tract. de renunciat. vers. beneficio induciarum.

70 Quæro nonò, & vltimò, an Princeps possit concedere dilatione seu moratoriam debitoribus ad soluendum? & quod interim soluatur interesse ad rationem de tot pro centenario, prout solebat fieri in isto Regno tempore quo erat Prorex Comes Oliuarez? & dico quod hic † sunt distinguendi duo casus, scilicet, aut sumus in casibus in quibus ratione moræ de iure debetur interesse, qui casus sunt quattuor, scilicet, cum interesse succedit loco fructuum, idest quando emptor fruetur re, & precio. [Sim. de Præt. cōs. 198. n. 15 lib. 1. Alex. cons. 147. num. 1. & 2. lib. 5. Paris. cons. 75. n. 17. lib. 4. Magon. decis. 143. nu. 17. Honded. cons. 30. n. 16. lib. 1. Surd. cons. 290. num. 32.] l. curabit, vbi glo. & DD. C. de act. empt. glos. & DD. in cap. conquestus, de vsur. cū quis cogitur mutuare pecuniam Principi,

71

cipi, vel Reipublicæ. Abbas in cap. in ciuitate, in fine, de vsur. Iaf. in l. cunctos populos, n. 53. Cod. de Summa Trinit. & fide Cathol. cum quis reuera probaret se damnum passũ fuisse propter dilatam solutionẽ, vt quia fuit coactus accipere pecuniam sub vsuris. Innoc. in c. 1. & in c. salubriter, de vsuris, Paul. de Castro, & Salic. in l. 2. C. de vsur. Gayl. in Pract. obseru. lib. 2. obseruat. 6. n. 2. Iaf. in l. nummis in 4. notab. ff. de in lit. iurando & vltimo loco in persona quę est solita negotiari, l. eos, §. illos, C. de vsur. Alex. conf. 221. n. 1. & 7. libr. 2. Iaf. in d. l. cunctos populos, n. 50. C. de Summa Trinit. & fide Cathol. [Gruiel dec. Dolan. 92. n. 2. Anchar. conf. 150. nu. 2. Tusch. in lit. V. concl. 337. n. 73. Rimin. iun. conf. 67. n. 1. Simon de Prætis. conf. 151. n. 104. Mantic. dec. 53. n. 2. idẽ Tusch. in lit. I. conc l. 299. n. 4 Cagnol. in l. j. n. 37. C. de sentent. quæ pro eo. Rot. Genu. dec. dec. 1. n. 43. & dec. 19. n. 10. & dec. 81. nu. 8. Anto. à Gama decis. 109. n. 3.] Osasc. decis. 143. num. 5. vbi alios allegat & * dicit, quod hæc opinio ** est receptissima, 72 & communis, quæ supradictæ † vsuræ dicuntur recompensatiuæ, & debentur omni iure etiam Diuino, l. 3. §. fi. C. de eo quod certo loco, l. atqui natura, §. non tantum, ff. de negot. gest. l. socium, ff. pro socio, l. in contraria, ff. de vsur. c. peruenit de fideiuss. c. dilecti, de foro compet. not. Innoc. in c. sacro, de sentent. excommun. Syluester in Summa in vers. vsura, Couarru. qui adducit ad hoc multa iura, multasque auctoritates tum Theologorum, tum etiam Canonistarum, & Ciuilistarum, in lib. 3. variar. resolut. c. 4. n. 1. & vltra ibi per eum adducta idem dixerunt Bal. in l. cunctos populos, C. de Summa Trinit. & fide Cathol. & in l. 1. C. de sentent. quæ pro eo. Bouius. in tract. de statutar. Vrb. præscr. gl. 5. n. 11. circa med. & nu. 13. [Tusch. in lit. I. concl. 313. n. 4. & lit. V. concl. 337. n. 21. & 80. Rimin. Iun. conf. 67. n. 8. Cagnol. in l. curabit n. 23. C. de act. empt. Io. Petr. Bim. conf. 137. nu. 30. Alb. Mandell. conf. 211. n. 5. & conf. 209. num. 21. Ruin. conf. 104. n. 1. lib. 4. Honded. conf. 41. n. 34. lib. 2. Socc. Iun. conf. 66. nu. 10. libr. 2.] Socin. sen. conf. 133. num. 3. volum. 3. Cumia super Ritu istius Regni, cap. 21. nu. 37. Alba. 73 conf. 211. nu. 5. lib. 2. quæ vsuræ vt dixi, † debentur post, & non ante moram, DD. omnes, in c. nauiganti, de vsur. Sal. in Authentic. Ad hæc, n. 13. C. de vsur. Aret. conf. 151. in fine, & conf. 156. etiam in fi. Curt. iunior in l. 2. §. mutui datio, n. 21. ff. si cert. pet. Rebuff. conf. 29. nu. 4. Crauett. conf. 87. nu. 5. & conf. 187. n. 7. & conf. 320. nu. 2. Plot. in repet. l. si quando, nu. 453. C. vnde vi. Natta conf. 370. vol. 2. Caualca. decis. 13. nu. 7. lib. 2. [Mantic. decis. 283. n. 6.] & ista dua vltima vocantur interesse lucri cessantis, & damni emergentis, 74 quæ † quomodo probentur ponunt Menoc. in tract. de arbitr. casu 119. per totum. Mascard. in tract. de probat. concl. 933. per totã, Gayll. in tract. de pignorat. obseru. 17. n. 7. & in pract. obseruat. lib. 2. obseru. 6. n. 4. & seq. [Tobias Non. conf. 82. n. 7. Rimin. iun. conf. 52. num. 32. cum sequen. Mascard. de proba. conclus. 933. numer. 8. Lancell. Gall. consilio 123. num. 35. Gratia. disceptat. cap. 67. num. 9. cum sequent. Tuschus in littera I. conclus. 302. numer. 9. cum seq. Decius consilio 539. numero 10. & sufficit summarie apparere de interesse Mantica. decisio. 333. numero 2. & quæ requirantur Rota. Genuensis decision. 1. numer. 46. decision. 37. numer. 12. Masull. ad diction. ad Capyc. decision. 19. numer. 8. Tuschus. in litter. I. conclus. 302. num. 1. cum seq.] Colera in tractat. de process. exequut. part. 1. cap. 10. numer. 102. & 113. & seq. vbi dicit, quod isto casu datur iuramentum sup-75 pletorium, & † supradictis quattuor casibus Princeps secularis potest permittere vsuras, quoniam tunc non sunt vsuræ, & taxando, & limitando, dummodo talis taxa, & limitatio non sit nimis immoderata, & excessiua, prout talis taxa potest etiam fieri per consuetudinem, legem, vel statutum. Alex. consilio 31. numer. 5. & sequent. libr. 6. Natta consil. 586. numer. decimo. libr. 3. Crauetta consilio 594. numer. 10. & sequent. libro 4. Rota Genuens. decis. 194. num. 3. & sequent. Lupus in tractat. de vsuris comment. 1. §. 4. num. 91. & comment. 3. §. 4. numer. 116. Alex. de Neuo, consilio 95. numero 15. & 16. libro 1. Caualcanus decisio. 13. numero 38. libro secundo, quod procedit etiam, si Statutum taxaret aliquantulum excessiuè, vt ad rationem de duodecim pro centenario. Natta d. n. 10. Lupus eod. nu. 91. Roland. consil. 40. num. 25. & sequent. libro 2. Caualcanus dicto num. 38.

[& ratione intereſſe omni iure debebatur Rom.conſ.94. nu.1. vbi addent. Rimin.iun. conſ.67.n.4.Pappon. conſ.91.n.6. Roland.à Vall.conſ.14.n. 1.lib.2.] & ſi fieri † poteſt per legem conſuetudinem, vel ſtatutum, quanto magis fieri poterit per Principem, qui dicit lex animata in terris,l.Princeps,l.digna vox, ff.de legib.Bald.in l.pen.in fi.ff. de Senator. Matth.Brun.conſ.154.n.54.Alba.conſ. 185. n.29.Pernus noſter Siculus in tract. de Principe, circa medium, poſt ſua cõſilia feudalia, [Tuſch.in lit.I.concl.312.n.1. Crauett.conſ. 470.nu.11.] Et non † ſolum intereſſe poteſt taxari, & limitari per Principem,Legem,vel Statutum,verum etiam per iudicem vel officiales ad hoc deputatos,in caſibus ſcilicet in quibus realiter debetur intereſſe. Corn. cõſ. 318.in fine;lib.4.Affl.deciſ. 284. per totam. Lupus in tract. præd. de vſur.comment.1.§. 6.nu.128.Surd.conſ.327.nu.55.lib.3.Caual can.deciſ.19.n.20.& deciſ.35.nu.6.libr.1.& dec.13.n.65.68.vol.2.[Bell.deciſ.Gen.dec. 194.n.5. Rot.Gen.dec.117.n.5. Rim.iun.cõſ. 68.n.27.]& ex hoc inoleuit cõſuetudo in iſto Regno, quod quando intereſſe eſt nimis eccesſiuum illorum qui acceperunt pecuniam ad metam,taxat etiam intereſſe, prout ſibi videtur. Et intereſſe † taxatum à Principe, Legẽ,Statuto,vel Officiali,dicitur æquum,& iuſtum Guido Papa,deciſ.170. vbi adeſt optima add.Crauett.conſ.594.in fi. vol.4.Caual can.d.deciſ.13.n.38. [Virgin.Boccat.de interd.c.17.n.203.Maſtrill.deciſ. 17. num.9.] & hæc † taxa ſecundum aliquos debet fieri ad rationem de octo pro centenario. Alex. conſ.31.n.5.lib.6.Natt.conſ.586.n.10. lib.3 Crauet.d.conſ.594.n.10.Rota Genuenſ.deciſ.194.n.3.Lupus d.Comment.1.§.4.n. 91. Alex.de Neuo,conſ.95.n.15.& 16. Caualca. deciſ.2.n.11.& deciſ. 13.n.38.libr. 2. Caroc. in tract.de locato,& conducto, tit.de vſur.q. 14.& in Regno iſto communiter ſolet taxari ad rationem decem pro centenario ſed hoc † non poſſunt taxare inter ſe partes à principio contractus, quia hæc pactio eſſet vſuraria. Dec.conſ.19.n.12. Plot.in repet.l.ſi quando n.452.& ſeq.C. vnde vi,vbi teſtatur de communi * opinione. Frecc. in tract.de præſent. inſtrum.in 7.p.q.11.Crauet.conſ.189.n. 5.6. & 7.lib.1.Neuiz.conſ.74.nu. 2. Natta conſ. 490.n.5.& 6.lib.3. Purpur.conſ. 183. col. fi. Socin.conſ.130.col.2.lib.4.Grat.conſ.11.n. 29.& 30.lib.2.Caualc.deciſ.35.n.17. libr. 1. Alba,conſ.629.nu.6. vbi Vincent.Annib.in addit.in litera A,& conſ.211.n.1. [Roderic. de ann.reddit.lib.3.q.7.n.21.41.44. Siluan. conſ.10.n.46.Anchar.iun.q.33.n.3.lib.2.Farin.deciſ.892.n.3.& in deciſ.331.n.1. in fine lib.2.conſilior.Menoch.conſ. 1180. nu.19.] vbi ad hoc adducit rationem, quia † ea quæ à futuro dependent, non poſſunt à principio taxari.Bald.in l.cunctos populos,col.3. verſ. deinde pono,C.de Summa Trinit.& fide Catholica quæ concluſio limitari poteſt aliquibus modis,& [vidi in addit.poſita in exceptio.28. n.73.& Pancirol.cõſ.57.n.30.]

Primò,† quando partes taxarent intereſſe minus quã reperitur taxatum ex forma Statutorum,vel conſuetudinis,vt ſi Statutum dictaret quod pro dote non ſoluta vel non reſtituta (prout diſponitur in Ritu illius Regni,de quo loquar hic inferius) ſoluatur ad rationem ſeptem pro centenario,poſſunt partes paciſci,vt ſi dos non ſoluatur in tempore promiſſo ſoluatur ad rationem quinque vel ſex pro centenario, quia hoc pactum non eſſet vſurarium. Crauett.conſ.89.nu.2.lib. 1.& conſ.145.n.4.& 5.eodem lib.Burſat.conſ.11 n.26.& ſeq.libr.1. Rebuff. in comment.conſtit.Gall.tit.de litt.dilatorijs,art.1.gl.1.n.57 Pariſ.conſ.131.nu.21.lib.4. Hieronymus de Monte q.4.n.4.& ſequen. Caualc.d.deciſ.36 n.20. vbi dicit, quod † ſecus eſt, ſi taxatio eſſet maior,quam ſtatuto permittitur, quia tũc redderetur vſuraria,quo ad excedens, & valeret quo ad intereſſe legitimum. Caualc.deciſ.31.n.33. lib.1.& deciſ.13. nu. 68.libr.ſecundo,Natta,conſ.497.nu. 11. & conſ.498. nu.4.5.& 10.lib.3. Decian.conſ.105.nu. 26. libro 2. [Maſtrill. deciſ.17.num. 12.] Cephalus conſ.29.nnmero 10. & ſequen. libro ſecundo,Riminaldus ſenior conſ.91.num.33. libr.primo,Lancell.Gallia, ſuper conſuetud. Alexandr.in verbo, vltra, per totum. Dominus Milanenſis, deciſion. ſecunda, numero. 54.& ſequent.libro ſecundo, qui omnes mouentur ex eo, quia vtile per inutile non vitiatur.

Se-

84 Secundò limita † quādo à principio fuisset pactuitum inter partes, vt si debitor non solueret in tempore conuento, teneatur soluere tot pro centenario ratione interesse, & tempore quo interesse debebat solui, fuit probatum, quod erat tātum vel maius, quia etiā talis pactio non saperet vsurariam prauitatē, Lupus in tractat. de vsur. comment. 1. §. 6. n. 226. Riminald. senior cons. 318. nu. 37. vol. 2. Cagnol. in l. curabit, n. 63. & 70. ff. de action. empt. Neuiz. cons. 74. nu. 3. Cauālc. decis. 13. n. 70. lib. 2. [Rot. Gen. decis. 91. nu. 32. & decis. 193. n. 6.]

85 Tertiò limitabis, † quando taxa esset facta à principio per viā annui reditus, vel census vt si esset venditum prædium pro scutis, centum, vt dum emptor non solueret pretiū fuisset pactuitum, vt singulo anno soluat tot. [Anchar. q. 33. nu. 5. libr. 2. Alba. cons. 209. n. 21. & cōs. 211. n. 5. Turret. cōs. 31. n. 9. cum seq. lib. 3.] Nam hoc modo possunt partes à principio taxare interesse, dummodo hæc taxa non excedat fructus prædij; sed legitimum interessepretij non soluti. Socin. senior, cons. 88. per tot. & præcipuè n. 20. libr. 4. Paris. cons. 60. nu. 21. lib. 1. Couarr. lib. 3. variar. resolut. c. 4. n. 6. & in isto Regno hoc est specialiter permissum per Bullam Papæ Nicolai V. dūmodo sors principalis, seu capitale stet demortua, aliàs esset vsura, & fructus computaretur in sortem.

86 Quartò limita, † quando pactuitum esset ab initio inter socerum, & generum de soluendo tot pro centenario, ratione dotis in tempore non solutæ, quia tale pactum valet, Cardin. Abbas, & Anchar. in c. salubriter, de vsur. Bald. Nouell. in tract. de dote, p. 7. priuileg. 3. Alexand. cons. 31. lib. 6. [Capic. decis. 65. n. 4. Cæuall. cōmun. contra Comun. cōcl. 394. vers. sed contrariam qui de com. testatur Gratia. discept. c. 143. n. 10. Lup. in c. per vestras in 6. notab. §. 8. vers. 8. infertur nu. 3. de donation. inter virum, & vxor. fol. 403. Idem Lupus in l. curabit. §. 4. num. 75. C. de action. empt. Borg. Cauālc. decis. 22. n. 3. cū seq. libr. 4. Rubeus Alex. cons. 108. n. 2. & quando pactū non factū ratione dilationis potest taxari à principio interesse secundū Bursat. cōs. 11. n. 26. Turrett. cons. 31. n. 10. & nu. 14. Olasch. decis. Pedemontan. 143. n. 2. Menoch. consil. 1180. n. 2. cum seq. Thesaur. decis. 43. nu. 2. vers. item non valere] Socin. sen. cons. 88. n. 2. & 4. libr. 4. Corn. cons. 95. & cons. vlt. col. 3. lib. 2. Conrad. in tract. de contract. q. 35. concl. 7. Imol. in l. insulam, §. vsuras, ff. solu. matr. Syluest. in Summa, in verbo. vsuras, il 3. q. 3. Dec. cons. 11. n. 13. & cōs. 119. & in cap. cum venerabilis, n. 4. de except. Couarr. lib. 3. var. resolut. c. 1. n. 3. vers. 4. Brun. à Sole, q. 46. nu. 16. vbi alios allegat, & præcipuè varios Theologos, & Summistas Rimin. senior, cons. 318 n. 32. Neguzant. in tract. de pignor. p. 5. mēb. 5. n. 16. Cephal. cons. 290. nu. 7. & seq. vol. 2. Cagnol. in d. l. curabit, nu. 34. & seq. Cod. de actio. empt. Crauet. cons. 89. n. 2. lib. 1. Paris. cons. 131. n. 21. lib. 4. Caualcan. decis. 35. nu. 23. lib. 1. Hieron. de Monte, q. 4. nu. 4. & licet nonnulli relati à Couar. & à Socino, in locis supra allegatis, tenēāt contrariam opinionē, attamen eorum opinio vltra quod non est vera, est à consuetudine reprobata aliqui verò ex Doctorib. supra allegatis, vt est Caualca. Rimin. Neguzant. Cephal. Cagnol. Crauet. & Paris. distinguunt, & adducunt pro distinctione id, quod ego dixi in prima limitatione, quam paulò ante posui, sed illa est potius limitatio ad principalem conclusionem, quæ distinctio istius limitationis, cum Doctores adducti pro vtraque parte, loquantur simpliciter, & indistinctè, ideo eorum distinctio nō potest adaptari ad conciliandas has contrarias opiniones, Hieronym. de Monte, d. n. 4. ponit aliam distinctionē, quæ neque mihi videtur posse adaptari ad aliquem casum, ideo eam non referam cū homines hodie non sint ita fatui, vt voluerint contrahendo promittere aliquid ratione vsurarū, vt ipse dixit, quæ omnia procedunt, in † vidua, vti dos non restituitur per hæredes viri in tempore debito

87 Couarr. qui multos alios allegat, in lib. 3. variar. resol. d. c. 1. n. 4. vers. 6. hic. Alex. cōs. 141. vol. 5. Affl. dec. 284. Plot. in repet. l. si quando §. 11. num. 24. C. vnde vi. Roland. cons. 35. n. 6. lib. 1. Capic. decis. 19. n. 8. Surd. cons. 194. n. 6. & cons. 269. n. 22. lib. 2. Cotta in Memorial. in verb. dos soluta. Brun. à Sole, in Compēd. resol. propo. iur. ī verb. mulier recipiēs, & in verb. vxoris ad Caualc. dec. 26. n. 25. lib. 3. & decis. 8. nu. 55. eodem lib. Pancirola, cons. 8. nu. 6. Gabriel. cons. 145. n. 6. 7. 8. & 9. Dom.

Cumia super Ritu istius Regni,c.94. per tot. [Thor.incompend. decis. in verbo. interesse dotis Ceph.cōs.133.n.130. Aret.in §.fuerat n.6.institut.de action. Thom. Doc. cons.37. Marzar.cons.37.nu.130. Plot.cons.37.n.7.] quicquid tenuerint aliqui relati à Neuizan. cons.74.& à Natta,cons.490.n.5.& 6.lib.3. & id quod dixi de vidua,ac viro, cui non fuerit in tempore soluta,vel restituta dos,† procedit etiam in cessionario ipsorum.Paris.cōs. 64.per tot.vol. 4. Monter.decis.Aragon.35. num.8. [Roderic.de ann.reddit.libr.3.q.7. n.59.& an debeatur mutata persona mariti Gratian.discept.c.247.n.14.]

88

89 Quintò limita, † quando is qui exbursat pecuniam, esset solitus negociari, & constaret tantum illum verisimiliter lucraturū fuisse.Alex.cons.200.nu.3.vol.6.Dec.cons.322. nu.4.Cagnol.in l.curabit,nu.56. C. de pact. inter empt.& vēdit.& in l.vnica, n.51. C.de sent.quæ pro eo quod. Couarr.lib.3.variar. resol.c.4.n.5. illatio.7. Paris.cons.60.nu. 31. vol.1.Gozadin.cons.55.n.11. Lup.in d.l.curabit,comment.1.§.6.nu.126.Bursat.consil. 320.nu.54.& 56. Surd.cons.327.n.54.lib.3. [Ruin.cons.104.n.3.lib.4.Carpan. in stat. Mediol.cap.43.nu.17.& an exceptio vsurarū potest opponi aduersus statutum quod nulla exceptio impedit. Caroc. decis. 133. num.1. & an impediat exequutio instrumenti cum guarentigiā, & iuramento vt ibi Caroch.n. 4.& de locat.tit.de vsuris q.12. Surd. consil. 327.nu.9.& 17.] Et redeundo ad secundum membrum diuisionis principalis quęstionis, scilicet,quando sumus in casu, in quo ratione dilatæ solutionis nō debetur vsuræ, & interesse, & sic extra illos alios quattuor casus positos supra nu..... & tunc principes sæculares † non possunt aliquid disponere, vel statuere,quia esset permittere vsuras; quod facere non possunt. Crot.cons.78.n.2. vbi loquitur in Imperatore. Lancell. Gallia, cons. 24.num.37.& 40. [Anchar.cons.243. circa finem Alex.cons.1. in fi.libri 2.Ann.cons.70. nu.4.Ceph.cons.549.nu.68.cum seq.] eo † quia vsura est prohibita de iure diuino, tam veteris,quā noui testamenti, Nauarr. in Cōment.de vsur.n.9.& 16.Turrec.cons.91.n.16 lib.1.Boccat.in tractatu de interd. vti possidet.c.18.n.133.& 170. Clar.in §.vsura,vers.

90

91

sciendum. Bona coss.in libr.2.commun.opin.in verbo,vsura, Rimin.iun.cons.83.n.5.lib.1.& cons.339.n.47.lib.4.Couarr.lib.3.variar.resol.c.1.n.5. [Iacob.de Graffis decis.1.nu n.2.cum seq.p.1.vbi plura loca allegat Petrus Bellug.in specul.Princip.Rubr.11. §.de vsuris n.3.vbi Bonell.in addit.in lit.A. Bursat.cōs. 90.n.27.lib.1.Ant.Scapp.in tract.de iure nō scripti c.169.n.2.Sebast.Medic.in sūma peccatorum p.1.tit.6.q.60.à Valle cons.35.n.26 Lup.in l.curabit,comment.1.§.3.num.32.] vbi alios allegat, & dicit, quod est prohibita † omni iure,scilicet,diuino,humano,naturali,canonico, & ciuili, Afflict.super constit. Regni, libr.1.tit. de vsur.nu.26.Iass.in l.cunctos populos,num.48.C.de sum.Trin.& fide Cath.Curt.iunior, cons.179.n.2.& 4. Alcia. cons.49.nu.4.Bero.cons.207.num.10.lib.2. Rimin.iunior,cons.218.nu.10.& seq.lib.2. Gallia,cons.24.n.7. Matth.Colera,in tract. de process.exequut.p.1.c.10.n.30.& seq. Alba,cons.211.n.1. [Tusch.in lit.X.cōcl.337. n.1 .cum sequ. Alex.cons.49.n.2.lib.4. & cōs. 57.n.1.& ibi Addēt. in verb. publicam eod. lib. Alex.de Neuo cons.100.n.9.& 13. Rimin Iun.cons.83.n.5.Villalob.in verb. vsura num. 67.Vgolin.de Vsur.c.3.§.1.n.1.] & quod sit † prohibita de iure diuino, habetur in Exodo,c.22.Leuit.c.25.Ezechiel.cap.18.Dauid Psalmo 14.Luca c.6.quę omnia loca noui,& veteris testamenti,ad hoc allegat, & ponderat ex nostratibus Ludou. Piguer. in quæst. Crimin.c.30.n.9.vbi etiam allegat Guliel. Peralt.in Summa, de vitijs, & virtutibus,to. 2.tract.de auaritia,& dixit etiam Bursat.cōs. 90.n.27.Cephal.cons.549.nu.60. Thimm. in Pract.cautela 94.n.29. [Tusch. d.concl. 337.n.6. Lup.vbi supra n.33.] & de iure canonico † habemus totum titulum de vsuris & quamquam,eod.tit.in Clemen.& eod. tit.& in Decreto habetur 14.q.3.& seq. [Lup. in d.§.3.n.34. Villaut.de vsur.q.6.n.1.] humano † naturali, acciuili, colligitur ex ijs,quæ scribunt Bartolus in lege prima numero 4. & sequent.Codic. de Summa Trinitat.& fide Catholic. vbi etiam Iason.numero.47. & sequent. Piguera, dicto capitulo.30. numero septimo,& sequent. & numero. 16.& sequent. vbi ponit sex rationes, ob quas vsura apparet esse prohibita. Rolandus. consil.

92

93

94

95

fil.35.in fi.lib.1.Galliæ,d.consf.24. n.7. in fi. Menoc.consf.300. n.2. lib.1. Gayl.lib.2. obseru.5.n.5.& 6. Thinnin.d.cautela 94.n.29. [idem Lap.d.§.3.n.35.cum seq.& c.1.§.5.n. 1. Villaut.de vsur.q.3.n.13.] & 96 † in tantum est prohibita vsurarum exactio, vt etiam si palliaretur sub nomine interesse, adhuc non potest per Principes sæculares permitti, ex quo vt dixi, [facit de Graffis dec.169.n.1. cum seq.p.1.] est prohibita iure diuino, super quo 97 † iure Principes sæculares dispēsare nequeūt. Affl.super const.Regni Neap.lib.1.rub.6. n. 25. & seq.Alex.de Neuo consf.166.n.19.& cōsilio 101.n.21.in fi. & consf.102.nu.12. Gallia, * consf.24.n.38.vbi testatur de communi* opinione, Curt.iun.in l.eius qui in prouincia,n. 5. ff.si cer.pet.Alba,consf.211.n.1.gl. & DD. in d.l.cunctos populos, & in l.quia in omnibus,de vsur. Bald. qui loquitur in Imperatore, in rubr. de nouo C. faciendo,num.6.& in Authent.habita,nu.13.C.ne fil.pro pat.& in Auth.ad hæc,C.de vsur.Barb.consf.16. nu.6. lib.4.Peguera in quæst.crimin.c.30. nu.9. & per tot. [Mart.p.4.cent.1.cas.93.n.21.de iurisd.Bart. Vgolin.de vsur.c.2.§.1.nu.1.Ant. Riaggia de consuet.q.6.n.156.]

98 Ampliatur dicta conclusio † vt etiam in vno nummo nō possint Principes seculares permittere vsuras,Bal.in d.Authent.Ad hæc,circa principium,Natta cōsf.591.n.16.lib.3. Couarr.in lib.3.variar.resol.c.1. n.8. Pet. Roiz in dec. Lithuan.5.n.244. Bonacoss.in quæst. crimin.lib.2.in verbo,vsura,Plot.consf.78.n. 22. [Barthol. Vgolin. in tract. de usur. c.2. §.2. n.1. cum seq.]

99 Amplia secundò, vt † nec Hebręis, vel alijs infidelib. possint Principes sæculares expressè vel tacitè per tolerantiam permittere, vt exerceant vsuras,Bald.in præcit.Authen.Ad hæc,nu.3.& in l.1.C.de Summa Trinit.& fide Cathol.Pet.Roiz d.dec.5.vbi meminit de infortunio cuiusdem Episcopi permittentis Iudæis fęnerari in Ciuitate Bononiæ. Anch. consf.243.Barbat.consf.16.n.6.li.4.Curt.iun. in l.eius qui in prouincia,nu.5. ff.si cert. pet. vbi dicit, quod hęc opinio est magis pia Marquat.in tract.de Iudic. c.11. nu.11. Belluga in Specul.princip.Rub.11.vbi Borell.in add. n.24. Natta consf.498.n.20.& seq.lib.3. Villagut.in tract.de vsur.q.9.& 10. Gallia consf. 24.nu.38.Brun.à Sole, in compend. resol. posit. iur. in verb. Principes non posse, vbi alios allegat,& dicit hāc opinionem esse magis communē, ** & veriorem, licet alleget nonnullos alios qui contrarium tenuerunt, à quorum opinione est fugiendum veluti à peste,vt dicit Affl.in const.Regni,lib.1.titu.de vsur.n.25.& 29. Roiz d.dec.5.nu.105.& nu. 256.Ferrettus consf.37.nume.3.lib.1. ex quo talis opinio est causa nutriendi peccatum, [Alexand.consf.1.in princ.vers.sexto per ca, Anchar.consf.243.in fi.Ceph.consf.549.n.68. Tusch. in lit. V, concl.338.nu.1. Mart.de iurisd.p.2.c.23.n.23.Menoc.consf.300.n.89.] Tessaur.dec. 57. per tot. ubi examinat hanc quæstionem ad partes, & adducit hincinde uaria argumenta, & transcribit duo consilia unum Amodæi à Ponte, & alterum Gasparis Tessauri eius filij, & tandem concludit, ut 100 † nec per tolerantiam possit Princeps sæcularis in suo statu permittere usuras, nisi accedente permissione Summi Pontificis. immò Prin-101 cipes cæterique † alij officiales temporales debent prohibere Iudæis & alijs infidelibus, ne Christianis mutuent sub usuris, & punire contrauenientes, Villagut. in tract. de usur. d.quæst.9.& 10. Olasc.dec.137.nu.18. Ant. à Sola, in consti.ueter.Sabaudiæ,tit.de vsur. glo.2.n.5. Rolan.consf.55.nu.15.& 16. lib.2. Thinnin.in pract.cautela 94.n.32.& seq.Piguera Hispan. in q.crimin. c.30. num.13. & seq.Menoc. consf.300.n.86. & seq.lib.2.

102 Amplia tertiò, † ut nec etiam propter bonum publicum possit permitti usura, ita not. in c.peccatum,de reg. iur. in 6. Ias. in §. fuerat.nu.19. Instit.de actio.Rub. Alex.consf.55. per tot.Alser.consf.59.n.6. Plotus in repet.l. si quando,n.470.C.unde ui.Natta consf.498 n.21.lib.3.Peguera d.c.30. n.14. [Tusch.d. concl.338. n.1. & n.19. Alex.consf.49. nu.6. lib.4. Nauar.consf.2.n.2.& consf.3.num.1.tit. de usuris.]

103 Amplia quartò, ut nec † etiam pro opere pio possit dispēsari super usuris per principes sæculares, ut pro maritandis puellis pauperibus,pro ædificanda Ecclesia, uel manutenendo Hospitali,c.super eo,de usur. Laurent. de Rodulph.in tract.de usuris in Rubrica Marquad. in tract.de Iudæis,c.11.nu.14. uers.& hanc partem, Cephal.consf.549.n.74.lib.4. Thin-

Thinnin.i pract.cautela 94.n.34. [Alex.cōs. 27.n.9.lib.4.Sebast.Medic.in summa peccatorum,c.85.fol.58.Graffi.dec.Aureę p.2.lib. 2.c.24.n.37.Nauar.cons.3.n.1. titu.de vsur. lib.2.Vgolin.de vsuris cap.7.§.4.vers.& hæc conclusio,in fine.] Et non solum per † Principes seculares non potest permitti vsura, verū etiam neque per Romanum Pontificem inter Christianos,Conrad.in præcit.tractat.de cōtract.q.25.& seq.Ias.in l.1.n.54.C.de sum. Trinit.& fide Cathol.Anchar.d.cōs.243.Couar.lib.2.variar.resol.c.1.n.8.Alex. cons.64. nu.8.lib.6.Rol.cons.55.nu.15.vol.2. Cefal. cons.549.n.76.lib.4. Thinnin.in pract. cautela 94.nu.32.Tho.Docc.cons.33.n.11.Pet. Roiz,d.dec.5.n.248.& seq. vbi illud corroborat varijs medijs,& nu.268.dicit ex Alex. cons. 1.n.2.lib.2. quod nunquam apparet ex quacunque causa Papam hoc permisisse.Natta d.n.21.Affl.super constit. præd.de vsur.n. 29. [Alex.cons.93.n.7.vers.nec obstat lib.6. Tusch.in lit.P,concl.69.n.15. Clar.in §. vsura,n.7.Farin.dec.340,nu.2.& in particulare potest dispensare dixit Franc. Castracane de societate,c.4.num.40.] quod secus est inter † Hebræos & alios infideles quia eis potest permittere vt exerceant vsuras.Couar.d.n.8. Alex.d.cons.1.n.3.7.& 10.lib.2. Curt.in tracta.de consuetud. car.14.n.2. Marquad.in tract.de Iudæ.c.11.nu.14. Pet.Roiz d.dec.5. n.309. Ias.in d.l.cūctos populos,n.54.& seq. Lancel.Corrad.in templo om.iud. lib.1.c.1. §.3.in vers.vsuras debet tollere, nu.5. quicquid in contrarium dixerint DD. allegati p. Roiz loco præcitato, Gallia cons. 24.nu.43. vbi dicit,quod concesso Summi Pont.nō debet extendi ad vsuras grauissimas, & immoderatas,Ferret.cōsil.37.nu.20.& seq. Sed an † Papa possit cōcedere Principibus Christianis, vt in eorum statu permittant Hebræos, vel alios infideles fenerari,Alex.d.cons.1.& cons.107.lib.2.& cons.49.lib.4. Vrsill.in adnot.ad Affl.dec.22.n.4.[Corrad.de contractibus tract.2.q.28. Lup.in tract.de vsuris,§. 4.n.68.in fi.Mart.de iurisdi.p.2.c.13.n.29.] Tessaur.d.dec.57.per totam, vbi subsequenter ponit prædicta duo consilia Amodæi de Ponte,& Gasparis Tessauri eius filij,& transcribit quandam Bullam Papæ Sixti V. felicis recordationis, per quam Bullam permisit Ducibus Sabaudiæ, & Pedemontium, vt in eorū terris permittant Hebræis recipere vsuras, dummodo non excedant decem & octo pro centenario: Et ratio quare Papa nō possit permittere vsuras inter Christianos, est, quia † ipse non potest facere de peccato non peccatum,quādo peccatum est inductum de iure diuino. [Alex.cons.1.n.2.lib.2. Tusch. in lit.P, concl.69.n.13.& in lit.V,concl.338. nu.20.] Natta cons.498.nu.21.lib.3.prout est vsura, vt ipse dicit, quæ continetur sub præcepto: Non furtum facias.quod ius † diuinum Papa tollere non potest, sed bene ex causa illud declarare,limitare, & modificare, c.præsul, 2.q.3.c.in omni,de testib.c.ex parte,& c.à nobis, de decim. c.1. & c. salubriter, de usur. Gambara in tracta.de offic. Legati à latere,lib.10. nu.364. vbi ad hoc allegat uarios Theologos. Couarr. lib.3. uariar. resol. c.1.n.8. Gallia cons.24. n.38. Piguer.in dec. crimin.c.30.nu.13. [Mart.de iurisd.cent.1. p.4. cas.93.nu.3.14.& 15.Tusch.d.concl.69. nu.14.& 26.& quid ex causa rationabili, n. 29.& 34.& concl.51.n.6.Farin.dec.114.nu. 4.Gozad.cons.51.nu.34. Io. Franc.Leonius in thesaur. fori ecclesiast. p.2.c.23.num.4.] Roland.cons.55.n.16.lib.2.Thinnin.in practic.cautela 94.num.33. Lelius Zeccus in libro de Republica Ecclesiastica, titu.de statu sanct.& beatiss.Romani Pontificis,nu.7.ubi longa serie hanc quæstionem examinat, Ias. in d.l.cunctos populos,num.55.& seq. C. de Summa Trin.& fide Cathol.ubi etiam dixit, † quod Papa non potest statuere contra Euāgelium, Zecch. loco citato,nu.8. per totum, [Tusch.in lit.P, concl.69. num.7. & non dispensare contra statutum uniuersalem ecclesiæ,ut ibi num.9.Farin.dec.114.nu.4.] Hieron.de Monte,q. 6.nu. 4. qui ex hoc infert, quod Papa non potest dispensare super matrimonio contracto, [Tusch.d.concl.69.nu. 23.Mart.de iurisd.p.4.cent.1.cas.64. n.15. & cas.93.nu.14. Gozad.cons.51.num.16. idem Mart.d.p.4. cas.194.n.7. Nauarr.cons.4.nu. 16. de spons. impuber.] ex quo est de iure diuino,contra quod Papa non potest statuere,ut iam dixi,& habetur per eum ibi,nu.14. 23.29.31.& seq.quo loco latissimè examinat conclusionem quando Papa possit dispensare contra ius diuinum,Lancellot.Corrad.loco

eo proximè citato, num.6.& in eodem §.3.in verbo, ius diuinum ex causa limitare, nu.14.5.& 6.& in verbo, ius diuinum non tollit, per totum. Et quod † aliquid sit de iure diuino, accipitur quattuor modis, de quibus habet per Caccialup.in tract.de pension. Eccles.q.19. Hieron.de Monte, d.q.4. num.21.& 22. [idem Author D.Carlus de Grassis in tract. de effectibus cleric.effect.1.nu.5.] sicut nec † potest dispensare contra articulos fidei, & si hoc tentaret, statim redderetur suspectus de hæresi, & per consequens quoad authoritatem desineret esse Papa, gl.in c.si Papa, 40. dist. Gambara, d. tract.de offic. Legati à latere, lib.10.nu.371.& 372. [Tusch. in lit. P, concl.69.nu.11. Marta de iurisd.p.4. cent.1. cas.64.nu.14. & cas.79.nu.33. & cas.93.nu.15.] Felin.in c.constitutus, col.8. de rescri. Corrad.in d.templ.omn.iud.lib.1.c.1.§.3.in verbo, ius diuinum ex causa limitare, num.2. Zecch⁹ in lib.de Republ.Ecclesiastica, tit. de statu sanctiss. & beatiss. Romani Pontificis, num.9. Secus † in his quæ sunt inducta de iure positiuo, quia super his Papa potest dispensare, [Berous quæst.famil. cap.3. nu.5. Billott.de absolut. iuramenti lib.2.cap.3. nu.12. Gemin. cons.8. nu.6. & 7. cons.53. in princip. vers. quædam est potestas supprema Tusch.in lit.P, concl.49.nu.1.& quando potest tollere sine causa, Paris. cons.5.num.84. lib.4.Mart.de iurisd.p.2.c.37.nu.5. Gozad. cons.51.nu.15. Io. Franc. Leonius Thesaur. fori ecclesiast.p.1.c.15.n.17.] Archid.in c. fi.n.14. quæst.6.Alex.d.cōs.1.lib.2. Fel. in c. quæ in Ecclesiarum, col.7.vers.ceterum limitatur, de constit. Natta d.consil.498.num.21. lib.3. Bru.à Sole, in Compend. resol. proposit.iur. in verbo, Papa dispensare potest.

111 112 113

114 Istud tamen † limitatur duob.modis, Primò, quando ex eius dispensatione decoloraretur, vel deformaretur vniuersus status Ecclesiæ, vel nutriretur peccatū; tunc enim Papa dispensare non posset, cap.memor sum, 24 q.1.c.nihil, ead.q.1. gl. & Abbas in c. proposuit, de concess.præben. Henric.Bohic, in c.à nobis, de decim. Bellam.cons.28.nu.12. Abb. in c.extirpandæ, §.qui verò, il 1.n.56.de præbend. Gambara, d.libr.10. num.373. Innoc. in c.quantò, de consuetud. Barto.in l.1.§.sed hic dubitatur, C.de iureiur. Natta cons.591. nu.14.lib.3.

115 Secundò † limitatur in foro conscientiæ, in quo Papa non potest dispensare sine causa contra ius positiuum, Gofred. Bernard. & Hostiens.in c.non est, de voto, Abb. in d.§.q verò, nu.44. idem Abb. Io.Andr. & Innoc.in c.de multa, eod.tit.de præbend. Felin.in cap. quæ in ecclesiarum, de constit. & in c. ad audientiam, vers.sed si non apparet, de rescript. [Tusch.in lit.P, concl.49. n.54.] Gambara d.lib.10. num.374.& seq. ideo sine † causa non potest absoluere iurantem à vinculo iuramenti, Abbas, in c.significasti, nu.8.de elect. Suarez in thesauro recept. sentent. lit.I, num.277. Lælius Zecch.in lib.de Repub.Ecclesiastica, tit.de statu sanctiss.& beatiss.Romani Pontificis, nu.7. car. 12. in princ. Et licet hoc sit verum quoad Papam, † attamen ipse dispensatus est tutus tam in foro fori, q̃ in foro poli. Felin.in d.c.ad audientiam, ver. puto hoc procedere, Gigas in tracta.de pension. Eccles.quæst.6.nu.13.& 14. vbi hoc restringit, quando † lex positiua esset fundata in aliqua ratione deducta, uel inducta de iure diuino, uel ex mero iure naturali, quia tūc dispensatio facta à Papa sine aliqua causa, nō iuuaret in foro fori, neque in foro poli, Feli.loco cit. [Roman.cons.345.nu.10. Tusch. in lit. P, concl.51.nu.10.] Sed an † contra ius gentium possit dispensare Papa? & dico, qd non, Barto.in l.pupillari, ubi Aret.in 3.col.ff. de vulg.& pup.substit. Abb. Fel. Dec.& ceteri omnes, in d.c. quæ in Ecclesiarum de constit. Ias.cons.1.nu.4.uol.1. Soc.sen.cons.273 nu.10.uol.2. Lancel.Conrad.in tēp. om.iud. lib.1.c.1.in uerbo ius naturale, & gentii, n.2. Quo † uero ad canones, Papa semper potest ad suum libitum dispensare, cap. proposuit, de conces.præb. Abb.& alij, in c. at si clerici, de iudi. Gambara d. lib. 10. nume. 360. [Marta de iurisd.p.4.cent.1. cas.79.n.33. & cas.93.nu.15.Gozad.cons.2.n.5.& nu.14.& cons.51.n.16.] Sic etiam quo † ad iura ciuilia, in terris subiectis Ecclesiæ in temporalibus, c.per venerabilem, qui filij sint legitimi, c.nouit, de iudi. Abbas in c.ex litteris, n. 10. de restit.in integr. Paulus de Castro, in l. fi.n.3.C.si contra ius, uel in utilitatem publi. idem Abbas in rubr.de rescript.nu.2. Franc. in c.1.n.5.de cōsti. Io.Bapt.Marches.in tract. de

116 117 118 119 120 121

de commiss. seu rescript. commiss. 4. c. 1. n. 18. Gambara in dicto tract. de offic. Legati à latere, d. lib. 10. n. 367. Et redeundo ad conclusioné propositæ quęstionis, dico, quod † Prorex non potest concedere dilationem debitori, & quod interim soluatur legitimum interesse, nisi in illis quattuor casibus notatis supra nu... & seq. in quibus etiam † si simpliciter concederetur dilatio ꝑ principé, nihilominus currit interesse, Cyn. in l. quoties, vbi etiam Sali. in vers. extra quæro, C. de precib. Imper. offer. Marches. d. c. 1. n. 22. [quòd debetur etiam absq; mora interesse Marc. Ant. Bellonus dec. 34. nu. 3. qui loquitur in lucro cessante, & debetur etiam tale interesse de iure Canonico, vt idé dicit dec. 78. n. 12. Ruin. cons. 104. n. 3. 7. lib. 4. Vrsill. ad Affl. decis. 20. n. 3.] quod secus est, † si dilatio fuisset concessa per creditorem, quia tunc ea pendente non currit interesse damni emergentis. Lup. in tract. de vsur. comment. 1. §. 6. nu. 123. 124. 125. & 126. Caualc. dec. 13. n. 69. lib. 2. & ratio potest esse, quia pendente † dilatione ad soluendum, nulla committitur mora, l. lecta. §. sed si fortis, ff. si cert. pet. Abbas cons. 66. n. 4. lib. 1. Ioan. And. in cap. salubriter, de vsur. [Anell. de Amat. cons. 92. n. 3. quod sic etiam non facta liquidatione nulla committitur mora, Affl. dec. 205. n. 1. & ibi Vrsill. n. 1. Cravett. cons. 89. n. 5. Fab. Turret. cons. 33. nu. 5. lib. 3. Hondéd cons. 30. n. 2. lib. 1. Rimin. iun. cons. 552. n. 47. Galganet. de cond. & demonstrat. p. 2. c. 1. q. 66. nu. 51. Passet. cons. 159. n. 1. Suid. cons. 38. n. 13. Tiraq. de vtroque retract. §. 1. gl. 9. n. 1. cum seq. Peregr. cons. 74. n. 13. lib. 3. Torniola cons. 86. n. 26. Alex. cős. 49. n. 2. li. 2. Soc. cons. 128. n. 1. lib. 3. Rot. Genu. dec. 164. n. 1. & dec. 118. n. 3. Tiraq. in tracta. cessant. causa n. 85. fol. 6. Abb. cons. 5. lib. 1. Plot. de in lit. iurand. §. 11. nu. 15. Siluan. cons. 10. n. 40. vers. nec obstat Alex. cons. 225 nu. 8. vers. hoc etiam lib. 2. Rodulf. in tract. de vsur. q. 53. circa finem num. 37. Dec. cons. 119. nu. 3. Gabriel concl. 4. n. 23. cum seq. de emption. & vendit. Neuiz. cons. 74. nu. 3. Roland. à Vall. cons. 55. n. 22. cum seq. lib. 2. Bartol. Vgol. de vsur. c. 39. §. 2. vers. quid igitur Fab. Turrett. cons. 31. n. 16. lib. 3.] Matth. Colera, in tract. de process. execut. p. 1. c. 10. n. 99. & seq. & si partes † paciscerentur, vt currat interesse ad rationem de tot pro centenario, dum non soluitur principale debitum, tale pactum esset illicitum, & vsurarium; ideo non valeret, l. cum stipulanti, in fine, vbi Bar. ff. de verb. oblig. Anchar. cons. 93. Rolan. cő sil. 55. n. 21. & seq. lib. 2. Cagnol. in l. curabit, n. 14. vbi alios allegat, C. de actio. empt. Turrett. cons. 81. nu. 1. lib. 2. vbi etiam alios allegat, & nota, quod † dilatio concessa à Principe, incipit currere à die finitæ dilationis conuentionalis, vt si debitor esset obligatus soluere in vltimo die Iunij, & ante quam veniat dies illa, impetrat dilationem trium mensiũ, nő tenetur soluere, nisi vsque ad primum dié mensis Octobris, ita tenuere Pet. de Bella pertica, Oldrad. Cyn. Alberic. Bald. Ang. Salic. & Alexan. in l. fin. C. de repud. hæred. [Borgnin. Caualc. dec. 16. n. 37. p. 2. Ann. sing. 227 Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emptor. & védit. nu. 142. Maranta actu 3. 6. p.] Tiraq. in tract. de retractu conuent. §. 2. gl. vnica, n. 23 Anna sing. 227. vbi ponit multa ad hoc similia, & etiam Fabius filius ibi in addit. & † debitor, qui obtinuit moratoriam, si ea vtitur, non potest ipsa pendente agere contra suos debitores, Afflict. dec. 66. Fuscus in sing. lit. D, nu. 11. Marchesanus, in tractatu de commissionib. seu rescriptis, commiss. 4. c. 1. nu. 23 [& an cőprehendat creditores cőditionales vel in dié Apicel. tutamé pauper. tit. 2. n. 28.]

Aduertendum etiam est, quod moratoria, † seu dilatio concessa à Principe, non extenditur ad debitá futura, sed tantum comprehendit præterita, l. Aurelius, §. Titius Seio, ff. de libert. leg. Guido Papa dec. 113. n. 1. Bouius in tract. de statut. vib. præscript. gl. 21. n. 73. Matth. Colera in tract. de process. execut. p. 1. c. 4. n. 14. Et Princeps † non potest concedere dilationem debitoribus ad soluendũ nisi pro modico temporis spatio, gl. in l. quoties, C. de precib. Imper. offer. vbi Ias. in not. 1. & ceteri omnes, Lancell. Conrad. in d. templ. om. iud. lib. 1. c. 1. §. 4. de Imperatore, verbo, dilationes indulget, nu. 2. & 3. Fuscus in sing. lit. D, n. 11. Bartolin. in tract. de subrept. rescript. q. 6. art. 8. vers. puto igitur. Tho. Zerola, in praxi Episcopali, in verbo, literæ quinquénales, vers. 4. vbi dicit, qđ huiusmodi dilatio nő pőt cőcedi vltra quinquéniũ, Io. Bapt. Marches. in tract. de commissionib. seu rescri.

com-

commiss.4.cap.1.nu.21. Natta cons.591. nu. 2.3.4.16.& 17.qui declarat quando tempus dicatur modicum, & quando extendatur ad quinquennium,vel ad decennium.Sed quod hoc totum relinquatur iudicis arbitrio,determinat Lancellot. dicto nu. 3. qui nu.4. dicit, quod si excedatur modicum tempus dilationis,concessio non valeret,gl.in l.quoties,vbi Salic.& Paulus de Castro,in fine,Marchesa. dicto nume.21. tamen in isto Regno hoc male seruatur, ex quo solent aliqui Proreges cõcedere dilationes quasi infinitas, cum maxima iactura mercatorum, & aliorum in foro versantium,cum tales dilationes sint præcipua causa, vt in totum commercium dimittatur.

Et vt finem imponam huic tertiæ speciei 132 dilationis,dico,quod debitor,† qui has dilationes obtinet,tenetur satisdare de soluendo in fine dilationis, l. vniuersa, C. de precibus Imperat. offerendis, Guido Papa decis.109. Natta cons. 591. num.1. lib.3. Muscatell. in pract. par.4.in glos.in verbo,petendo,nu.13 Carauita super ritu Regni Neapol.ritu 287. num.5.Afflict.dec.378.num.1.Fuscus.in singul. lit.D, num.11. Anna singul.463. Dom. Cumia super Ritu istius Regni,c.8.num.10. & c.95.num.27. Vitalin. in tract. clausul. in tit.nil nouari dilatione pendente,num.3.carta mihi 81. Lancell.Corrad.in templ.omn. iudic.lib.1.cap.1. §.4.de Imperatore, in verbo,debitoribus dilationem indulgere, num. 8. Thom.Zerola in praxi Episcopali, in verbo,quinquennales,vers.2. Io. Baptista Marches.in tractat.de commissionib.seu rescript. commiss.4.c.1.nu.7.vbi alios allegat. [Mastrill.de indult.cap.36.nu.19.Mart.vot.158. num.1. Marsil. in l.extraneo, §. cogniturum, num. quinto, ff. de quæstio. Iaso. in dicta l. 133 vniuersa, nume. 3.] Quæ conclusio † ampliatur, ut procedat, etiam si in moratoria remittatur talis cautio, quia non obstante ipsa remissione, debitor si vult vti dilatione, tenetur præstare cautionem de soluendo in fine ipsius dilationis, gloss. Bald. Fulgos. Paul.de Castro, & Salicet. in l.vniuersa, C. de precibus Imperat. offerend. Carauita, dicto nume.quinto, Afflict. decisio. prædict.nume. 3. licet in hoc contrarium tenuerit Iason in dicta l. vniuersa,numero 15.

134 Quam † ampliationem modo limitabis,quãdo in Rescripto adesset clausula; Non obstante. ita sentiunt Carauita, & alij paulò ante citati. Iason dicto num.15. Marchesan. dicto capit. 1. num. 15. & sequen. Intellige 135 † tamen,vt debitor, cui fuit concessa dilatio teneatur præstare cautionem per modum, vt supra,si ab ipsis creditoribus petatur fideiussio,l.si quis filium, §.stipulatio, ibi, Cum interpellatis, ff. de collat. gloss. in dicta l. vniuersi, quam communiter sequuntur Doctores ibi, & præcipuè Paulus de Castro, nu. 6. [Cagnol.in l.2. num.146. C. de pact.inter emptor. & venditor. Alexand.35. variar.resolut.lib.3. resolut.1.num.6. Marsil. in rubric.de fideiuss.num.165. in fin.] Carauita ritu 189.nu.5.& ritu 287. etiam nu. 5. Alex. cons.210. vol.2. Angel. cons. 137. Marsil.in rubr.de fideiuss.nu.145.Trosi.super dicto ritu 287.num.2.Brun.in tractatu de cessio.bonor.quæst.21.num.2. Vrsill. in adnot.ad Afflict.decis.378.num.3.Surd.cons.124.num.1. & 2.lib.1.& dec.57.num.1. Lancellot. loco præcitato, num.11. Ruin. cons.26. num.33. volu.4. Marches. dicto cap.1.nu.8.vbi dicit, 136 quod in omni † materia, in qua quis tenetur præstare cautionem,intelligitur si a parte, in cuius fauorem debet præstari, petatur. Abb. cons.96.n.4.Lancellot.in tract. de attent.tit. de attent.restit.in integr.pendente,p.2.c.28 n.72. [Alex.cons.205.nu.3.lib.2.] Sed si 137 esset præfixum † tempus ad præstandum obtinentibus huiusmodi dilationes, tunc nõ est opus petitione partis, per glo.in l.si mora, ff. soluto matri. quod consuluit Iaso. cons.191. vol.2.Lãberteng.in tract.de contract.gl.3.n. 49.Rim.sen.cons.666.n.10.lib.4.Soc.regula 299.in vlt.fall.Rimi.iun.cons.89.n.18. vol.1. Surd. cons.124. per totum, vbi ait, quod ita obtinuit in facti contingentia, & dec.57. nu. 17.Caualc.dec.28.n.9.li.2. qui & hoc infert 138 n.10.quod si † testator iubeat hæredi, vt adimpleat oĩa contenta in suo testamento,sub aliqua pena, heres nunquã incidit in penã, nisi fuerit monitus,vel fuerit sibi prefixũ,& determinatũ tẽpus adimplendũ ab ipso testatore. alleg. Bened. ĩ repet.c.Rainuti⁹, vers.si absq; liberis moreret,il 2.in 2.p.n.221.222. Marti. Laudẽs.cõs.57.cũ sua add.Capra reg.110.Gabriel cõs.131.n.17.li.1.Fel.cõs.34. Rim.iu.cõs.

Pp fil.

lib.3.Capra consf.66.nu.7. Vasques in tract. de succesf. creat.lib.3.§.30.nu.7.Surdus cõsil.218.num.18. & consf.236.num.44. libr.2. [Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.11.tit. 16.n.12.Camill.de Laratha consf.5.num.41. Galganett.de condict.& demonstr. p.1. c.2. n.7. & consf.89.nu.11. Tiraq. in tract.de priuil. piæ caus. priuil. 75. & talis conditio impossibilitatis in vltimis voluntatibus de iure, nec de facto vitiat, sed vitiatur, & habetur p non admissa, Surd.dec.68. n.1. quæ dispositio non procedit quando impossibilitas aliũde oritur quam ex eo q dispositio sit captatoria, quia tunc vitiat, vt idem Surd.d.decis. 68.n.7.& sunt quatuor genera conditionum impossibilium, vt dicit Molin. de primogenijs Hispan.lib.2.c.12.nu.35.quæ conditiones in contractibus, siue de iure, vel naturæ, siue de facto vitiabunt, vt ibi Molin. nu.38. & talis conditio impossibilitatis si est affirmatiua vitiat stipulationem quod secus est si est negatiua, ex tex.in l.non solum, ff. de oblig. & action. l. certi conditio. §. quoniam ff. si certum petatur, Hieron. Ferdinand. de Otero quæst.diuersorum iuris, par.secunda, quęstio.25.num.1.Surd.decis.68.num.primo,]

37 Dicitur † autem conditio impossibilis, si est inhonesta, vel contra bonos mores, l.conditiones, & l.filius, ff.de conditio. & demonstr. Loffred.consil.16.numer. 4. vbi dicit, quod tales conditiones sunt reijciendæ, & ita faciunt deficere contractum, sicuti veræ impossibiles, Mozzius vbi supra numero. 16. [idem Otherus quæst.diuers.iuris, p.2.d.q. 25.n.12. Surd.decis.68.n.3.]

38 Quæro primò, an † conditio differat à modo? & dico quod sic, in suo principio, sed in fine conueniunt. Aemilian. cõs.83.n.13. Eugen.consf.93.n.3. Franc.à Pont.cõs.67.n.18. [quod in dubio dispositio magis præsumitur facta sub modo quam sub conditione, Menoc.consf.131.nu. 2. Andr. Molfes. consf. 36. n.7. Galganett. de condit. & demonstr. cap. 92.93.& 94. part.1.]

39 Quæro secundò, quę † sunt illa verba, quę de sui natura important, & inducunt conditionem? & respondeo, quod sunt multa, quæ omnia ponuntur in specie per Bart. in l. 1. ff. de cond. & demonstr. vbi compilauit quasi tractatum huius materiæ, & ponit etiam Vulpellus in tractat. de diction. per totum.

40 Quæro tertiò, quid † si pendente iudicio conditio purificetur, an debeat sequi condẽnatio ac si à principio fuisset purificata conditio? dico quod sic, DD.in l.pecuniam, ff.si certum pet.Paul.de Castr.in l. exceptionẽ, n. 5.C.de probation.Rot.Genuẽs.decis. 29.n.2 [Matth.Matthesilan.singul.9.nu.quarto.]

41 Vnum dicam pro complemento istius exceptionis, hoc est † quod verba quæ possunt significare modum, & conditionem, quando constat quod contrahentes intellexerunt vt prius quam quis commodum consequatur, debeat sequi implementum, tunc verba illa quæ ad vtrumque possunt trahi, resoluuntur in conditionem, l. Thais, §.Stichus, ff.de fideicomm.liber.Magon.decis.Lucensi, 21.n. 10.Illustris.& Reuerendiss.Cardinalis Mantica, in tractat.de coniectur. vltimarum volunt.titul.5.numer.12.Medices decision.51. num.3. vbi testatur de communi * opinione. [Molin.de primogenijs, cap.12.nu.5.lib.2. Crauett. consf. 59. num. 1. Peregr. in tracta. de fideicommiss.art.11.num.113. And.Molfes.consil.36.num.5.post consuet.Neapol.]

42 Sed si esset † in dubio, tunc actus potius pręsumitur purus quã conditionalis, l.1.in princip.ff.de cond.& demonstrat.l.tali scriptura, in prin.ff.de legat.1.l.omnia de leg. secundo, Cæphal.consf.452.nu.32. Brun. à Sole in cõpend.resol.proposf.iur.in verb.actus in dubio [Galganett.de condit.& demonstr.p.1. c.6. nu.5. Alb.Mandell.consf.4. num.34. Molfes. d.consf. nu.7. Menoch.consf.694. nu.6. Surd. dec. 38. num.6.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio restitutionis in integrum non censetur reiecta a statuto reijciente omnes exceptiones. Fallit vt n.6.10.15.16.17.& nu.18.*

2 *Restitutionis in integrum beneficium nunquã censetur sublatum per statutum quamuis generale, nisi de eo fiat specialis mentio, quod amplia, vt n.3.4.& 5.*

6 *Exceptio restitutionis in integrum in quanam parte iudicis opponi possit.*

7 *Restitutioni in integrum regulariter potest renunciari tempore contractus dummodo talis renunciatio fiat verbis expressis, & pregnã-*

tibus

tibus secus si fuisset generaliter renunciatũ omni iuris, & legum auxilio, nu.8.

9 *Restitutio in integrum non venit in considerationem in generali sermone.*

11 *Statutum vel ius municipale tollens restitutionem in integrum est iuris communis correctorium ideo debet quam fieri poterit strictè intelligi.*

12 *Statutum tollens restitutionem in integrum in specie censetur tollere illam quę communiter datur ex edicto maiorum, & non aliam.*

13 *Statutum non valet quando prohibet restitutionem in integrũ, in casu enormis, vel enormissimæ læsionis, & n.14.*

19 *Fideiussor an gaudeat beneficio restitutionis in integrum, quod competere solet regulariter principali debitori, & quid si fiat inuito principali, nu.20.*

EXCEPTIO TRIGESIMA QVARTA.

Restitutionis in integrum.

1 TRigesimaquarta † exceptio quæ non censetur reiecta à Statuto reijciente omnes exceptiones, est exceptio restitutionis in integrũ. Bal. in l. causæ, in princip. ff. de minor. Socinus senior cons. 242. per totum, & cons. 299. nu. 5. lib. 2. Galiaul. in repet. l. Centurio, nu. 166. ff. de vulg. & pupil. substit. Guido de Suarin. in tract. de guarentig. instrum. n. 13. Cefal. cons. 53. num. 23. lib. 1. Iaſ. in l. 1. num. 10. ff. de iurisdict. omn. iudic. [& in l. postquam num. 18. C. de pact. & ibi etiam Vsembech. num. 40.] Alciat. in leg. postquam liti, nu. 29. C. de pact. vbi etiam Gozad. nu. 16. Claudius Seisel. in fine. Decius nu. 30. & 31. & Matth. Vuesembech. Vltramontanus. nu. 40. Roland. cõs. 68. n. 33. lib. 3. Sfortia Oddo in tract. de restitut. in integrum, p. 1. q. 42. nu. 26. & q. 15. nu. 35. Honded. cons. 18. num. 84. lib. 1. Octauian. Vestr. in pract. p. 8. vers. at visis temporibus, carta mihi 149. Carpanus super Statutis Mediol. c. 42. nu. 206. & c. 116. nu. 219. lib. 1. Dom. Cumia super Ritu istius Regni, c. 17. num. 89. & seq. Lazar. Fenut. in tract. de momento tempor. c. 14. n. 5. Marſ. in pract. crimin. §. opportunè, nu. 58. Bernard. Pand. in tract. de exequut. instrum. ad formã Ritus partis, n. 53. Neuizan. cons. 17. n. 7. Fabius de Anna cons. 62. n. 3. lib. 1. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. n. 42. * Ruin. cons. 54. n. 12. lib. 5. Balb. in tractat. de præscript. in 4. p. quartæ partis principalis, q. 29. n. 5. vbi testatur de comm. * opi. [Fachin. cõtrauers. li. 12. c. 16. Aldou. cõs. 1. n. 144. vbi dicit quod Author large scribit de ista exceptione Mastrill. decis. 134. nu. 1. Decian. cons. 54. n. 11. lib. 4. Caldes in l. si curatorem glos. implorare n. 46. C. de in integr. restitut. idem Decian. cons. 45. n. 24. lib. 1. Rimin. Iun. cõs. 242. nu. 169. Fimia super Ritu c. 138.] Becc. cõs. 12. n. 69. & seq. vbi adducit nonnullas rationes istius conclusionis, & præcipuè, quia 2 † verba Legis, Statuti, vel pacti quantumuis generalia, nunquam tollunt beneficium restitutionis in integrum, neque illi derogãt, nisi de illo fiat specialis mentio. Caroc. in repet. c. cum quid, in notab. limit. 4. n. 2. carta mihi 153. de reg. iur. in 6. gl. in d. l. postquam liti, C. de pact. vbi Alc. n. 17. Gozad. nu. 16. Dec. nu. 30. & 31. Iaſ. nu. 17. & 18. & Seisell. in fin. Bald. cons. 236. lib. 1. & in l. cum plures, nu. 9. C. de sacros. Eccles. & in vsibus feud. in titul. quo tempore miles, c. 1. nu. 8. vbi adest optima additio in litera H, Rol. cons. præd. n. 28. & seq. Beccius, Ruinus, & Vuesembech. locis paulo ante citatis. Balb. d. q. 29. nu. 5. & seq. Raudens. in tracta. de anologijs, c. 33. n. 141. Arisminus Thepatus in suis varijs iuris sententent. lib. 1. tit. de restitut. in integrum vers. benefic. restitut. carta mihi 135. Berous in c. dilecto, n. 169. de appellat. [Mastrill. d. decis. 134. n. 21. Crauett. cons. 201. n. 35. & de antiquit. tempor. p. 4. sect. incipiẽs materia n. 58. Cefal. cons. 3. n. 129. & cõs. 40. in fin. Nonius cõs. 87. n. 4. Giurb. decis. 67. n. 1. in fi.] Boer. decis. 140. n. 3. Carpan. d. c. 116. nu. 228. Hõded. eod. cons. 18. nu. 82. & 83. vbi dicit, hoc 3 procedere † etiam si statutũ vteretur verbis quantumuis generalibus, & prægnantibus, allegat Iaſ. in l. si infanti, n. 17. in fi. C. de iure deliber. Ruin. cons. 35. nu. 35. libr. 1. Crauett. cons. 201. nu. 35. lib. 2. & in tract. de antiquit. tempor. p. 4. quæst. quę incipit materia, n. 58. carta mihi 119. Cefal. cons. 3. n. 129. lib. 1. Noni. cons. 87. nu. 4. Becc. & Roland. locis ante allegatis, [& an possit tolli restitutio in integrum per statutum Additio. ad Grammatic.

super

super constitut. Regn. Neapol. lib. 2. tit. de restitut. minor. nu. 3. fol. 72.] Oddo in tractat. præd. q. 15. artic. 6. vbi cum alijs ibi per eum allegatis, dicit, quod † de ea debet fieri specialis mentio, ad hoc, vt excludatur, quod dixit etiam Caualca. in tract. de tutor. & curator. nu. 79. Honded. d. cons. 18. nu. 84. & 85. [... observat. 338.] vbi tenet † quod nec censetur exclusa ista exceptio, etiam si statutum aliquas tantum reseruasset, & ceteras reiecisset. [alia est ratio quia generalis exclusio remediorum iuris intelligitur de ordinarijs remedijs non autem de extraordinarijs pro vt est restitutio in integrum Bart. in extrauagant. ad reprimend. verb. non obseruantibus Glos. & Bart. & alij in l. sciendum ff. qui satisd. cogã. Ias. in l. post quã n. 15. C. de pact. & ibi etiam Vulsembec. nu. 40.] Intelligas † tamen vt admittatur ista exceptio, si de ea fuerit oppositum ante ceptam exequutionẽ, secus si postea, quia tunc non admittitur. Doctores omnes, in c. sciscitatur, de in integr. restit. Odd. d. q. 42. art. 6. ad quod bene faciũt dicta per Vincentium de Anna, in repet. c. 1. num. 240. de vasal. decrepitæ ætat. in vsibus feudorum. [Socc. cons. 76. num. 4. circa fin. lib. 3. Mastrill. dec. 30. n. 1.]

Et quia hodie in isto Regno in omnibus instrumentis solet communiter renunciari cũ iuramento huic beneficio restitutionis in integrum, ideo dico quod talis exceptio † ob ipsam expressam, & specialem renunciationẽ non potest opponi, ex quo valet talis expressa renunciatio facta cum iuramento, etiam si renuncians esset minor. Authent. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendition. Iacobus Butrig. in tract. renunciat. iuris. ciuilis, circa principiũ, duobus locis, qui tractatus est infertus inter tracta. de assecurat. diuers. Doctorum, Sfortia Oddo, in tracta. præd. de restitutio. in integrum q. 26. per totam, vbi varia ad hoc vtilia dicit. [Simon. de Præt. consil. 150. n. 20. Pancirol. cons. 138. n. 9. Franc. Podius super Ritu c. 115. in fi.] Sed si talis † renunciatio esset generalis scilicet, (Omni Iuris, & Legum auxilio) tunc non censetur renunciatum beneficio restitutionis in integrũ Petrus Rauennat. Singul. 279. Baldus in l. si minor, §. minor, ff. de minor. Sfortia Oddo, d. q. 26. artic. 1. nu. 3. [& talis clausula tollit etiam beneficium statuti Caroc. decis. 62. nu. 17.] & ratio est, † quia restitutio in integrum non venit in generali sermone. Beccius d. cons. 12. n. 69. 70. 71. 72. & 73. vbi loquitur ad saturitatem de ista conclusione, & dixi supra, hac eadem exceptione, nu. 2. & sequen. & eadem ratione dico, quod excluditur hoc beneficium à statuto per specialem eius exclusionem, [quod restitutio in integrum potest prohiberi per statutum Soccin. sen. cons. 242. n. 2. lib. 2. Curt. iun. cons. 18. nu. 4. Marc. Ant. Maceratens. variar. resolut. resolut. 44. n. 17. lib. 1. Gozadin. cons. 68. n. 12.] secus † per generalem, cum per statutum possit tolli hoc beneficium, dummodo statutum eum excludat in specie, vt iam dixi. Oddo dict. q. 15. artic.... nu. 12. [Giurb. decis. 67. n. 4. Viuius decis. 175. n. 1.] & huiusmodi statuta † vel pacta excludentia restitutionem in integrũ, sunt correctoria iuris communis, ideo debẽt strictè intelligi, & nullatenus sunt extendẽda Paris. cons. 13. nu. 43. 44. & 45. lib. 1. Petrus Anguiss. cons. 37. n. 8. lib. 2. Sfortia Oddo, d. artic. 1. n. 16. & Statutum † tollens restitutionem in integrum, intelligitur simpliciter tollere eam restitutionem quæ datur ex edicto maiorum, & non illam quæ datur ex edicto minorum, quando minor tractat de damno euitando, ex quo isto casu non censetur sublata restitutio. Oddo eadem quæst. 15. art. 1. nu. 28. vbi allegat Anton. Boidium in repet. Rubr. C. noua vectigal. &c. nu. 40. & illud quod dixi, quod statutum potest tollere restitutionem in integrum in specie, limitatur, vt † nõ valeat quando prohiberet eam etiam in casu enormissimæ læsionis. Cæpolla cons. 17. in fine, Sfortia Oddo d. artic. 1. n. 29. [Raudens. decis. Pisan. 11. n. 5. Mandell. cons. 68. nu. 69. Giurb. decis. 110. nu. 1.] Immò si † statutum prohiberet restitutionem in integrum in casu enormis læsionis, non censetur prohibere eam in casu enormissimæ læsionis Oddo d. q. 15. artic. 8. nu. 67. Aduertendum est tamen, quod quattuor casibus non potest opponi hæc exceptio restitutionis in integrum, & opposita non impedit exequutionem.

Primò † si causa ipsius restitutionis requireret altiorem indaginem, Ripa in l. 4. §. condemnatum, nu. 30. ff. de re iud. Cumia super Ritu istius Regni, c. 17. n. 89.

Secun-

16 Secundo casu † non impeditur exequutio per oppositionē exceptionis restitutionis in integrum, quando causa læsionis ob quam petitur restitutio, non offertur in continenti probari, ita no. Bart. in l. defendere, ff. de auctor. tutor. Ripa, & Dom. Cumia, locis præcitatis. Bened. de Barzis in tract. de guarentig. col. antepenult. [Mastrill. decis. 110. n. 19.]

17 Tertio casu, non obstat † exceptio restitutionis in integrum, si opponitur aduersus exequutionem trium sententiarum cōformium. Baldus in l. 1. C. ne liceat tertio prouocare. Alexand. & Ripa, in d. §. condemnatum, Do. Cumia d. c. 17. nu. 91. vbi latè examinat istū articulum. [Gabr. in tit. de exequut. rei iudic. concl. 1. n. 4. à Gama decis. 110. n. 11. Mastrill. decis. 45. nu. 1. cum sequ. & decis. 110. num. 1.]

18 Quartò, si in statuto † sunt apposita hæc, vel similia verba; quod nō possit opponi aliqua exceptio aliquo modo aduersus exequutionem instrumentorum, Carocius in repetitione, c. cū quid, in notabili, limit. 4. n. 3. carta mihi 153. de regul. iur. in 6. [quod in dubio debet concedi restitutio in integrum Roland. cons. 68. n. 19. lib. 3. Crauett. cons. 201. nu. 37. Eugen. cons. 95. n. 35. Barz. decis. 107. nu. 40. Tusch. in lit. A, conclus. 392. n. 10. Cenuall. comun. contra Comun. 836. Menochius cons. 663. n. 5. Aldouin. cons. 1. n. 26.]

19 Quæro nunc, an fideiussor † gaudeat beneficio restitutionis in integrum, competentē principali debitori? Circa istam quæst. vide ea quæ dicunt Maurit. in tract. de restitut. in integrum, c. 6. & c. 14. Viuius decis. 86. num. 15. qui tenent, quod sic, quæ conclusio am- 20 pliatur, † vt hoc beneficio possit vti fideiussor, etiam ipso principali inuito, & contradicente, gl. in l. fi. & ibi Bart. & Bald. nu. 6. C. de vsu rei iudic. Muscatell. in Pract. p. 6. in glos. in verbo, in integrum, nu. 11. [Sforz. in tracta. de restit. in integrum p. 1. q. 26. n. 16. Tusch. in litt. T. conclus. 83. nu. 26. & licet restitutio in integrum sit beneficium personale tamen trāsmittitur ad hæredes, Nicol. Noalius in tract. de trasmissione cas. 23. n. 7.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæ perimit actionem ipso iure, non censetur reiecta à Statuto reijciente omnes exceptiones.*

2 *Exceptio quæ perimit actionem ipso iure, est similis exceptioni solutionis.*

3 *Pactum de non petendo quos effectus producat.*

4 *Pactum de non petendo factum debitori principali, prodest suis hæredibus, & fideiussoribus, quod fallit, vt n. 5.*

6 *Cedens an possit facere pactum de non petendo in præiudicium cessionarij.*

EXCEPTIO TRIGESIMA QVINTA.

Quæ perimit actionem ipso iure.

1 Trigesimaquinta † exceptio quæ non censetur exclusa à Statuto tollente omnes exceptiones aduersus publica instrumenta, est exceptio quæ perimit actionem ipso iure. Bald. in l. si non sortem, §. 1. n. 4. & 5. ff. de cōdic. indebiti, & in l. 2. C. de exequut. rei iudi. Imol. in l. fi. col. 8. ff. à quibus appel. non licet. Tiraquel. in repetitio. l. si vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 410. C. de reuocand. donationib. quam exceptionē ipse Baldus loco prædicto, exemplificat in pacto de non petendo, contrarium tenet Milanis. dec. 14. n. 23. lib. 2. Intrigliol. singul. 33. libr. 3. vel non agendo, vel acceptilatione, [Aldouin. de Aldouin. cons. 1. n. 95. Ludouis. decis. Rot. Rom. 14. n. 5. & decis. 415. n. 3.] & ratio assignari potest, 2 quia † huiusmodi exceptiones æquipollent exceptioni solutionis, l. si quis obligationi, ff. de regul. iuris. Bart. & Ioannes de Imola in l. Aquilius, ff. de donationib. Alexand. in l. creditori, C. de pactis. Gigas in tract. de pensionib. Eccl. q. fi. n. 2. & exceptio solutionis non est exclusa, vt dixi supra, except. 25. nu. 1. ergo, &c. [Io. Franc. Leon. in thesaur. fori ecclesiast. c. 22. n. 76. Giurb. decis. 67. n. 5. vbi allegat Authorem] & quia exemplificaui hāc exceptionem in pacto de non petendo, dico, quod istud est cum maxima ratione, quia ta- 3 le pactum operatur quattuor effectus, quorū primus est, quod tollit obligationem naturalem, ortam ex primo contractu, l. Stichum, §. naturalis, ff. de solutionib. l. fideiussor obligatus, §. fideiussor, ff. de fideiussorib. ex quo sequitur secundus effectus, quia eliditur, & perimitur actio ciuilis, §. præterea, Instit. de actio-

actionib.l.iuris gentium,§.quinimmò, & l.si vnus,§.pactus,ff.de pactis,& ex isto secundo sequitur tertius effectus,quia producitur exceptio aduersus actionem, vt habetur in iuribus præcitatis. Ex quibus omnibus sequitur quartus effectus,qui est,quod ita paciscēs obligatur naturaliter ad non petendum, glo. & Azo in dicto §. pactus, Muscatell.in practica,p.4.in gl.in verbo,petendo,nu.9. [Rim. iun.in l.si vnus,§.pactus,nu.162. cum seq.ff. de pact. Bald.cons.345.n.7. vers.quia ex pacto,lib.1.Tusch.in lit. P. concl.23.nu.2.cum seq. Lanar. cons.64. nu.24. Aldouin. de Aldou.cons.70.n.102.]

4 Quæro modò, an istud † pactum de non petendo prosit fideiussoribus,vel hæredibus principalis? Et dico, quod sic. Matthesilan. singul.104. Cremens. singul.22. Muscatellus in dicto verbo,petendo,nu.11. [Fulgosius cons.201. nu.2. Tusch. dict.concl. nu. 29. & 33. Muscatell.de fideiuss.p.2.quæst.9. n.8.]

5 qui omnes dicunt hoc fallere† in pacto de nō petendo, quod fit per maiorem partem creditorum,iuxta terminos text. in l. maiorem, ff.de pactis,in quo tenetur concurrere minor pars, quod fieri potest solum tribus casibus, de quibus habetur per Affl. dec.288.

6 Quæro secūdò,an† cedens possit facere pactum de non petendo in præiudicium cessionarij? Circa hanc quæstionem vide dicta per Paul. de Cast.in l.si cum emptore,n.4. Alex. n.5.& 6.Ias.nu.14.ff.de pact. Botta cons.69. nu.9. Gozadin.cons.3. n.8. [quòd post cessionem nunquam præiudicat cessionario, Ludouis.dec.Rot.Roman.157.nu.9.& dec.311 n.13.Surd.cons.22.n.10. Roland.à Vall.cōs. 58. num.15. lib.2.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quod instrumentum est illiquidum, non censetur sublata à statuto tollente omnes exceptiones.*

2 *Instrumenta dotalia nunquam habent exequutioni paratam, nisi constet matrimoniū fuisse contractum, vel dissolutum.*

3 *Instrumentum requirens mensurationem ad perfectionem contractus in eo contenti, non exequitur, nisi facta tali mensuratione.*

4 *Instrumentum, in quo sunt computandæ rationes, non exequitur, nisi facto computo.*

5 *Statutum dans exequutionem instrumētis, intelligitur de instrumentis liquidis, intelligē, vt ibidem.*

6 *Instrumentum quando dicatur posse incontinenti liquidari.*

7 *Parta sunt instrumenta esse liquida, vel incontinenti posse liquidari.*

8 *Liquidatio instrumenti in Regno potest fieri, tā ante, quàm infra quindenam.*

9 *Verificatio extremorum quando agitur vigore instrumenti Bullaris, quando debeat fieri.*

10 *Instrumentum quando dicatur liquidum, & num.14.*

11 *Debitor potest excipere aduersus liquidationem instrumenti, licet non possit opponere contra eius exequutionem.*

12 *Citatio debitoris an requiratur in liquidatione facienda.*

13 *Libellus, & litis contestatio non est necessaria in liquidatione facienda.*

EXCEPTIO TRIGESIMASEXTA.

Quod instrumentum est illiquidum.

1 TRigesima sexta † exceptio, quæ non censetur reiecta à statuto reijciēte omnes exceptiones, est exceptio, quod instrumentū est illiquidum, Bald.in l.2.nu.2. C. de exequut. rei iudic. Corneus cons.276.num.11.volum. 3.Socin.senior,cons.51. in princip. & consil. 120. colum.5. lib.1. Alexand. cons.33.num. 7.lib.6. Crauetta cons. 802.num.16. libr.5. & cons.231.num.9. lib.secundo, Ruin.cons. 152. num.9. lib.quarto,& cons.2.in fine,lib. 5. Anton. de Canar. in tractat. de exequut. instrum.quæst.14.in fine, Dec.cons.682.nu. 9. Socin.iunior,cons.187.n.78.lib.2.Matth. Colera in tract.de process. exequut. par. tertia,cap.1. num. 2. Surd.decis.27. per totam, Turrett.cons.57.nu.17.lib.2.vbi loquitur in instrumento in forma Cameræ, Menoch.cōs. 746. num.4. libr. 8. Carauita super ritu Regni Neapol. ritu 167.num.quarto,vbi dicit, quod statutum prædictum semper intelligitur de instrumentis liquidis, Afflin.in tract.de exequut.§.1.c.29.num.8.& 18. Bart. in l.per diuersas, C.mandati,& in l.proinde,§.notā-

dum, ff. ad leg. Aquil. Bald. in l. 2. C. de exequut. rei iudic. Alex. cons. 188. n. 1. vol. 2. Ias. in l. 1. n. 31. ff. de edend. Deci. cons. 682. n. 9. [Muta decis. 23. n. 4. Surd. cons. 248. nu. 12. Becc. cons. 5. n. 7. in primo. Misinger. obseru. 6. centur. 2. Bartol. cons. 69. n. 6. lib. 1. Milan. decis. 6. n. 28. lib. 2. Surd. cons. 38. n. 15. Brun. cons. 120. nu. 4.] Ex quibus infertur, quod † instrumenta dotalia nunquam habent exequutionem paratam, nisi constet, quod matrimonium fuit dissolutum, si agitur ad restitutionem dotis, si verò petitur dos in eo promissa, tunc debet constare, quod matrimoniũ fuit contractum ita Carauita, d. ritu 167. n. 5. Bald. in l. per diuersas, q. 10. C. mãdati, Alex. cons. 153. col. fin. lib. 6. Afin. d. c. 29. nu. 13. & in §. 2. c. 14. n. 6. vbi allegat Bart. in l. si causã iudicati, in fine, C. de exequut. rei iudicatæ. [Viu. decis. 39. Fontanell. de pact. nuptial. Claus. 4. glos. 1. n. 55. qui allegat Authorẽ.]

3 Secundò infertur, quod † quando instrumentum requirit mensuram, vt contractus dicatur perfectus, vt puta, agrorum, non potest exequi instrumẽtum, antequam sit facta mẽsuratio. Paul. de Castr. in l. si seruum, §. si modus, ff. de action. emptio. Alexand. dict. cons. 188. nu. 5. lib. 2. Menoch. cons. 746. n. 5. lib. 8. [Afflict. decis. 399. n. 4. Barz. decis. 48. nu. 40. Alb. Mandell. cons. 182. n. 18. & cons. 729. n. 1. Afin. de exequution. §. 1. c. 32. nu. 4. Storz. Oddo. cons. 50. nu. 1. & 14. Caroc. decis. 3. num. 14.]

4 Tertio, & vltimò infertur, quod † quando sunt computandæ rationes, & debet fieri calculus ante factum talem computum, & calculum, instrumentum exequi non potest. Dec. cons. 618. n. 5. Menoch. cons. prædicto, nu. 6. [& quid si per instrumentum fuit promissa certa summa pecuniæ, & etiam dictum si minus appareret per calculum tanto minus debeatur non impeditur exequutio instrumẽti continẽtis certam summam quam vis ex calculo apparere posset de minori summa, Apicell. tutamen pauper. tit. 1. n. 89. Socc. in l. pecuniam quã col. 2. in 4. notab. ff. si cert. petat. Cartar. decis. 83. n. 1. Grammat. decis. 58. nu. 10. Aloijs Ricc. in collett. decis. 1149. & talis exceptio erroris calculi potest opponi in exequutione reliquorum Munoz de Excobar de ratiocin. c. 38. n. 3. p. 1. Aldouin. cons. 90. nu. 14. Tusch. in litt. E, conclus. 381. nume. 88. d. Munoz de Excobar de ratiocin. capit. 31. num. 3.]

Et ratio cur exceptio possit opponi, est, quia huiusmodi statuta sunt correctoria iuris communis, & recipiunt strictam interpretationem, ideo ad hoc vt instrumenta possint exequi, debent esse liquida, & clara. [Gail. lib. 1. obseru. 68. n. 6. Giurb. decis. 15. n. 6. Intrigl. decis. 13. n. 14. Bim. cons. 129. n. 26. Muta super Ritu c. 101. nu. 50. cum sequ.] Alex. d. cons. 188. col. 2. lib. 2. & cõs. 33. lib. 6. Dec. cons. 323. col. 2. & cons. 618. nu. 5. Socin. iun. cons. 181. n. 78. libr. 2. Bero. q. 57. Menoch. in tract. de arbit. iudic. cas. 17. n. 2. Hoc tamen † 5 intelligas, quando liquidatio requireret altiorem indaginem; secus, si posset in continenti liquidari, quia tunc habetur ac si esset liquidum, l. fin. & ibi glos. in verbo, indaginẽ, C. de compensat. quæ glos. vt communiter * approbata, Alexan. in l. quidã æstimauerit, col. 3. ff. si cert. pet. Scaglion. super Ritu Regni Neapolit. ritu 163. n. 13. Afin. in tractat. de exequut. §. 1. c. 31. nu. 1. [& debet esse liquidum instrumentum, vt exequi possit, Anton. Lanza super Rit. c. 119. col. 1. vers. si debitum, Simon Viuacit. in dict. c. 119. in princip. & debitum prius liquidãdum esse, Surd. decis. 23. & dec. 179. nu. 14. Turret. cons. 49. n. 44. lib. 2. Becc. cons. 5 n. 7. Capyc. decis. 17 Gratian. discept. c. 185. nu. 21. Ludou. decis. Perus. 40. Marius Giurb. dec. 15. n. 6. Menoc. cons. 746. n. 4. Escobar de Ratiocin. c. 3 num. 9. Parlador. rer. quotid. c. fin. p. 1. §. 12. lim. 4. nu. 28. Intrigl. dec. 16. n. 12. & dec. 13. nu. 14. Didac. Perez in l. 4 tit. 8. libr. 3. ordinament. col. 1078. Bim. cons. 129. n. 26. Tusch. litt. E. concl. 472. n. 12. Cost. de Rath. Port. q. 110. nn. 2. & de retract. cas. 9. c. 8. n. 16.] & tunc † 6 dicitur in continenti posse fieri liquidatio, quando potest fieri infra tempus datum ad soluendum, Alexand. cons. 166. num. 5. lib. 2. Osasc. decis. 92. n. 32. Decian. cons. 93. n. 23. lib. 3. Brun. à Sole, in Compend. resolut. proposit. iur. in verbo, instrumentum guarentigiatum, circa medium. Mysinger. in singul. obseruat. centur. 2. obseruation. 6. numer. 2. Turrettus. consil. 49. num. 44. lib. 2. Menoch. in tractatu de adipiscenda possession. remed. 5. num. 59. vbi testatur de magis ** communi

ni opinione. [Triuis.dec.2.num.6. Menoc. cons.858.n.8.Bim.cons.43.n.11. lib.1. Frideric.Pruchman.cons.17.n.76. Io.Aloys.de Septi.super Rit.cap.119.in lit.B, & ibi Hieron.Fimia,vers.sed in prontu potest.] Et ratio huius conclusionis est, quia † paria sunt, instrumenta esse liquida, vel breui tempore posse liquidari,vel esse liquidanda,l.fin.cum ibi not. C.de compens. Alex. in d.l.quidam æstimauerunt,col.3. ff.si cert.pet. & cons.99. vol.3.Ant.Massa,in tract.de oblig. in forma Cameræ,vers.secunda cõclusio,n.10. & seq. [Pedamont.dec.92.nu.36. & ante liquidationem non habet exequutionem, Borgnin. dec.21.num.6.lib.1.Crauet.cons.163.nu.3. Asin.de exequution.§.1.c.31.n.2. sicut etiam in instrumento conditionali, qui non habet viam exequutiuam,nisi purificata conditione potest exequi & habet exequutionem paratam adimpleta conditione, Ant. & Blasc. Lanc.super Ritu c.111.in fi.vers. Blasc.Lancea Aloys.de Sept.in d.c.in princ. Hiero.Fimia in c.Rit.10. in lit.B, Vinc.Percolla in d. Ritu cap.101.vers.ibi præsentem, Ant. Platamon.in d.Ritu cap.111. vers.quid si instrumentum,] Viuius in suis communibus opinionibus, in verbo, statutum disponens,vbi testatur de communi * opinione. Asin.in d.c. 31.n.2. Et ideo † in Regno isto liquidatio solet fieri infra vel ante quindenam, vt dixere nostrates omnes super ritu c.6. Blasius Mangnanus in quadam allegatione manuscripta facta pro Spect. Capitaneo Petro de Vita cõtra Magnificum Iaimus Spuces,vbi dicit, quod hanc opinionem semper fuit amplexa M. R. C. quæ obseruantia istius Regni corroboratur, ex eo, quod notant Doctores omnes, & præcipuè Bartol. in l.1. ff.de edendo, & in l.2.C.de sent.quę sine certa quant.Ant. de Canar.in tract.de exequut.instrum.q.14. n.32. qui dicunt, quod in processu exequutionis potest fieri liquidatio, [Simon Viuacit.super Ritu M.R.C.c.119.& ibi. Pet.Rizzar. & Io.Ant.Platamone, Cumia super Ritu c.24.n.7.Turret.cõs.49.n.44.lib.2.Amat. dec.24. n.13.] quod † secus est in verificatione extremorum,quando agitur vigore instrumenti,iuxta formã Bullę,& Regię Pragmaticæ, quia tunc verificatio extremorum deberet præcedere, l.Bibius Marcellus, ff.de pact. dotalib.] Io. Philippus de Paternione, Henricus de Medices, Iac. Rebuff. super eadem Regia Pragmatica, Intrigl.cons.22.nu. 1.& seq.lib.1. vbi testatur de magis ** communi opinione,Maur.Burg.in tract.de Laudem.p.3.inspect.40.n.96. [Additio ad Pet. de Greg.super Bulla q.6.n.100.] Illustriss. Dom. Flamius Palmula, olim maximus Aduocatus,& integerrimus Iudex M.R.C.in allegationibus factis pro inquilinis,& affictatoribus Ducatus Bisbonæ, contra Petrum Grignutum, vbi dicit, quod in hoc articulo nunquam dubitauit M. R. C. & quod vidit pluries, at pluries iudicatum secundum istã opinionem. Dicitur † autem instrumentum clarum, & liquidum, quando ex eo constat quid, quale,& quantum creditori debeatur Bald.in l.si.C.de compens.& in l.2.C.de execut.rei iudicatæ,Ias in l.1.nu.3.ff.de edendo, Rebuff. in tract.de litter.oblig. artic.1. gl.9. nu.8. Matth. Colera, in tractatu de process. execut.p.3.c.1.n.34.Couar.in lib.2.variarũ resolutionum, c.11.n.1. vers. contraria opinio, vbi alios allegat. Menoch. consil. 746. num.7.lib.8. [Io.Ant.Platamone super Ritu c.111. in lit.A, Frideric. PrucKman cons. 17.nu.76.] Et aduertendum est, quod † licet debitor non possit se opponere aduersus executionem instrumenti, attamen non prohibetur se opponere, & excipere, & allegare aduersus liquidationem, quam facit creditor, ad effectum exequendi instrumentum. Bald. in l. si causam, in vltima colum. C. de exequut.rei iudicatæ, Ioannes Baptista de S. Seuerino, in repet. l.admonendi, colum.19. ff.de iureiurando, Marsilius, in l. si quis viduam,n.20.ff.de quæst.& in l.circumducere §.seruo,n.12.ff.ad leg.Cornel.de sicarijs,& sing.168. [& opponere oẽs legitimas exceptiones cõpetentes de iure cõm. dũmodo tẽdant cõtra ipsã liquidationẽ,& nõ cõtra instrumentũ, Gratian.decis.212.n.12.Burg.de modo procedend.ex abrupto, q.5. n.105.] Cumia sup ritu istius Regni,c.24.n.18.Ant. de Canar.in tract.de exequ.instru.q.14.n.33. Maur. Burg.d.inspect.40.n.64. Soc.Iun.cõs. 151.n.5. vbi dicit,quod ratio est,quia statutum prohibet solũ opponi cõtra instrumẽtũ & non aduersus liquidationem; ideo aduersus eam legitimè opponi potest, sed in Re-

gno, ex quo habemus pactum de non opponendo, quod solet apponi in omnibus instrumentis, nec etiam aduersus liquidationem, potest se opponere debitor, cum hoc expresse dicatur in dicto pacto.

12 Nunc quæro, an † requiratur citatio debitoris, ad hoc, vt liquidatio facta, per creditorem, dicatur legitima? Et respondeo, quod sic. Couarr. lib. 2. variarum resolutionũ, c. 11. n. 2. Cumia super ritu istius Regni, c. 6. n. 95 Brunor. à Sole, in cõpend. resolut. propsi. iur. in verbo, instrumentũ guarentigiatũ, in fi. Marius Anguiss. consi. 207. n. 1. Menoc. consi. 746. nu. 7. lib. 8. & licet requiratur citatio, 13 attamen non requiritur libellus, nec litis cõtestatio, seu alius ordo iudiciarius, Anto. de Canar. in tract. de exequu. instru. q. 14. n. 32. [Ann. singul. 256. Carpan. in statut. Mediolanis. c. 42. nu. 67. 68. & 123.]

Secũdò quæro, quando † instrumentum di-14 catur liquidum? Circa quam quæstionum dico, quod tunc dicitur liquidum instrumentum, quando quauis exceptione opposita tergiuersari non potest, Frecc. in tract. de præsent. instrum. p. 7. n. 3. Carauita super ritu Regni Neapolit. ritu 167. n. 14. [& quando non requiruntur aliæ probationes, Triuis. decis. 2. num. 6. Menoch. consi. 858. nu. 8. Bimi. consil. 43. n. 11. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quæ prouenit ex facto aduersarij, non censetur exclusa à statuto reijciente omnes exceptiones.*

2 *Exceptio, quæ prouenit ex facto creditoris, non censetur reiecta per pactum de non opponendo, neque per Pragmaticum super Bulla.*

3 *Exceptio, quæ oritur ex facto aduersarij, impedit exequutionem contractus guarentigiati.*

4 *Exceptio, quæ nascitur ex facto actoris, nunquã censetur exclusa per renuntiationem generalem omnium exceptionum.*

5 *Creditor, qui petit debitum, quod alteri cessit, non potest agere contra debitorem cessum.*

6 *Creditor, qui cessit bonis, non potest agere contra suos debitores, quod intelligas, vt num. 7.*

8 *Creditor, qui acceptauerit cessionem, seu delegationem factam per suum debitorem, non potest agere contra eundem debitorem.*

9 *Creditor, qui fecit quietationem, vel liberationem, seu acceptilationem suo debitori, non potest agere amplius contra eum.*

10 *Debitor, qui fecit pactum de non petendo, non potest agere contra suum debitorem.*

EXCEPTIO TRIGESIMA SEPTIMA.

Quæ prouenit ex facto aduersarij.

1 TRigesimaseptima † exceptio, quæ non censetur reiecta, & exclusa à statuto reijciente omnes exceptiones, est exceptio, quæ prouenit ex facto aduersarij agentis, l. qui officij, §. final. ff. de contrahend. emptio. l. cum proponas, C. de nautico fœnore, Roman. in l. si verò, §. de viro, numero 62. ff. soluto matrimon. & consil. 472. circa finem, Socin. senior, consil. 27. nume. 32. lib. quarto, Marsil. singul. 96. Decius, consil. 230. column. secunda, Asinius, in practic. §. final. num. 56. Decian. consil. 3. num. 86. lib. quarto, Dom. Milanens. decisio. octaua, nume. 26. & 27. libr. secundo, [in ista exceptione potest adaptari alia exceptio melioramentorum, quæ prouenit ex facto aduersarij, quæ exceptio retardat exequutionem sententiæ cum pro illis detur retentio, l. si in area, ff. de condit. indebit. Negus. de pignor. in quarto mẽbr. 5. par. nume. octauo, Marescott. variarũ resolut. cap. 121. num. quarto, lib. secundo, quod procedit et in iudicio possessorio, & in exequutiuo, & ratio est, quia pro meliorامentis non competit actio, sed tantũ retentio, Bar. in l. 2. n. 9. vers. & ideo, ff. de appella recip. Dec. consi. 18. nu. 2. Marescot. vbi supra nu. 42. & potest opponi etiam in exequutione sententiæ, Alexand. consi. 85. num. sexto, versic. præterea, libr. quinto, Marescott. vbi supra, nume. 48. versic. quæ posui supra in add. ad except. 16. n. 42.] vbi dicit, quod 2 † etiam per pactum de opponendo, non cẽsetur exclusa ista exceptio, & quod admittatur aduersus executionem contractus, iuxta formam Bullæ, dixit ipse Milanens. eadem decis. 8. num. 44. & adducit rationem, quia tunc actor non excluditur per exceptionẽ aduersarij,

sarij, sed seipsum excludit. Batt. in l. cum qui ita, §. quis stipulatus, ff. de verb. obli. Roma. d. cons. 472. in fine, Decius, cons. 27. n. 4. Roland. cõs. 53. n. 31. & 32. li. 1. Foller. in Pract. censuali, in verbo, quæ quidem executio, nu. 53. [Giurb. decis. 112. n. 5.] & quod † ista exceptio impediat exequutionem instrumẽti guarentigiati, tenuere Roman. d. cons. 472 per totum. Alex. in addit. ad Bart. in l. si cum emptore, ff. de pactis, Anchar. cõs. 119. [Purpurat. cons. 205. nu. 8. lib. 1. Nicol. Caluol. in praxi. §. exceptiones, contra libellum concl. 3. nu. 8.] Paris. cons. 19. nu. 3. Roncagall. in repet. l. 3. n. 64. ff. de duob. reis. & † quod non censeatur exclusa per renũciationem omniũ exceptionum, dixerunt Brunor. à Sole, q. 31. nu. 40. Mascard. in tract. de probat. conclus. 1264. n. 34. Paris. cons. 77. nu. 72. libr. 2. Roland. cons. 95. nu. 38. libr. 1. Decian. cons. 19. nu. 54. libr. 3. Carauita, in tractatu de excuss. p. 2. q. 17. nu. 5. & hæc exceptio potest exemplificari, quando † creditor cessisset alteri debitum quod petit, quia tunc potest opponi hæc exceptio tanquã proueniens ex facto ipsius creditoris. Bertran. cons. 303. nu. 3. lib. 2. quod intelligas, si agit postquam interuenit vnum ex illis tribus requisitis in l. 3. C. de nouat. Amatus decis. 93. nu. 9. [Intrigl. singul. 157. lib. 2. & decis. 15. nu. 16. Milan. dec. 16. n. 48. lib. 2. Garger. patroc. 53. n. 7. & 14. n. 8. p. 1. Chassan. in consuet. Burgund. Rubr. 5. §. 2. n. 2. fol. 817. Crauet. cons. 298. n. 8. Cartar. dec. 128. n. 2. Muta dec. 96. n. 5.] Item potest † exemplificari, quando creditor iam cessisset bonis, quia tunc eius facto impediretur agere, l. item si vnus §. ex litigatoribus, ff. de receptis arbit. vbi gl. & Bart. Brun. in tractat. de cessione bonor. q. 17. in prima parte princip. Natta, cons. 440. n. 1. lib. 3. Ias. in §. fin. n. 24. Instit. de action. Straccha. in tract. de mercatura, tit. de decoctor. p. 3. n. 14. Cornazan. decis. 175. n. 7. & 20. [Amanell. de Clar. aqs singul. 5. Apicell. tutamẽ pauper. tit. 4. n. 79.] quod † intelligas, postquã eius bona fuissent vendita, vel assignata creditoribus, quia ante semper est dominus, l. si quis bonis, la 1. ff. de cessio. bonor. Cappel. Tolosan. decis. 134. Brun. in d. tract. de cession. bonor. q. 19. princ. nu. 6. & q. 15. n. 2. Amatus, d. decis. 63. n. 3. & 7. Item potest exemplificari, quando † creditor acceptauit cessionem, seu delegationem facta per suum debitorem, quia tunc non potest agere aduersus eundem debitorẽ, ex quo facto suo impediretur eius actio, cũ talis cessio habeatur loco solutionis, [Surd. cõs. 445. nu. 8.] & per eam dicatur facta nouatio, l. inter causas mandati, §. abesse, ff. mandati. Decius, cons. 99. n. 4. Gozad. cons. 78. nu. 8. Hieron. de Laurent. in Rota Auenion. decis. 99. nu. 1. & seq. Marc. Ant. Amatus, decis. 6. n. 1. Asin. in tract. de exequut. §. 2. c. 22. nu. 4.

Item potest † exemplificari in creditore, qui fecit quietationem, vel liberationem, vel acceptilationem suo debitori, quia remittentibus iura sua, non datur amplius regressus, l. quæritur, §. si venditor, ff. de ędilit. edicto, l. fin. C. de remission. pignor. c. ex transmissa, de renunciat. Crauetta, cons. 142. n. 7. lib. 1. Anton. à Sola super constit. seu decretis Sabaudiæ, tit. de ordin. process. caus. instrum. glos. 3. nu. 1. Butticella in repet. l. edita, nu. 167. C. de edendo. [Rimin. iun. cons. 757. n. 12. Roland. à Vall. cons. 100. n. 24. lib. 4. Surd. cons. 395. n. 4. & cons. 398. n. 2.]

Vltimo † loco potest dari exemplum in pacto de non petendo, l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. Ant. à Sola, vbi supra, Carpan. super statut. Mediol. c. 42. nu. 179. lib. 1. de quo pacto iam loquutus fui supra exceptione 35. n. 3. & sequent.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quæ prouenit ex defectu personæ contrahentis, non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones, amplia vt nu. 4. limita, vt n. 5.*

2 *Exceptio, quæ prouenit ex defectu personæ contrahentis, potest opponi non obstante pacto de non opponendo, & Pragm. super Bulla, & n. 3*

6 *Contractus factus cum minore, furioso, & similibus personis, est ipso iure nullus.*

EXCEPTIO TRIGESIMAOCTAVA.

Ex defectu personæ contrahentis.

TRigesimaoctaua exceptio, quæ non videtur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones aduersus instrumentum, est illa, † quæ

1 † quæ prouenit ex inhabilitate personæ contrahentis,& se obligantis, vt quia contrahēs erat minor, vel furiosus,vel istis similis,tempore contractus;l.scire oportet, §.si.ff.de excusat.tutor.Io.Andr.in addit.ad Speculat.in tit.de sentent. §. vt autem, Roman.cons.42. n.2.& in l.tutor,§.prodigus, ff.de iureiuran. Mars.in l.si quis ne quæstio,n.43.ff.de quęst. Seraph.in tract.de priuileg.iuram.priuil.77. n.84.Ias.in l.2.§.prætor ait,vers.7.ff. qui satisdare cogan.Maranta,cons.39.n.32.& disput.6.nu.33.Ruin.cons.78.nu.8.lib.4.Rip. in l.4.§.condemnatum,num.4. ff. de re iudi. Gramm.cons.ciuil.95.nu.35.Brun. à Sole in Compend.resolut.proposit.iur.in verbo,statutum prohibens.Paul.de Castr. in l.1.nu.6. ff.de constit.pecu. D. Cumia super ritu istius Regni,c.16.n.54.Rebuf.in tract.de lit. obli. art. 1.glos.9.n.36.37.& 38. Socin. sen. cons. 41.nu.11.& 12. vol. 1. Carpan. super statut. Mediol.c.42.n. 178. vbi alios allegat.Maur. Burg.in tract.de Laudem. p.3. inspect.40.n. 99.D.Milanens.decis.7.nu.9.& 10. lib.2.vbi alios allegat, [Aldouin.cons.1.n.37.] & di-
2 cit, quod hæc † exceptio potest opponi non obstante pacto de non opponendo, & Pragmatica super bulla. [Paris. cons. 16.n.22.& 23.lib 1.Gigas de pension.q.fi.nu.17.cū seq. Rimin. Iun.cons.494.n.20. Ant.de Virgil.in suo secundo tract.de legitim.personæ in præludijs n.1.cum seq.] Et redeundo ad nostrā
3 exceptionem,dico, † quod ipsa potest opponi etiam si in instrumento adesset iuramentum,Seraph.de Seraph. in tract.de priuil.iuram.priuil.77.n.84.& priuil.83.n.23. Maur. Burg.in d.inspect.40.nu.110.Sed supradicta
4 conclusio † declaratur, vt procedat, si de inhabilitate ipsius obligati constat, & apparet ex inspectione ipsius instrumenti, vt quia in eo dicatur, talis annorum 15. se obligauit, &c.alias talis exceptio nō admittitur in prima instantia,sed debitor cōuentus debet soluere,& postea solutū repetere. Burg.inspect.
5 præd.num.103. & ratio, cur hæc exceptio † admittatur non obstāte statuto prędicto, as-
6 signari potest, quia contractus factus † cum supradictis personis, est nullius momenti,l. Iulianus,ff.de curat. furioso. Clemen. Si furiosus,de homicid.cum simil.lib. allegatis per Menoch.in tract.de arbit. iud. casu 171. per totum, & per Mozzi. in tractat. de contract. rubr.quomodo contract.deficiat, n.1. & seq. & exceptio nullitatis non censetur reiecta, vt dixi supra excep.20.num.11.ergo nec ista. [& quid si in cōtractu facto cum minore accesserit dispensatio Principis , seu Senatus Bim.cons.252.n.58.& quando est nullus ipso iure an requiratur declaratio.Gratian.disceptat.cap.559.n.65.Marescot.var. resolut. cap.63.num.1.lib.2.Alex. 35. lib.2. titul.de minor. resolut. 1. num. 1. cum alijs per eum allegatis Decius cons.86.n.7.Socin.iun.cōs. 47.num.8. versicul. capio secundam libr.3. Mandel.Alb.cons.257.n.1.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quæ prouenit ex defectu formæ non censetur reiecta à statuto reyciente omnes exceptiones,ampliatur. vt nu.3.*

2 *Forma non seruata actus corruit.*

EXCEPTIO TRIGESIMANONA.

Ex defectu formæ.

1 TRigesimanona † exceptio, quæ non censetur sublata à statuto tollente omnes exceptiones aduersus instrumentum, est illa, quæ prouenit ex defectu formæ. Bartol.in l. Diuus,num.1.ff.de testamen.milit. Dec.in l. Intrigl.cons.2.n.87. [Aldou.cōs.1.n.26. Peregr.cons.75.n.12.lib.4.Becc.cons.12.n.15.cū sequ.& cons. 66. num.11. Roman. cons.186. num.8.& ibi Addent.licet non adsit clausula annullatiua Aldou.cons.1. nu. 29. & cons. 20.nu.108.& num.110.] & ratio istius con-
2 clusionis est,quia forma † non seruata,actus corruit,& redditur nullus. l. non dubium.C. de legib.l.cum ij, §. si prætor, ff. de transact.
* vbi communiter * hoc notant Scribentes, Rolandus.consil.30.n.16.lib.4. Turrett.cōs. 86.n.5. [Rimin. cons.180.nu.5. Becc.dicto consil. 12.num.20. Surd. cons. 186. num.19. Bellon.decis.Genuæ 190.num. 9. Medic.decis.rot. Roman.300.num.2. Borell.consil.12. num.18.& cons.64.num.3. Anell. Amat.cōs. 64.nu.6.& quid si fuerit instit.causam omittendi idem cons.69.nu.7. Camill.de Larata cons.

conſ.5.n.33.Surd.conſ.511.n.1.& conſ.519 num. 24. Farinat. deciſ. Rot. Roman. 247. num.4. Aldouin.conſil.1. num.28. & eſt ſeruandam à ruſtico muliere, & minore, idem Aldouin.d.conſil.1.num.31. Borgnin.de tutore,num.132.Becc.conſ.12.nu.29. & conſ. 66. num.8. & 9. Siluan. conſ.40. num.17.]

3 Quod † ampliatur procedere, etiam ſi defectus formæ ſit modicus, Rolandus conſil. 30.num.quinto, libro tertio. Cephalus conſil.421. numero 48.& ſequent.libro tertio,& conſilio 662. num. 27. libro quinto, Burſattus conſilio 73. numero 23.libro primo. Beccius, conſilio 12. numero 29. libro primo. Boccatius, in tractatu, vti poſſidetis, capit. 18. num.4. 8. & 21. [Becc. dicto conſil.66. num.21.lib.1. Pariſ.conſil.95. num.25. lib. 1.Gratian.diſcept.cap.27. num.4. Aldouin. dicto conſil.20.num.109. & conſil.37.num. 51. & conſ.44.num.13.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio hæc, quod obligatio fuit facta ſine cauſa, non cenſetur reiecta à noſtro aſſerto ſtatuto reijciente omnes exceptiones.*

2 *Exceptio, quod obligatio fuit facta ſine cauſa, admittitur in noſtro Regno Siciliæ, non obſtante pacto de non opponendo.*

3 *Agere, vt aliquis validè poſſit ex obligatione, requiritur vt adſit cauſa ipſius promiſſionis.*

4 *Cauſa obligationis ſi deficit, deficit ipſa obligatio.*

5 *Inſtrumentum ſine cauſa non valet.*

6 *Inſtrumenta, & obligationes ſine cauſa factę nequaquam merentur exequutionem.*

7 *Obligatio ſine cauſa nullatenus poteſt ſuſtineri in vim donationis, quod tamen limitari poterit, vt n.8. & 9.*

10 *Obligatio ſi à principio fuit facta cum cauſa, ſi ea deficit, & reducta fuerit ad non cauſam, annullatur.*

11 *Hæres, qui promiſit perſoluere legatum ex teſtamento relictum, ſi poſtea aliqua intercedente cauſa teſtamentum annullatur, vel illud legatum fuerit per codicillos ademptum, vel ipſa hæreditas fuerit reperta valdè exhauſta, vel etiam non ſoluendo, non poteſt conueniri ex præmiſſa tali promiſſione.*

12 *Exceptio, quod obligatio fuit ſine cauſa, non admittitur inter mercatores, & quare.*

EXCEPTIO QVADRAGESIMA.

Quod obligatio fuit facta ſine cauſa.

1 QVadrageſima † exceptio, quæ non cenſetur reiecta à ſtatuto reijciente omnes exceptiones, eſt illa, per quam dicitur, quod obligatio fuit facta ſine cauſa, Seraphin. de Seraphin. in tractat. de priuileg. iuramen.priuileg.77. num.67. Alexand. conſil. 77. num. 15. volum. 3. & conſil. 157. nume. 1. volum.6. Straccha in tractatu de adiecto, parte quarta, num.5. Anna, ſingul.250. Cephal. conſil. 108. num.1. volum. 1. Ioannes de Amicis, conſil.129. in princip. Marſil. in repet. rubr. de probationib. num.159. Petr. Frideric. Germanus, in tractatu de mandat. ſine clauſul.lib.ſecundo, cap.fin. num. 1.2.4. & 5. Nepos de Monte Albano, in libello, de exceptionib.titu.2.verſ.item poteſt opponi. [Rebuff.de liter.obligat. artic.cap.1.glo.9. nu.25. Milan.dec. 10. num.1. lib.1. Panciroll. conſ.16.nu.6.] Carpanus, ſuper ſtatut. Mediol.c.42.num.185.lib.1.Maur.Burg. in tractat.de Laudem. p.3.inſpect.40.num.90.

2 vbi multos alios allegat, & dicit, quod † in iſto Regno admittitur, non obſtante pacto de non opponendo, [Surd.conſ.122.num. 1.Gratian.diſcept.cap.233.nu.18.] & ratio

3 eſt, quia † ad hoc, vt quis poſſit agere ex promiſſione, requiritur, vt adſit cauſa ipſius promiſſionis, l. 2. §.circa, vbi gloſſ. ff. de doli except. gloſs. in verbo, cauſam, & ibi Baldus, Angelus, & Salicet. in l. generaliter, C. de non numer. pecun. gloſſ. in l. cum de indebito, §.final. de probat. Lanfranc.de Oriano, in repet. capit. quoniam contra, in verbo, confeſſionem, num.25. in fine, de probationib. Vueſemb. conſil.31.n.5. lib.1. vbi

4 teſtatur de communi * opinione: quia † ſi cauſa obligationis deficit ipſa quoq; obligatio deficit, & non valet, Baldus in l. final. C. de conſtitut. pecun. l. generaliter, C. de epiſcop. & clericis, & in l. ſi quis ſub conditione, de conditio. inſtitut. [Galganet. de condit. & demonſtratio.cap.96.num.26.

par.

par.1. Intrigl.decis.43.num.19. Gratian.discept.cap.273. num. 21. & cap.324.num.9. & cap.423. num. 48.] Secunda potest esse ratio: quia † instrumentum sine causa nō valet, & est nullum, l. cum de indebito, in fine, ff. de probatio. Gigas cons. 58. num. 12. [Alex.consil.3.num.2.lib.2. Carpan. in statut. Mediolanens. cap.42. num.69. Tartalia in pract. cap.1. num.112.] & exceptio nullitatis nō censetur exclusa à prædicto nostro statuto, vt dixi supra, except. 20. num.1. ergo eodem modo nec ista exclusa esse cēsetur.

6 Ex quo fit, vt † instrumenta, & obligationes causam non habentes, vt puta mutui, locationis, emptionis, & similium, nullam merentur exequutionem. Alexan. cons.4. & consil. 83. volum.1. Pet. Frider. in tract. de mand. sine claus. c.64. num.4. [Marsil. sing. 219. & 249. Alex. consil.3. in causa, & lite, num.2. vers. & primo, quia lib.2. Tusch. in lit. O, cōclus.38. num.3. & 9. Bertazzol. in tract. clausul. claus. 34. glo. 12.]

7 Iuxta prædicta quæro primò, quid si obligatio † esset sine causa, an possit sustineri, & valere in vim donationis? Et respondeo, quod non. Gloss. in l. generaliter, in verbo, causam, C. de non numerata pecunia, Alexand.cons.118.num.3.volum.4. vbi testatur de communi *opinione, & dicit dictam glossam esse singularem, Pet. Frider. dicto cap. 64.num.5. Barbat.cons.27.colum.penul.lib. 3. [Cassane. in consuet. Burgund. rubr. 11. §. in tex. ibi contra principalem, num. 10. & obligatio facta in instrumento guarentigiato sine causa valet per ea que tradit Gratian. discept.c.280. num.5. Marsil.sing.249. allegatio. Cephal.cons.108.num.1.] Illustris. Cardinal. Albanus, in lucubrat. ad Bartol. in l. cum de indebito, §. sed hoc, ff. de probat. Bero.cons.56.num.16.lib.1. Vuesembech.dicto consil.31. num.6. Sed † hæc conclusio limitatur duobus casibus, primò, si debitor se obligasset ex certa scientia, licet sine causa, quia tunc obligatio valeret in vim donationis. Doctores omnes, in l. Campanus, C.de oper.libert. Bart. & ceteri Scribentes in l. si dari, ff. de verb. obligat. Pet. Frider. dicto num.65. [Alexand. cons.19. num.3. & seq. lib.4.] Secundò † limitatur, quando obligatio esset conditionalis, quia tunc condi-

tio habetur pro causa, l. à Titio, l. si quis ita stipulatus, ff. de verborum obligat. Frider.d.cap.64. num.11. [sic etiam promissio ex certa scientia sine causa valet, & tenet Marsil. singul.482. circa medium, Alex. cōs. 76.nu.3.lib.6. Dec.cons.115.n.2.]

10 Quæro secundo, quid † si obligatio à principio fuit facta cum causa, sed postea ipsa causa deficit, & fuit redacta ad non causam, vt si quis promisisset dotem in contractu matrimoniali, propter matrimonium, quod postea non fuit sequutum cum effectu, an tunc hæc exceptio possit opponi non obstante tali statuto reijciente omnes exceptiones? Et dico, quod sic, glos. fin. vbi Cyn. in 1. not. & Bald. in princip. in l.1. C. de cond. ob caus. Zasi. in singul. intellect. in l. qui se debere, ff. de condict. causa data. Surd.cons.381. num.5. & 6. lib.3. vbi allegat alios Doctores, & est tex. in l. 2. §. circa. ff. de except. Menoch. cons.888. n.19. lib.9. & est etiā tex. in l.1. ff. de cond. sine causa, vbi est optima glossa, in verbo, sine causa, [& ita fuit decisum per M.R.C. ann. 1607. mense Iunij inter dominum de Gennaro conuentum, & Camil. de Laratha cons. 6.num.9. Alb.cons.251.num.31. Alex.cons. 9.nu.12.lib.5.] quæ dicit, † quod si hæres promisit soluere legatum ex testamento, & postea testamentum annullatur, vel legatum per codicillos fuit ademptum, tunc non potest conueniri ex tali promissione; & idem est si hæreditas à principio credebatur opulenta, & postea reperitur grauata ære alieno, & exhausta. Panciról.cons.16.num.4. Vuesembec.d.cons.31.n.5. & licet prædicti DD. non loquanī, quando hæreditas reperitur exhausta, tamen idem indubitatè teneo esse dicendum, cum militet eadem ratio, quæ militat quando testamentum est nullum, vel legatū per codicillos ademptū, immò militat maior ratio isto casu, quàm quando legatū est per codicillos ademptū, quia illo casu penes hæredem remanet aliquid, de quo posset satisfacere ipsi legato. [facit id q dicit gl. in l. si quis ff. de cond. indeb. & an vtatur beneficio inuentarij quādo se obligauit ad soluendum debitū hæreditariū, Surd.cōs.191.n.26. Anchar. q.69.n.9.lib.1. Iacobin. in l. fi. §. in computatione, n.13. C. de iur. deliberand. Crau. cons.214. nu.7.] At isto casu nihil; ideo si illo

lo casu non est obligatus, quomodo posset esse obligatus isto, quia isto casu legatarius locupletaretur cum aliena iactura, quod esse non debet.

Et pro complemento istius exceptionis di-12 co, † quod ipsa non potest opponi inter mercatores, quia inter eos scriptura obligat, etiã sine causæ expressione, l. si litteras, vbi Salicet. & Paulus de Castro, C. mandati. Bartol. & Doctores in l. Quintus, ff. mandat. Baldus, in l. si pro ea, in fi. C. mandati. Vuesembech. dicto consil. 31. n. 23. vbi alios citat. [Mancin. de Iurament. p. 4. effect. 24.]

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quod dies solutionis nondum aduenerit, potest opponi non obstante statuto, vel pacto reijciente omnes exceptiones.*
2 *Debitor pendente die solutionis habetur pro non debitore.*
3 *Iudex antequam veniat dies solutionis non potest cogere debitorem ad soluendum.*
4 *Creditor, qui agit ante diem debita solutionis, tenetur duplicare inducias ad soluendum debitori pro tanto tempore, quanto egit ante debitum tempus, quod intelligas vt n. 5. & 6. & quomodo debeant duplicari induciæ, n. 7.*
8 *Creditor petens plus debito, non tenetur ad duplum totius debiti petiti, sed summæ ei solutæ.*
9 *Creditor agens ante euentum conditionis, repellitur ab agendo.*
10 *Solutionis dies si venit pendente iudicio, an validet iudicium retrofactum.*

EXCEPTIO QVADRAGESIMAPRIMA.

Quod dies solutionis nondum aduenit.

1 Quadragesimaprima † exceptio, quæ non censetur reiecta à statuto reijciente omnes exceptiones, est exceptio, per quam dicitur, quod dies solutionis nondum aduenit, Alex. cons. 95. nu. 1. lib. 1. Paul. de Castr. cons. 327. num. 2. vol. 2. Imola, cons. 136. Rebuff. in tracta. de litter. oblig. artic. 2. glos. num. 73. Carauita, super ritu Regni Neapolit. ritu 167. nu. 8. Cephal. cons. 387. nu. 21. & 22. Maur. Burg. in tract. de Laudem. p. 3. inspect. 40. n. 2 74. & ratio est, quia † debitor pendente die solutionis, habetur pro non debitore, l. debito, ff. de verb. signif. l. cedere diem, cod. tit. l. cum qui, §. quoties, & l. liber homo, §. 1. & 2. ff. de verb. oblig. Pet. Frid. in tract. de mãdat. sine clausul. lib. 2. c. 63. n. 4. [Purpurat. cons. 447. n. 35. Borell. cons. 75. n. 2. & agente ante diem male agit Surd. decis. 151. nu. 2. Gabr. 3 cons. 16. n. 32. Botta cons. 85. n. 5.] neque † iudex antequam veniat dies solutioni destinatus, potest debitorem constringere ad soluendum, l. Fulcinius, §. si in diem, ff. quib. ex 4 caus. in possess. eat. Frider. d. num. 4. Immò † creditor ita agens incidit in pœnam, vt non possit agere contra debitorem cõuentum ante tempus, nisi expectet tantum tempus, quãtum prius egerat, & sic tenetur duplicare inducias, quas prius debitor habebat. Bal. cõs. 169. nu. 1. vol. 3. Marsil. sing. 355. Carauita, in addit. ad Afflict. decis. 279. vbi etiam Hieron. de Martino, idem Bal. in l. 1. de condict. ex lege, & in l. quod si dies, ff. de petit. hæred. Alex. in l. pecuniam, ff. si cert. pet. Caualcan. in tract. de vsufruct. mul. relicto, n. 194. Burg. d. inspect. 40. n. 77. [Tusch. in litt. D. concl. 5 52. n. 1. Alex. cõl. 83. n. 4. lib. 6.] & hoc † procedit tantũ, quando creditor agit ante diem, vt debitor sibi soluat, & satisfaciat, secus verò, quando actor ãte diem debitorẽ conueniret, non vt sibi solueretur, sed vt solutio promissa sit in statuto, & caueat, ac præstet fideiussores de soluendo adueniente tempore solutionis, [Milan. decis. 15. n. 12. lib. 2. Cacheran. decis. Pedemõt. 130. n. 9. Surd. decis. 120. n. 13. Fab. de Ann. in obseru. 12. vers. an autem debitor idẽ Surd. decis. 151. n. 7. Tusc. in lit. D. concl. 52. n. 31. & 41. Ioseph Ludou. concl. 8. in princip.] vt quia debitor est aliquo modo suspectus de fuga, vel de aliqua decoctione: nã tũc isto modo creditor benè posset agere, nec ei obstabit exceptio, quod dies solutionis nondũ venit, est tex. in l. Fulcinius in princ. ff. quib. ex caus. in possess. eat. & in l. in omnibus, ff. de iudic. Bart. in l. ita stipulatus, la grande, in 2. quæst. princ. ff. de verbor. oblig. Afflict. decis. 279. per tot. vbi Prosper. Carauita, in addit. nouiss. & decis. 108. Muscatell. in Pract. in p. 4. in glos. in verbo, petẽdo, nu. 9. in fin. Rota Genuens. decis. 107. per

 totam.

totani. Pet. Frider. in tract. de mand. fine clausul. lib. 2. c. 63. n. 5. Asin. in tract. de excep. §. 4. c. 92. n. 3. Bim. cons. 5. n. 70. lib. 1. Secundò

6 † non procedit dicta conclusio, quod debeât duplicari induciæ ad soluēdum, qñ creditor agit ante diem solutionis si esset fiscus creditor, quia ipse pōt agere etiam ante tempus, dummodo immineat aliqua necessitas, Iacobin. & Ias. in l. pecuniam, ff. si cert. pet. Aret. in §. appellantur, in 3. col. in fin. Instit. de except. Carauita loco citato, vbi etiā Marc. An-

7 ton. Pulucrin. Et † intelligas, vt induciæ duplicentur, non totę, sed tantū pro rata temporis, in quo anticipatur petitio; vt si creditor ageret per tres mēses antea, debet expectare alios tres menses, licet dilatio principalis esset vnius anni. Ias. in l. pecuniā, ff. si cert. pet. per tex. in l. damnum, §. quisquis, & quod ibi notatur, ff de pęnis, Bal. Rom. & Alex. in d. l. pecuniam, Carauita, & Hierony. de Martino loco cit. [Fab. de Ann. in sua obser. 12. in fi.] & ex hac ratione motus aliàs de facto interrogatus, iuxta terminos c. 9. ritus, vbi dicit,

8 quod creditor † petens debitum solutum, tenetur ad duplum; dixi, quod creditor tenetur ad duplum pro rata summæ solutæ, licet creditor petat totum debitū. [Ant. Lancea super Ritu, c. 101. col. 2. vers. ibi de duplo, & c. 104. Io. Aloy. de Sept. c. 105. eiusdē Ritus Vinc. Percoll. c. 129. eiusdē Ritus.] & qđ dixi de creditore agente ante aduentū diei,

9 procedit, † etiam si ageret ante euentum conditionis, Iacobin. in d. l. pecuniam, nu. 4. ff. si cert. pet. vbi et Ias. Carauita in addit. nouissimis ad Affl. dec. 279. in prin. & ibi Hieron. de Martino. [Barz. dec. 70. n. 34. Ludo. concl. 8. vers. declarat hoc Barbos. in l. si constāte §. fi. n. 6. ff. solut. matr. Fanut. de moment. tēpor. c. 23. nu. 4. nec pōt peti ante diē Sim. de Præt. cons. 141. n. 7. Tusc. in lit. D, concl. 52. n. 4. & potest Iudex ex officio creditorē à iudicio repellere, Carau. super Ritu 167. n. 8.]

10 Quæro, quid si † pēdente iudicio superueniat dies solutionis, an tunc pcedat iudiciū, an verò admittatur ista exceptio, ita ut iudicium debeat de nouo incipi? Et dico, quod iudicium procedit, & dēt sequi condēnatio, non autē absolutio ab obseruatione iudicij, vt habetur per Doctores in d. l. pecuniā, ff. si cert. pet. Paul. de Cast. in l. exceptionē, nu. 5. C. de probat. Rota Genuen. dec. 107. num. 2. [Ioseph. Ludou. concl. 8. colum. 5. vers. limita. 1. Tusch. in lit. D, concl. 52. nu. 57. Giurb. decis. 17. nu. 1. & 20. cum seq.]

S V M M A R I V M.

1 *Statutum reÿciens omnes exceptiones, non reÿcit denuntiationem Euangelicam.*

EXCEPT. QVADRAGESIMASECVNDA

Denunciationis Euangelicæ.

QVadragesima secunda exceptio, quę potest opponi non obstante statuto reijciente omnes exceptiones;

1 est denuntiatio † Euangelica. Bald. in Auth. Clericus, C. de episc. & cler. Bero. in c. item cum quis, n. 37. in fi. de rest. spol. Asin. in pract. §. 31. c. 34. n. 8. Meno. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. n. 44. & 45. vbi dicit, quod hæc non dicitur exceptio.

S V M M A R I V M.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non censetur exclusa à statuto excludente omnes exceptiones, intellige, & limita vt nu. 2. 3. & 4.*

5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi, quando reperitur per statutum in specie sublata.*

6 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an possit opponi si est ei renunciatum, & vide nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. & 15.*

7 *Facilitate ea, qua quis inducitur ad contrahendum, inducitur etiam ad renunciandum exceptioni non numeratæ pecuniæ.*

16 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quibus casibus possit opponi, & n. 17. vsque ad 20. inclusiuè.*

27 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non habet locū in confessionibus iudicialibus.*

28 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, in quibus contractibus habeat locum.*

29 *Debitor ex alio cōtractu quā mutui nō potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

30 *Exceptio nō numeratæ pecuniæ, an possit opponi si debitum ex alia causa conuertitur in mutuum.*

31 *Exceptio non numeratæ pecunię competens debitori principali, competit etiam suis fideiussoribus, quod amplia, vt nu. 32.*

33 *Creditor pro suo interesse pōt opponere exceptionem*

nẽ non numerata pecunia aduersus confessionem factam per suum debitorem, & quomodo hoc procedat nu. 34.

35 *Debitor elapso biennio quando possit opponere exceptionem non numerata pecunia.*

36 *Creditor, qui confessus est sibi fuisse solutum à suo debitore, quando possit opponere exceptionem non numerata pecunia, & n.* 37. 38.

39 *Exceptionem hanc non numeratę pecunia opponere potest iudex, parte etiam non opponente.*

40 *Exceptio non numerata pecunia potest opponi tametsi confessio esset cum scriptura, quam sine, & tam si scriptura est publica, quàm priuata.*

41 *Exceptio non numerata pecunię potest opponi pro rata summa non solutę.*

42 *Exceptio non numerata dotis habet oĩa, qua consequitur exceptio non numerata pecunia, & omnia dicta in una, habent locum in alia.*

EXCEPT. QVADRAGESIMA TERTIA.

Non numerata pecunia.

1 QVadragesima tertia exceptio, quæ non censetur exclusa † à statuto excludente omnes exceptiones, est exceptio non num. pec. Cyn. in l. in contractib. C. de non num. pec. Ias. in l. qui pecuniã, n. 7. ff. si cer. pet. Fel. in c. si cautio, n. 47. de fide instr. Gom. in lib. var. resol. ti. de contractib. c. 5. n. 1. vbi Suarez in addi. Molin. in tract. de contractib. disput. 302. n. 16. Matth. Colera in tract. de processſ. exequ. p. 1. c. 10. num. 207. Suarez in repetit. l. post rem iudicatam in declarat. leg. Regni, versic. sed pro euidentia, nu. 12. ff. de re iudi. Carpanus super Statut. Mediol. lib. 1. cap. 42. nu. 117. [Prosper à Petr. in Addit. dec. Gramm. dec. 59. n. 17. Caluol. in praxi. §. exceptiones cõcl. 5. & quid si in specie statutum remouet talem exceptionem non videtur remouere id q̃ peruenit ex confessione, Bim. consſ. 296. num. 5. Bertach. in repertor. in verb. exceptio non numeratæ pecuniæ, & talis exceptio retardat exequutionem obligationis cameralis, Ricc. collect. dec. p 2. collect. 452. versic. quartum, Siluest. Zacch. in addit. oblig. Cameral. q. 20. n. 1. Iac. Gall. consſ. 86. nu. 11.] Facchin. in controuersſ. iuris, p. 1. lib. 2. c. 84. vbi reprobat opinionẽ Baldi, qui tenet contrarium, & adducit rationem, quia huiusmodi exceptio non numeratæ pecuniæ inest ipsi obligationi & confessioni ex quo lex præsumit talem confessionẽ fuisse factã sub spe futuræ numerationis ideo intra bienniũ exce-
2 ptionem istam concedit quare nunquam † à statuto censetur exclusa infra dictum biennium tantum, quia eo elapso censetur reiecta à prædicto nostro statuto, Io. de Imola in l. 1. §. quæsitum, n. 31. ff. a quibus appell. non licet, Matth. Colera in tract. de processſ. exequ. p. 1. c. 10. n. 216. & 217. vbi dicit, quod tunc non impedit exequutionem, & refert alias auctoritates & rationes. [Tusc. in lit. E, cõclus. 418. nu. 1.]

3 Quæ conclusio limitatur † duobus modis. Primò, si ita confessus infra biennium fuisset legitimè impeditus, quia tali casu etiã elapso biennio si cõuenitur, põt opponere hanc exceptionẽ, Purpur. consſ. 440. n. 3. lib. 2. [Muta dec. 71. nu. 5. Pet. Muñoz de Auendan. de exequẽdis mandat. c. 16. n. 11. p. 1. Catheran.
4 dec. 134. n. 1.] Secundò † limitabis, quando creditor agens, iam confessus fuisset pecuniã se nõ numerasse, quia etiam illo casu debitor cõuentus elapso biẽnio posset opponere hãc exceptionem nõ numeratæ pecuniæ, Bimi. consſ. 172. nu. 12. lib. 2. Sed tota difficultas
5 cõsistit, quando † statutum in specie & indiuiduo excludit hanc exceptionem, & dico, quod tunc non potest opponi, quia eam statutum tollere potest aduersus instrumentũ, Bald. in l. qui pecuniam, ff. si cert. pet. Socin. reg. 97. ampl. 3. Thinn. ĩ pract. cautela 30. n. 4
16 Quæro modo, quid si fuisset † renuntiatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, an possit illa opponi non obstante renuntiatione? & respondeo quod aliqui fuerũt opinionis q̃ non, ita tenuit Specul. in tit. de empt. & vendit. §. 1. nu. 18. glosſ. fi. in l. 1. C. de dote cauta non numerata, Bertaz. qui alios etiam allegat in tract. clausul. clausſ. 32. gl. 4. nu. 1. sed contrariã opinionem in hoc articulo tenuerunt Bal. in l. in contractibus, C. de non num. pecunia, Scribẽtes in l. si ex cautione, C. eod. tit. Socin. regula 97. ampliat. 2. Alexander consſ. 35. lib. primo, vbi testatur de commu. * opinion. Couarru. libro primo, variarum resolutio. cap. quarto, num. 3. Felin. in cap. si

cautio, nu.48. de fide instrument. Alciatus in c.cum contingat, nu.175. de iureiurando, & in l.pacta quæ contra, C. de pactis, Curtius iunior in l.secunda, §.fi.num.23. ff. si certum petatur. Bertazzolus dicto nu. 1. Thinnin. in Pract. cautela 30.nu.2. qui etiam testatur de * communi * opin. Zucchardus consf. 20. num. 11. Matthæus Colera in tractatu de process. exequut.p.1.c.10.n.202.& 209. vbi testatur * de communi * opinio. Suarez in repetitio.l. post rem indicatam, vers. sed pro euidentia, num.26. ff. de re iudic. [Paul.Emil.Gall.de exceptio.tit.5.exceptio.10.seu 4.par.11. fol. 298. Mart.de Iurisditt.p.4. Cent.1.cas.161.n. 23. Marescott.var.resolut.lib.1.c.8.nu.21.] Caball.milleloq.671. Grass.in commun.opinio.lib.2.cap.14.quæst. 11. vbi vt alij testa- * tur de communi * opinio. Vasquez in tracta. de success.creation.lib.1.§.9.nu. 22. vbi non solum testatur de communi opin. sed recenset varios Docto. hoc dicentes, & nonnullos qui tenuerunt contrariam opinionem, & ratio huius secundæ opinionis esse potest, quia 7 † eadem facilitate, & fragilitate qua quis sub spe futuræ numerationis inducitur ad contrahendum, eadem pariter inducitur ad renunciandum, [Abbas consf.71.nu.1. in fin. lib.1. Alex.consf.179.nu.3.lib.2.& consf.1.nu. 9.lib.6. Tusch.in litt. F.concl.9.num.1. cum seq.& in lit. E, concl.420.nu.2. & concl.21. nu.4.] Bartol.in l.fin.in secunda lectura, C. de non numer.pecunia, Socinus consil.80.n. 12. volum. 1. Aufrer. in additt. ad Cappell. Tolos.decis.373. Bertazzolus in tract.clausul.dict.glos.4.num.1. vbi alios allegat. Emanuel à Costa in leg.si ex cautione, in glos.in verbo, compellitur, C.de non numerata pecunia. Vasquez in controuers. vsu frequent.lib. 3.cap.46.nu.6. Mansuer. in Pract. tit.30.nu. 14.carta mihi 149. & nõ recedendo à prædicta secunda opin.quæ non solum est commu- * nis, & communior, verumetiam verior, * eam limitabis aliquibus modis, &

Primò, quotiescunque renunciatio fuisset facta ex interuallo, & non in eodem instrumento in quo est facta confessio, quia tunc transfert onus probandi pecuniam non fuisse sibi numeratam, in illum, qui fuit confessus se habuisse, Gomes.in ll. Tauri, l.30.num. 52. Gregor. Lopez in dd.ll. Tauri, l.9.glo.fi. Bertazzol.d.claus.32.gl.4.n.1. Molin.in tractat.de contract. disput.302.n. 7. Matthæus Colera, in tracta.de process. exequut. part. 1. cap.10.num.210. [Mascard. concl.695.nu. 13.cum seq. Tusch. in litt.E.concl.421.nu.7. & quid si incontinenti fuisset facta renuntiatio Tusch.in litt. E, concl.420. nu.3. & quid si fuerit renuntiata, animo donandi ibi Tusch.num.5. Mascardus conclus.361.num.14. cum sequ.]

9 Secundò limitabis eandem † conclusionẽ, quando debitor post renunciationem factã in eodem instrumento agnouisset debitum, soluendo aliquam eius partem, l.cum fidem, C. de non numerata pecunia, Paulus de Castro in l.si ex cautione, num.6. C.de non numerata pecunia, Aretinus in §. fin. num.38. Institut. de exception. Ias.in l.cum quis, col. pen.ff.si cert.pet. Fel.in c.si cautio, nu. 56.de fide instrum. Bertazzol.in dict. tract.clausul. d.clausul.32.glos.4.nu.2.

10 Tertiò, ipsa conclusio limitatur, † quoties quis cum iuramento renunciauit huic exceptioni, quia tunc non potest illam opponere, Baldus, Salicetus, & Paulus de Castro, in l. fin.C. de non numerata pecunia, Butrigar.in cap.fin.de solutio. Felinus in cap.si cautio, n. 46.de fide instrumentorum, Socinus consil. 62.num.2.volum.1. Butrigar.in tracta.de iuramento, effectu 31. nu. 46. Aufrerius in additt. ad Capell. Tolos.decis.373. Bertazzol. dict.gl.4.num.2. Vital.in tractat.clausulæ, in Rubr.de except.non numeratæ pecuniæ, nu. 1.carta mihi 410. Matthæus Colera, in tractatu de process.execut.p.5.c.10. num. 212. & 214. Capell.Tolosa.decis.375.nu.1. Matthæus Brunus consf.31.nu.8.& consf.95.num. 10. Bursatus consf.306.nu.15. lib.3. Vasquez in tracta.de success.creat.libr.1.§.9.num.21. [Menoch.consf.7.n.8. Muta decis.71.n.9. Io. Aloijs. Ricc.in collett.decis. 1177. versic. intellige quando Alex.35.var.resolut.tit. de solut.resolut.20.n.4.lib. 3. sic etiam quãdo iurauit omnia contentæ in instrumento, esse vera Bim.consf.296. nu.49. Morot.consf.88.nu. 12.& 13. Cremens singul.153. Prosper.à Petra in addit.ad Grãmat.decis.89.n. 3. & non tollitur per cõfessionẽ quantitatis etiã Iuratã Cacher.decis.Pedem.134. nu. 2. & sic etiam quãdo iurauit quod vere pecuniam fuit numerata

merata Mancin.de Iuramen.p.4.effect.154. num.2.] licet in hoc articulo contrariã ſententiam ſequuti fuere nonnulli DD. relati per Thinnin. cautela 30.n.5.

11 Quam † limitationem primo ſublimitabis, ſi ſimpliciter iurauit ſuper inſtrumento, vel iurauit pecuniam mutuatã reſtituere, quia tunc non obſtante tali iuramento, quod regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo eſt interpoſitum, iurans poſſet opponere hãc exceptionem, Bertaz.in d.tract.n.2. Capell. Toloſ.dec.375.n.1. Cabal.milleloq.670.qui alios allegat, qui omnes mouentur per tex. in l.fi.C.de non num.pec. Maſcar.concl.695 n.20. vbi ait, quod hoc procedit etiam non obtenta abſolutione à iuramento, Bim.cõſ. 95.n.41.lib.1.Molin.in tract.de contract.diſput.302.n.17. [Rim.ſen.conſ.140.n.31.Seraph.de priuil.iuram.priuil.60.n.3. Mancin. de iuram.p.4.effect.155.n.3.]

12 Secundò ſublimitatur, † quoties renuntiãs cum iuramento, iam obtinuiſſet abſolutionẽ & relaxationem à iuramẽto, ad effectum excipiendi, quia tunc etiam iuramento nõ obſtante, poſſet excipi de hac exceptione, Butr. Felin.& Bertaz.locis cit.Caball.vbi ſup. [quod renuncians poteſt probare pecuniã nõ fuiſſe numeratam, Bim. conſ.242.n.30.]

13 Tertiò & vltimò † ſublimitatur, hæc limitatio, quoties ita renuntians eſſet minor, quia etiam tali caſu non obſtante iuramento, põt opponere hanc exceptionem, l.fi. C.in quib. cauſis in integrum reſtit.non Bal.Sali.& Paulus de Caſt.in d.l.fi. C. de non numerata pecunia, Felin.in d.c. ſi cautio, num.50. de fide inſtrumentorum, Bertazz.dict. gloſſ.quarta, nume.5.

14 Quartò limitatur † dicta principalis concluſio, quando adeſſet ſtatutum reijciens oẽs exceptiones, & partes in ſpecie renuntiaſſent huic exceptioni, quia etiam iſto caſu valeret renuntiatio, & hoc vt pactum videatur aliquid operari, per ea quæ ſupra, in prælud. dixi num...

15 Quintò limitatur, † vt renuntians teneatur probare quod nõ fuit ſibi numerata pecunia, quam fuit confeſſus ſe habuiſſe, & ſic per talem renuntiationẽ onus quod habebat creditor, trãſfertur in debitorẽ, ſecundũ Azon. in Rubrica, C.de non nume.pecu.n.8.ſed in hoc articulo contrariũ tenuerunt Maſcar. in tract.de probat.cõcl.695.n.14.vſque ad 18. excluſiuè. Molina in tract.de contract.diſpu. 302.n.6. Matth. Colera qui multos alios allegat in tractatu de proceſſ.exequut.p.1.c.10 num.199.& 202. [Tuſch. in litt.E, concluſ. 421.num.1.]

16 Quærò ſecundò, quibus † caſibus hæc exceptió opponi non poſſit? & dico quod multis, quorum nonnullis relictis principaliores aliquot magiſque neceſſarios hic referam, [Marc.Ant.Bellon.dec.26.n.3. Apicel.tutamen pauper.tit.1.n.58. & ibi addent.n.129. Io.Aloyſ.Ricc. in collect.dec.250.p.1.& collect.1177. in principio, Iul.Cæſar Gallup. in praxi p.2.n.1.2.& 7.cum ſeq.Io.Bapt.Thoro in compend. dec. Neapol. in verb. exceptio non numeratæ, Iaſ.in l.2. §.creditum, n.19. ff. ſi cert.petat.]

Primò, non admittitur nec poteſt opponi, quando promiſſio, & obligatio eſſet geminata, vt dixi ſupra, exceptione 14. num...quidquid in contrarium dixerit Menoch. & alij ibi per eum citati, conſ.918. n. 29. lib.10.

17 Secundò, debitor † qui iurauit omnia, & ſingula contenta in inſtrumento fuiſſe, & eſſe vera, Bart.Bal.& Salic.l.fi. C.de non num. pecun. [Muta dec.71.n.1. Mancin.de iuramento, p.4.effect.154.n.2. Tuſch.in lit.E, cõcl.420.n.14.] Seraphin.de Seraphin.in tractã.de priuileg.iuram.priuil.59.n.1. Hercul. in tract. de negatiua, n.34. Gargar. patroci. 24.n.22. li.2. Caball.milleloq.670. Vrſil.in adnot.ad Affl.dec.110. nu.1.

18 Tertiò, non põt † opponere hãc exceptionem debitor qui confeſſus eſt ſe habuiſſe mutuum, dum eſſet in articulo mortis, & ſi cõfitens moreretur, tunc neque ſui hæredes hãc exceptionem opponere poſſunt. & ratio eſt; quia moriens non poteſt videri feciſse confeſſionem ſub ſpe futuræ numerationis quã non ſperabat, gl.in l.1.C.de falſa cauſa adiecta legato. Bal.in extrauag. de pace Conſtan. §.vaſalli noſtri, in fi. Marſil.conſ.5.n.16.& in Rubrica de fideiuſſor.n.42.& in ſua practica criminali, §.diligenter, n.119.& conſ.113.n. 13. Ang.conſ.5. in fi. Iaſ.in l.qui pecuniam, nu.3. ff.ſi cert.pet.& in l.qui de legato, n.40. ff.de

ff. de legatis primo, Ferratius in tractat. de momentaneis temporum, capit. septimo, nume. 28. Monte Sperel. consil. 186. nume. 16. & cons. 147. num. 25. [Mascard. de probat. conclus. 1074. num. 4. Intrigl. decisio. 5. num. 16. Felin. in capit. si cautio num. 54. de fide instrumentorum,] Caball. milleloqu. 672. Vrsill. in adnot. ad Afflict. decisio. 110. num. 6. Roland. à Valle cons. 37. num. 4. lib. 3. Alba cons. 223. num. 12. Decian. cons. 40. num. 17. lib. 5. at isto † casu creditores ipsius confitentis possunt hanc exceptionem opponere. Auth. Sed iam necesse, vbi Alfanus collectan. 461. C. de donatio. ante nuptias, Crauetta cons. 40. & 44. Bellon. consil. 48. num. 7. Bursatt. cons. 32. num. 5. in fine, lib. 1.

20 Quartò, nō potest † obijcere exceptionem non numeratæ pecuniæ, mutuatarius qui cō fiteretur se habuisse decē causa mutui, & eadem promittat per stipulationem restituere mutuanti, quia tunc contra tale instrumentū non potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, sed in factū. Petr. de Bellapertica, & Io. Faber in l. cum vltra, in princ. vers. si vero alias. Bart. nu. 1. Salic. & Bald. in secundo notab. C. de non numerata pecunia, Ias. in l. qui pecuniam, nu. 11. ff. si certum petat. Paul. de Monte Pico, in repetitione l. lecta, num. 15. eodem tit. si certum petat. Io. de Platea, in §. idem iuris institut. de exceptio. Ant. Chiossius consil. 18. nu. 12. lib. secundo, vbi dicit, quod hæc est verior opinio. [Barbos. in 6. par. l. 1. nu. 56. ff. solut. matrim. Gratian. discept. cap. 737. nu. 9.]

21 Quintò exceptio † non numeratæ pecuniæ non potest opponi, quando mutuatarius confitetur de præterito habuisse pecuniam mutuatam. Bartol. in l. aduersus, C. de non numerata pecunia, Montesperel. cons. 146. nu. 24. Pancirol. cons. 57. n. 8. & 17. [nec quando constituit se debitorem, Ias. in l. 2. §. creditum, nu. 17. ff. si cert. pet. Rol. à Valle cons. 4. nu. 15. lib. 4.]

22 Sextò, exceptio † non numeratæ pecuniæ non potest opponi inter mercatores, Abb. in c. peruenit, de fide instrumentorum, Vrsill. in additio. ad Afflict. dec. 110. num. 7. Bald. in l. frustra, C. de non numerata pecunia, Ias. in l. qui pecuniam, num. 6. ff. si certum petatur, Vasquez lib. secundo, controuers. illustr. cap. 33. num. 24. Vuesembech. cons. 31. num. 23. in tit. de Societate. [Menoch. cons. 47. nu. 9. & an habeat locum in cambio, Io. Baptist. Cauatius de camb. tit. de exceptio. vers. quæro an exceptio, fol. 236. nec quando mutuum descendit ex causa venditionis, Bertazz. de claus. claus. 22. glo. 1. n. 4. Tusc. in lit. E. concl. 418. num. 10.]

23 Septimò, ista † exceptio non numeratæ pecuniæ non vendicat sibi locum in deposito, l. in contractibus, §. primo, C. de non numerata pecunia, Roland. cons. 4. nu. 2. & 7. lib. 4. & cons. 17. num. 7. lib. 1. Natta cons. 438. nu. 4. libro secundo, Riminaldus iunior consil. 60. num. 29. & 31. lib. primo, Laderchius consil. 113. num. 10. libro primo, Facchinęus lib. secundo, controuers. cap. 92. vers. probatur hæc sententia, Decian. consil. 61. numero secundo, libro quarto, [Rizz. collectan. 1054. Ioan. Baptist. Thor. in compend. decis. Curiæ Archiepisc. in verb. exceptio non numeratæ, Bartazz. in tractat. claus. clausul. 32. num. 1. num. 14. Pancirol. consil. 57. nume. quinto.]

24 Octauò, non potest † opponi hæc exceptio quando notarius in instrumento dicit Titius est confessus habuisse decem aureos nomine mutui, quos in mei pręsentia habuit & recepit à Caio causa mutui, Romanus sing. 636. Cremens. sing. 44. Felinus & alij, in d. cap. si cautio, de fide instrumentorum, Caball. milleloq. 74. Molin. in tract. de contractibus, disput. 302. nu. 10. [Tusc. in lit. E, concl. 420. num. 16.]

25 Nonò hæc † exceptio non potest opponi per eum qui cū iuramento promisit non contrauenire instrumento mutui. Bart. in l. fin. nu. 1. C. de non numerata pecunia, Felin. in in capit. si cautio, numero 50. de fide instrumentorum, Mascardus in tractatu de probationib. conclus. 695. numero secundo, lib. 2.

26 Multas alias limitationes † possem hic adducere, sed quia nostrę speculationis non est facere tractatum de hac materia, ideo si vis ea scire, videas DD. in titu. ff. & C. de non numerata pecunia, Emanuel à Costa, in repeti. l. si ex cautione, C. de non numerata pecunia

Ma-

Mascard.conclus.præd. per totam. [Bertaz. in tract.clausul.claus.32.glos.1.num.3. & an possit opponi prædicta exceptio per creditorem, contra voluntatem debitoris Couarru. var.resolut.c.7.num. 6. vers. quod propterea libr. 1.]

27 Quæro tertiò, an hæc † exceptio non numeratæ pecuniæ habeat etiam locum in confessionibus iudicialibus? & secũdum aliquos videtur dicendum quod sic, ita voluit Bald. in l. siue apud acta, C. de transactio. Cassan. cons.duodecimo,nu.10.sed in isto puncto cõtrarium tenuit idem Baldus sibi contrarius, in additio. ad Speculat.in titu. de confess.in verbo, confessio, glos. in cap. præsentium,de test. Salicetus, in l. vnica, C. de confess. cum multis alijs quos allegat Mascardus in tractatu de probatio. conclus. 348. num.2.libr. 1. Ias.in l.qui pecuniam, num. 7. & in l. singularia, nu. 39. ff. si certum petatur. Osascus decis.134.per totam, Vrsillus in adnotatione ad Afflictum decision.111.nu.6. [& quid in confessione iurata quod sic dixit Philipp. Paschal.de virib.patriæ potest.cap.8.nu. 63. & in confessione geminata Prosper. à Petra in addit.decis.Grammat.decis.103. n. 18.& quid vbi aliquis debitum agnouisset ex interuallo Ioa.Baptist. Thoro in compend. decis. Curiæ Archiepiscop. in verbo. exceptio non numeratę pecuniæ Fontanell. de pact. nuptial.claus.4.gl.18.p.2.nu.38.& quid quando confitetur penes se habere pecuniam etiam in cõtractu iurato,& in dote admittitur Bim. cons.296.n.46.Cremens.singul.153.nec admittitur in cõfessione facta in morte Intrigl. decis.5.nu.16.]

28 Quæro quartò, an hæc exceptio non numeratæ pecuniæ habeat locum in alijs contractibus præterquam in mutuo, & dote? & dico quod non, glos.in l.generaliter, in verbo religionem, circa medium, vbi etiam alij Scribentes, C.de nõ numerata pecunia, Aretinus in §.primo,nu.21.Institutio.de action. Baldu.in l.si ex cautione,nu.3. C.de non numerata pecun.Felin.in cap.si cautio, n.54.de fide instrumẽtorum. Ferdinand. Vasquez in in controuers. vsu frequent. libro 3. capitulo 59.nu.3.& in tractat.de successi.creat. §.9.n. 27.& vtrobique testatur de comm.* opinio. & respondet argumentis adductis per tenẽtes contrariam opinionem. Alciat. cons. 27. n.3.tom.2.lib.6, Vuesembech. consil. 42.nu. 21.sub tit.de transactionib.Thinnin. in Practica cautela 30.num.16. Bertazzol.in tract. clausularum clausul.32.glos.1.n.3.Mascard. conclus.695.nu.29.Roland.cons.4.nu.1.lib. 4.Riminald.iun.cons.60.n.43.lib.1.vbi dicit hanc esse comm.* opin.Molin.in tract.de cõtract.disput.302.nu.4. [Camill.de Laratha cons. 61.nu.8.& an tollatur per numerationẽ postea factã Gratian.discept.c.497.nu.30.& quid in mutuo, & in fideiussore, c. prædicto nu.27.Gallup.in praxi p.2.c.2.n. 2. cum seq. & talis exceptio in mutuo tantum potest opponi infra biennium in alijs cõtractibus debet opponi infra 30. dies Afflict. decis. 105. n.2.Matt.de iurisdit.p.4.cent.1.cas.31.n.16. & omni tempore potest opponi idem Matt. cas.191.num.8.12.& 14. Vasques de success. creation.lib.1.§.9.nu.27. Aldouin. cons.69. nu.81.]

29 Et † ideo debitor ex causa emptionis vel conductionis, vel simili, nunquam potest se iuuare ista exceptione, sed indistinctè statur eius confessioni, glos.& Doctores in d. l.generaliter, & in l. aduersus, C. de non numerata pecun.Petr.de Vnzolinis in pract.artis notariat.tit. de except. non numeratæ pecuniæ in princip.n.1.Bertazz. d.n.3. [quod talis exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi in quocunq; contractu infra 30. dies præter in mutuo Emanuel à Costa in leg. ex cautione n.12.C.de non num.pecun.Fontanell.de pact.nuptial.claus.4.glos.18.p.2. nu. 16.& an possit opponi pendente lite ante 30. dies ibi Fontanell.nu.31.Alex.35. d.resolut. 20.n.24.& quid vbi negatiua probatur. Bimius.cons.255.n.6.]

30 quod † procedit, etiam si debitum ex causa emptionis conuerteretur in mutuum, quia nec isto casu posset opponi istiusmodi exceptio non numeratæ pecuniæ, leg.aduersus vbi Doctor. C.de non numerata pecunia.Felinus in dicto.cap.si cautio,nu. 56. de fide instrumentorum. Bertazzol.dicta glos. prima, num. 4. Iacobus Butrigarius in l.secunda,§.fin.ff.si certum petatur Emanuel à Costa,in leg.si ex cautione, in 3. Fallentia, C.de non numerata pecunia.Rolandus consil.quarto,num. quintodecimo, libro quarto Surdus qui alios allegat,consil.162. numero 44.libro.secundo, & in tractatu de aliment.

tit.

tit.9.q.21.nu.16.Panciroł.conf.57. num. 7. Ruin.conf.19.nu.11.lib.4. [Panciroł.conf. 57.n.7.à Vall.conf.4.n.15.& 16.lib.4.Ruin. conf.19.nu.11.lib.4. Gratian.discept.c.321. numer. 12.]

31 Quæro quintò, an hæc † exceptio competens debitori principali, competat etiam suis fideiussoribus, & mandatoribus vel hæredibus? & dico quod sic, l.si intra,& l.si mandatori, vbi Doctores, & præcipuè Baldus, C.de non numerata pecunia, Carocius in repetit. cap. cum quid, in prima parte, not.4.num.9. [quod talis exceptio competit etiam creditoribus Mariti aduersus vxorem quod dos nõ fuit numerata,& fuit simulata Alex. cons. 142.nu.4.lib.5.Peregrin.conf.72.nu.3.competit etiam tertio elapso biennio Carpan. in statut.Mediolan.cap.50.nu.42.lib.1.] Bertazzol.in tractatu clausularum, clausula trigesimasecunda, glos. 1. num.8.Magonius de-

32 cis.Florent. 110.nu.4. vbi dicit, † quod hoc facere potest, etiam si principalis compareret, & confiteretur numerationem. allegat Baldum in l.tam mandatori, colum.final.de non numerata pecunia.Marsilius in Rubricâ de fideiussor.num. 268. Hoc idem dixit Molin.tracta. de contract.disputat.302.nu.12.& isti tales non opponent hanc exceptionem ex persona propria, sed ex persona ipsius debitoris principalis, cui erat facienda solutio. Aretinus in §. idem iuris, num.8.Institution. de action.Magon. dicta decisio. sexagesima-

33 octaua. num. 5. Immò, quod plus est, ista † exceptio potest opponi per creditorem sui debitoris, ita cõfitentis; & hoc pro suo interesse, l.si cui, C.de non numerata pecunia, Ias.in §.fuerat, num.74. Institut. de action. Couarr. lib. 2.variarum resolutionum, c.7. versic.de creditoribus mariti.Panciroł.conf. 71. num. 11. Purpuratus, conf.364.num.7.libr. 1. Bertazzol. loco prædicto, num. 9. [Molin. de contractibus disputat. 440. sed elapso tempore nec per tertium creditorem opponi potest Tusch.in litt.E,conclus.418.num. 3. & quid si est effectus creditor antè lapsum biennij Tusch. ibi. num.7.] Magon. decisione Florent. 69.num.4. vbi dicit, quod hæc exceptio

34 competit vnicuique interesse habenti: † sed creditor, qui opponit hanc exceptionem, isto casu tenetur cauere de soluendo duplum casu quo creditor, cui opponitur, probauerit realem numerationem quantitatis in instrumento, vel scriptura contentæ. Authentica, contra qui propriam, C.de non numerata pecunia, Aretinus, in §.1.num.29.& sequenti, de exceptionib. Bertazzol. dicta clausul. 32. glossa prima, num. 10.

35 Quæro sextò, an † debitor elapso biennio audiatur si vult opponere hãc exceptionem? Et dico, quod sic, sed cum hac differentia, vt ipse teneatur in se suscipere onus, quod sibi non fuit numerata pecunia in instrumento confessionata, glos. in l.si ex cautione, in verbo, sæpè, & ibi Bartol.num.12.& 13. & ceteri Scribentes, C. de non numerata pecunia. Aretinus, in §. idem iuris, num. 4. Institut. de actionib. vbi testatur de communi * opinione. Iason.in leg.3.§. iurari, num. 8. & in l. manifestè, num.6. ff. de iureiurando. Decius in leg. iure naturæ, num.5.ff.de regulis iuris. Fulgosius in leg.si sub specie, in fine, C.de postulando. Emanuel à Costa, in repetitione l. si ex cautione, limitatione vltima, C. de non numerata pecunia. Thinninus, in Practica, cautela 30.num. 14. vbi dicit, quod hæc est communis, & vera * opinio. Bonchorst in Conciliationib. centuria 1.assertione 68.Boccatius, super constitutione Aegidiana, glossa septima, num.35.Gargar.patroc.24.num.16 & 18.lib.2. Vuesembech.consil.42.num.24. & in titulo de transactionib. & isto casu quomodo debeant formare capitula, & quæ debeant dicere testes, ad probandam suam intentionem, ponit Antonius Chiost.consil.18 num.5.lib.2. [Io.Alois. Ricc.in collectan. decis.250.part.1. Alexand. 35. variar.resol. titul. de solution.resolut. 26. num. 30. libr. 3.Gomez de contract.cap.6.num.7. Surdus consl.540.num.15.Matth.Brun. consil. 31.n. 8.Carpan. in statut. Mediolanensis. cap. 50. num.10.cum sequ.Tusch.in litt.E, conclus. 418.num. 16.]

36 Quæro septimò, an hæc exceptio habeat locum in creditore, qui confessus est sibi fuisse solutum id, quod sibi debebatur, si talem confessionem fecit sub spe futuræ numerationis? & dico, quod sic, sed tantum infra triginta dies continuos à die confessionis, infra quos nisi probet realiter soluisse, sibi nõ prodest confessio creditoris. Et hæc vocatur ex-

cep-

ceptio non receptæ, seu non solutæ pecuniæ, & habet locum in creditore tam ex causa mutui, quàm ex quacumque alia causa. Petrus Vzolin.in Practica artis notariatus, in titulo de except. non numeratę pecunię,in principio,Salicetus, in leg.in contractibus, §.super ceteris, & ibi glossa in verbo, triginta, C. de non numerata pecunia, qui affirmat, quod de isto casu onus probandi solutionem incumbit debitori. Aretinus in Rubrica Institut.de litteris obligatorijs, numer.4.& ibi etiam Portius, Ruinus, consil.73.in princip. volum.4.Thinninus,in Practica,cautela 30. num.24. Matthæus Vuesembech. consil.42. num.23.in titul. de transactionib. Caballin. Milleloq.669.Bertazzol. in tractatu clausularum,clausul.32.gl.1.nu.5.gloss.2.n.1.& 2. [quid si est elapsum biennium post solutionem Io.Batt. Thor.in Compend.decis.Neapolit.in verb.exceptio non numeratæ] Sed 37 hæc conclusio † limitatur, quando post confessionem de recepto creditor fecisset aliquā quietationem,vel dispositionem liberantem debitorem,ita Angel.& Paulus de Castro in dicto §. super ceteris Natta,consil.196.num. 1. &.2.lib. 1. vbi alio modo eandem conclu- 38 sionem limitat,† hoc est,quando esset renunciatum tali exceptioni, & elapsis dictis triginta diebus, debitor excluditur, ita vt non audiatur, etiam si vellet in se suscipere onus probandi sibi non fuisse solutum. Baldus, Salicetus, & Paulus de Castro in d. §.super ceteris, idem Paulus de Castro. consil. 233. volum.2. Vuesembech. consil. prædicto, nu. 28.Bertazzolus,dict.glos.2.num.5.[Tusch. in litt. E, conclus.420.nu. 1.& talis exceptio non numeratæ pecuniæ impedit exequutionem literarum cambij Afflict. in constitut. causas per magistros iustitiarios nu.10. cum seq.lib.1.rubric.4.Philipp. Paschal.de virib. patr. potest.cap.8.nu.65.]

Et vt finem imponam præsenti exceptio- 39 ni, † dico, quod eam opponere potest iudex etiam parte non opponente, si videt pecuniā non fuisse numeratam, quia potest creditori illicitam exactionem inhibere. Marsilius, singul. 277. Rolandus consil.1.num. 65. lib. 1. Laderch.consil.113.num.3.lib.1. Et com- 40 petit † ista exceptio tametsi confessio esset facta sine scriptura, quàm cum scriptura,& tam in priuato, quàm etiam in publico instrumento, l. non vltra, vbi Bartolus, & Baldus, nu.3.C.de non numerata pecunia.idem Baldus in l. si ex cautione, nu.14. eodem titulo, [Tusch. in litt.E,conclus.418.nu. 11. & conclu.421.nu. 3.] Aretinus Institut.Rubric. de litteris obligatorijs; num.7. & in §. primo, num.22.de exceptionibus. Felinus in cap. si cautio,num. 63. & 64. de fide instrumentor. Diaz, regula 257. Roffredus. Beneuent. in quæst. Sabbath. quæst.39.numer. 12. & 13. Ruinus consil.19.num.7.lib.1.Bertazzolus in tractatu clausularum,clausula 32. glossa prima,num.6. Bimius, consilio 191. numero 7. libr.secundo, [Tusch. in litter. E, conclus. 418.nu. 11.& conclus. 421. num. 3. & an detur contra confessionem quando est versa ex alia causa vera Ruinus consil. 19.nu. 11. libr. 4.Rolandus consil.4.num.15.lib.4.Gratian. 41 discept.cap 321.numer.12.] & potest † opponi non solum quando non est solutum totum id quod fuit confessionatum,verum etiā si aliqua eius pars non fuit recepta, vt si quis confiteretur habuisse viginti, & habuit solum decem, nam pro alijs decem potest opponere hanc exceptionem, l. secunda, & ibi omnes Scribentes, Codic. de non numerata pecunia. Fuluius Pacian. in tractatu,Cui incumbit onus probandi negat.lib.primo,cap. 37.num.23.Thinnin.in Practica,cautela 30. 42 num.15. Et † omnia dicta in exceptione non numeratæ pecuniæ, vendicant sibi locum in dote non numerata, & in quacumque alia re mutuata, etiam quod non sit pecunia,leg.in contractibus, in principio, C.de non numerata pecunia,Salicetus,leg.prima,§.finali,in fin.ff.eodem titulo.Riminaldus senior, consil.216.num.15.lib.2.Molina Hisp.in tractatu de contract.disput.302.nu. 3. [Mancin. de iuramento par.4.effect.153.& effect.155 Iul.Cæsar Gallup.in praxi p.2.cap.11.n.16. Iul.Cæsar Imbrian de 1.& 2. beneficio consid.7.num. 114. sed talis exceptio non potest opponi à marito ignobili quando matrimonium contraxit cum vxore nobili August. caputus de regimin. reipublic. cap. 1.nu.17. fol.35.Marescott.var.resolut.c.8.nu.21. lib. 1. vbi tenet indistinte quod, si fuit renuntiatum exceptio prædictę talis renuntiatio respectu mariti, & suorum hæredum idem operatur

ratur

ratur ac si essent elapsa tempora apponendi dictam exceptionem Afflict. decis. 402. num. 11. & 12. Muta decis. 71. n. 5. 20. & 21. & talis exceptio dicitur exceptio peremptoria, & potest opponi etiam post contestationem litis Alex. 35. variarum resolut. dicta resolut. 20. num. 37. libr. 3. & talis exceptio non habet locum quando processerunt capitula matrimonialia in quibus fuit promissa dos, & deinde confessio dotis fuerit subsequuta Iulius Cæsar. Gallup. in pract. part. 2. cap. 11. num. 19. & talis exceptio fuit inuēta in odium creditoris negligentis petere quod sub fide cōfessus fuit, Natt. consil. 305. num. 5. Mascard. concl. 695. num. 11. & 12. Bimius consil. 296 numero. 3. & videtur eam renuntiare tacite quando permittit maritus transire tempus præfixum ad opponendum, Crauet. cons. 40. num. 6. Surdus consil. 489. nu. 40. & datur talis exceptio infra 30. dies à tempore confessionis intra quos debet probare solutionem, Bertaz. in tractat. clausul. claus. 32. glos. prima, num. 5. & procedit etiam de iure Canonico, & inter mercatores, vt ibi Bertaz. nu. 7. Iulius. Cæsar. Gallup. in prax. part. 2. capitul. 11. num. 16.]

Hae sunt (amantissime Lector) quæ pro nunc ad enucleationem præsentis materiæ congerere potui, quæ omnia imprimere intendo ad nomen, & laudem Domini nostri Iesu Christi, præmissa prius protestatione, quod non est, nec eis intentionis meæ aliquid scribere, vel deducere, quod aduersetur Catholicæ fidei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & si quid minus cautè, vel imperitè deduxi, & fortaße scripsi, illud, & me ipsum in omnibus, & per omnia subÿcio decisioni, & determinationi eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, iuxta ea, quæ habentur in cap. hæc est fides, 24. q. 1. Beati Thomæ in secunda secundæ quæst. 11. artic. 1. ad secundum, versic. ad tertium, in fine. Ceterum Deo annuente expectabis à me tractatum de effectibus in tres partes distinctum; in quarum prima tractabuntur effectus Amicitiæ, Clericatus, Consanguinitatis, Excommunicationis, Infirmitatis, Inimicitiæ, Legitimationis filiorum, Minoris ætatis, Metus, Periurÿ, & Senectutis. In secunda, effectus plus quàm 330. Dictionum. In tertia verò, & vltima parte, effectus 73. Clausularum vsu magis frequentium.

LAVS DEO.

Impr. de la Riba Vic. Gen. ***Impr. de Blasch. P.***